

Philolog.

R
1913

Bd. 763d

32.2.25. Medic

EN DAMVS

# DIODORI SICVLI

HISTORICI GRAECI, QVAE NVNC QVIDEM EXTARE NOSCVNTVR OPERA, NEMPE,


De Illustrium Regum Philippi, & Alexandri, necnon & aliquot aliorum nobilium ducum Macedoniæ præclarè factis, Bartholomæo Cospo Bononiensi interprete, Lib. II.

De fabulosis Aegyptiorum gestis, omni sanè poëtarum, historiarumq; studioso, utileis ac iuxta necessarios, à Pogio Florentino latinitate donatos, Lib. VI.

Ioannis Monachi, ex libris historiarum suarum de uita Alexãdri ab eodem Bartholomæo uersum, Lib. I.

Bocatij aliquot insignium fœminarum quarum apud uarios autores crebrò fit memoria, historias, ex eiusdem Lib. X.


Nunc denuo diligenter recognita, & à mendis quibus hactenus laborabant, studiosè uindicata.


BIBLIOTH. ACADEM. VILNENSIS

Inv. 6858. BIBLIOTH. ACADEM. DORPAT.



BASILEAE EXCVDEBAT HENRICVS PETRVS, MENSE AVGVSTO, ANNO

M. D. XXXI.

H-II-B
501
c 52280159

## HENRICVS PETRVS CANDIDO LECTORI S. D.

QVVM ſubinde mecum cogitarẽ ſtudioſe lector, quomodo mea opella, tuo muſeio adhuc aliquid accederet, quibusue rem literariam augere poſſem nihil perinde ad rem facere perſpicie bã, quàm denuo ueteribus, ac perinde clariſſimis hiſtoriographis euulgandis inſudare, nimirum quòd ĩj præcipui uideantur, (citra aliorum iniuriam ſcriptorum) quibus in bene uiuendo, & imprimis publicis adminiſtrando multa debeamus: quippe quòd lectorem non tam uarijs ſermonum illecebris demulcent, quàm uariarum rerum cognitione ab exẽplis aliorũ, ad quælibet uitæ munia præſtent cordatum. In omni enim euentuum occaſione, hiſtoria, nedum utilis, quin neceſſaria ſæpe cõprobari cernit̃. Hortatur, quin potius extrudit ad honeſta, deteſtanda prodit uitia, probos laudibus extollẽs, improbos cõuicijs inſectatos eleuans. Hæc ab hiſtoricis peti quis nõ uidet? Quod hiſtoriarũ frugis tam crebrò meminerim, libenterq; his cõuerſarer, olim ſpecimẽ, à uobis utcunq; ſatis probatũ, exhibui, dum Chronica Diui Euſebij Cæſarienſis & cæterorũ, Item Polybij ac Bedæ Angloſaxonis hiſtoriarũ libros ſummo ſtudio ac conatu excuderim. Ita nũc quoq; leuiori mẽte ad alios, pperabã, futurũ me tibi rem gratã exhibiturũ, ſi Diodori Siculi, hiſtorici Græci, longè excellentiſſimi, aliquot operũ à mendis repurgata, meis prælis imprimi curarem. Hunc nempe à multis, neutiquàm pœnitẽdæ autoritatis uiris cõmendare audio, tum præcipuè ob multarũ rerũ experientiã & doctrinã, quarũ alij aut ſobriè, aut nõ meminerint: hic uerò certã reliquerit cognitionẽ tum maximè quæ apud ab alijs leuiter tacta ſcrupulũ ſolent inijcere lectoribus. Ad hæc etiã à phraſi linguæ Græcæ, uerum quũ hæc non intelligã, neq; in Germania (doleo) Græcè extare conſtat, nõ eſt quid de ea dicã quàm quod in his libris, ſatis eleganter uerſis, lectorẽ ſine faſtidio ſemp claſſiarium in legẽdo ſua utili & copia & breuitate ſeruet. De Illuſtriũ Regũ Macedoniæ geſtis, breui, nec minus eleganti opera, uertit Bartholomæus Coſpus Bononienſis. Alterũ quẽ de fabuloſis Aegyptiorũ geſtis inſcripſit, non minori diligentia latinitati donauit Pogius Florentinus, uiri profecti bonarũ diſciplinarum doctiſſimi, & qui de re literaria optimè meriti ſint. Harum uerſiones, ut uerè elegantiſſimas, exoſculamur, ambabuſq; amplectimur manibus, utinã & alia quandoq; huius autoris præſtaret, & ſuæ quoq; induſtriæ ampliora monumenta. Verũ hoc ſubinde mirari tamẽ non ſatis poſſum, qui hic libri iam primũ penè nati, adeò tã cito ſint deprauati, corruptiq;, imprimis antitypũ quod de fabulis Aegyptiacis habuimus, infinitis laborabat mendis, ſine ſententiarũ aut oratiõis interuallo, omnia penè cohærebant, ut nõ minus in his

sentinis eruendis insudauerimus, quàm olim Hercules in Augeio stabulo repurgando. Liceat tamẽ id ingenuè fateri, exemplariũ uerorum destituti copia in multis non assequutos, quod erat in uotis, quin ad hæc alio quandoq; Dælio opus natatore erit: quãuis nos interim non oscitanter agemus, quin gnauiter insudabimus, ut tandẽ castigatiora prodeant. Citra autoris iniuriã interseruimus typis paulò maiusculis (quod in marginibus parcè admodũ annotata erat) annorũ Philippi ac Alexandri quibus regnarunt series: ad hæc multarũ rerũ capita in posterioribus uoluminibus, quo lectori studioso, q̃d libet quærẽti, se facilè præstaret obuium, quũ omniũ alias scriptorum simul cohærentiũ nulla fuerat segregatio. Nemo latinorum quod ego quidẽ sciam huius autoris suitam descripsit (quæ librorum initijs solet præponi) præterquàm quod Plinius suarũ naturaliũ historiarũ præfatione, parcè tamẽ, modestiæ ingenuitatisq; eũ laudarit. Apud Græcos inq̃t desint nugari Diodorus, ubi huius præfationis haud infacundus paraphrastes addit, quia nõ ambitioso aut festiuiori titulo, sed operi suo apto & conuenienti usus est. Eodẽ & iã teste int̃pte Diodorus omnẽ historiã ab exordio mũdi, usq; ad Diui Iulij Cæsaris tẽpora, quadraginta libris cõplexus, bibliothecas historias inscripsit. Quod is à Suida mutuasse uidetur, qui haud multò aliter: Διόδωρος σικελιώτης ἱστορικὸς, ὁ γραψας βιβλιοθήκην. ἡ δὲ ἱστορία ῥωμαϊκὴ τὰ καὶ ποιήλη ἐν βιβλίοις μ. γέγονε δὲ ἐπὶ τῶν χρόνων Αὐγούστου καίσαρος καὶ ἐπάνω. His nõ dissimilia, licet parcè, Eusebius in suis Chronicis. Horũ tamen de eius uita non indignum uisum fuit admonere, donec plura excertis historijs nosse datum fuerit. Habes quoq; in hoc libro candide lector uitã Alexandri magni, ex libris historiarũ Ioannis Monachi etiã scriptoris Græci desumptã cuius quoq; translationẽ debemus Bartholomæo Cospo, dignus profectò libellus quem omnes φιλαλέξανδροι perlegant. Insuper uice coronydis adiectas aliquot insigniũ fœminarũ, quarũ præclares scriptores historiarũ mentionẽ faciunt ex Bocatio, iucundissimas historias & cognitu necessarias. Postremò utilem sum marũ ac memorabiliũ rerum indicem, alphabetario ordine & chartarum numero quo facilius quæq; inueniri possent, distinctũ.

Hæc igitur operasi mordicus arripueris, lectitaueris q; pensiculatius, haud parum tuo studio accessisse sperauerimus, adeò enim hi autores quod pollicentur, exactè & abundè omnia præstant, ut nihil in eis amplius desyderare queas. Atq; ex his licebit reliqua eorũ opera uelut leonem ab unguibus aut Elephantẽ à dentibus æstimare, quæ uolẽtibus fatis curabimus

ubi hæc non displicuisse senserimus ut mox addantur

Vale ex ædibus nostris Idibus Augusti.

# INDEX

## MEMORABILIVM RE

### rum quæ his uoluminibus continentur.

A


A Bas 34.
Abilei 257.
Abulitus 143.
Acarnanes Philippus 77.
Accipiter 237.
Accusans falso 191.
Acesines 115.
Achaia 360.
Acharartus 253.
Achelous 294.
Acridophagi 247.
Acteonis fabula 320.
Actisanes 181.
Acuta Apollinis responsio 265.
Ada 72.
Adagium 119.
Adhortatio pugnantium 66.
Admeti mors 85.
Admirabilis Ballonij fortuna 86.
Admirabilis prælij casus 48.
Admiranda Ichtyophagorum patientia 243.
Adrastus 311.
Aduerte quæ in Arabia producuntur folio 229.
Adulteria 191.
Aeacides 40.
Aeetæ mors 301.
Aegei mors 309.
Aegyptia faba 165.
Aegyptij agricolæ 189.
Aegyptij præ cunctis gratiosi 198.
Aegypti duces 12. 184.
Aegypti reges 187.
Aegypti domus 172.
Aegypti situs 162.
Aegypti forma 162.
Aegyptiorum animalia culta. 193.
Aegyptiorum iudicia 190.
Aegyptiorum leges. 190.
Aegyptiorum literæ 237.
Aegyptiorum nomina 191.
Aegyptiorum modus utuendi tempore inundationis Nili 167.
Aegyptiorum mos pro mortuorũ cadaueribus sepeliendis 198.
Aegyptiorum politia tripartita 189.
Aegyptiorum stultitia in cultus animalium 194.
Aegyptiorum templorum Cambyses incensor 174.
Aegyptiorum strages 29.
Aegyptiorum uictus 172.
Aegyptiorum uota 191.
Aegyptiorum uxores 192.
Aegyptus expers diluuij 152.
Aegyptus rex 177.
Aeoli filij 327.
Aeolides 313.
Aeolides septem 327.
Aeolus 327
Aesculapij inuenta 356.
Aesculapius 314.
Aethalia 328.
Athiopes à Semiramide, Hercule, Dionysio inuicti 236. (247.
Aethiopes locustis pro cibis utuntur.
Athiopes pediculis oppressi 247.
Athiopes primi 236.
Athiopes Simi 247.
Athiopum ars 246.
Athiopum de Dijs opinio 239.
Athiopum rex 238.
Aethiopum sepultura 211. 239.
Agalasses 116.
Agassamenus 346.
Agatharchides 240.
Agathocles Alexandrũ imitatus 72.
Agaue 276.
Agidis interitus 96.
Agis 38.
Agricolæ Aegyptij 189.
Agricultura 154.
Agrisis 172.
Alabos fluuius 319.
Alcæus Hercules 159.
Alcestis pietas 303.
Alcida belua inuenta 271.

Alcíneon 311.
Alcmena dea 207.
Alesía ab Hercule ædificata 333.
Alexander 40.
Alexander Asiatico luxu uti cœpit. 104.
Alexander coactus pedē refert 98.
Alexander dux Græciæ 16.
Alexander Susiadas rupeis ui superauit 99.
Alexander laudís auidus 89.
Alexander Lyncístes 77.
Alexander etiam hic 80.
Alexander imperator 60. 61.
Alexander Iudæorum pontifici ueneratus 144.
Alexander obstructa altera aure audiebat causas 138.
Alexander sacrum fecit Solí 112.
Alexander naufragío periclitatus 116.
Alexander sacra fecit in Oceano. 120.
Alexander odit uim fati redarguenteis folío 130.
Alexandrí animí magnitudo 103.
Alexandrí audacía 86.
Alexandrí audatía in seditiosos milites. folío 123.
Alexandrí ægrotatío 77.
Alexandrí affectus erga mortuum Hephæstionem 128.
Alexandrí castra occupata 93.
Alexandrí clementía 135.
Alexandrí comes prudentía 60.
Alexandrí concubinæ 105.
Alexandrí copiæ 64.
Alexandrí desperatío 86.
Alexandrí epístolæ 134.
Alexandrí & Darei magnus conflictus folío 93.
Alexand. & Spithrobatis dimicatio 70.
Alexandrí excellentía 59.
Alexandrí expeditío contra Thebanos folío 63.
Alexandrí firmus animus 71.
Alexandrí humanitas in Dareum mortuum 183.
Alexandrí humanitas 80.
Alexandrí incredibilis audacía 117.
Alexandrí in hosteis pietas 86.
Alexandrí iusta suspitío 110.
Alexandrí laudatío 81.
Alexandrí liberalitas 72. 110.
Alexandrí liberalitas erga milites 102.
Alexandrí liberalitas erga Porum 112.
Alexandrí maior cōtinentia quàm fortitudo 137. 157.
Alexandrí mortem denunciantia. 129.
Alexandrí munificentia erga míseros Græcos 100.
Alexandrí obitus 130.
Alexandrí origo 59.
Alexandrí prima expeditío 53.
Alexandrí profectio ad Hammonem folío 88.
Alexandrí prudentía 133.
Alexandrí pugna cum mercenarío míle 108.
Alexandrí pugna & Pori 111.
Alexandrí somnia 136.
Alexandrí summum periculum 141. & 117.
Alexandrí transitus in Aegyptum. 87.
Alexandrí uirtus in Cherronesi pugna 53.
Alexandría 107. 119. 121.
Alexandría ab Alexandro condita folío 176.
Alexandriæ urbis situs & magnitudo folío 89.
Alexandro prædicta uictoría 69.
Alexandro ubicq; obsequens felicitas folío 136.
Alexandro supplementū missum 115.
Alexía 286.
Alleuadæ po. 9.
Alíbrota urbs 234.
Aloeas 346.
Alphei fontes 23.
Althea 294.
Amaltheæ cornu 355.
Amasis 181.
Amasus 186.
Amasus rex 200.
Amazones 227. 260. 261.
Amazonum cumuli 262.
Ambrosía 257.
Ammon 154.
Ammon quē Semiramis consuluit. 211.
Amor Solis 348.







Amphiaraus mortis non inscius 311.
Amphictionum legatio 87.
Amphinomes 302.
Amyntæ conatus magni & obitus 87.
Anaxagoras errasse uidetur 168.
Anaxander capitur 24.
Anaxarchus 127.
Andrestæ 115.
Androgeus 208.
Andromachus 5.
Andros 558.
Angea 293.
Animaduersio in Aegyptios 31.
Animaduersio in Tarquinienseis 27.
Animaduerte dictum 213.
Animalía cur culta 195.
Animalía ex terra 152.
Animalium creatio 150.
Animalium sepultura 194.
Animalium uarietas 230.
Annus 176.
Anochitæ 259.
Antæi uicus 157.
Antheus 271.
Anthone 267. 320.
Antilochus 265.
Anthredon 103.
Antiope 290.
Antipatris prælium cum Aegide 95.
Aornos petra 109.
Apanda qui Astiages dictus 222.
Aphites 110.
Aphrodites 253.
Apis bos 157.
Apollínis acuta responsio 256.
Apollínis & Marsiæ contentio 265.
Apollínis loca 358.
Apollínis inuenta 356.
Apollodorus 149.
Apollo 154. 155. 228. 353.
Apollo musicus 156.
Apollo dictus Orus 160.
Apollo philalexander 86.
Apophthegma 33.
Apri capnt 287.
Aprieus rex 186.
Apyron 257.
Aqua in æstate in locis profundís inclusa frígida est, in hieme uero calída. 170.
Aqua solís 342.
Aquila Promethei 156.
Aquilæ honor 169.
Aqua Nonacrídis 143.
Aranearum, scorpionum, murium, & passerū multitudine, regiones desertæ folío 248.
Arabes in libertate degentes 229.
Arabía fœlix 229. 231.
Arabicus sinus 252.
Arachosía 107.
Araxes 226.
Arbaces 221.
Arbaces rex 218.
Arbacis uictoria 217.
Arbela 90. 97.
Arbela tria millía recepit 96.
Arbores mellifluæ 103.
Arborum lecti 255.
Arceus 221.
Archidami mors 38.
Archimedes cochleæ inuētor Aegyp. 339.
Arctos 319.
Arcum Apollo 356.
Aresinus 224.
Arethusa 325.
Argía 311.
Argolas 19.
Argonautæ 297.
Ariadnes corona 309.
Aries in agnum 303.
Arimaspi euergetæ dicti 106.
Arithmetica 193.
Aristander 139.
Aristhei triplex nomen 320.
Aristheus 271. 272.
Arma 154.
Arma priscorum 159.
Armis resistentes auro expugnantur 33.
Arses 62.
Arsinoë 165.
Arstheus 228
Artabazus 13. 20.
Artaxerxes Ochus 24.
Arthemidorus 240.
Artibanus 222.
Artines 222.

Arundines 233.
Arundo Indica 213.
Asa fluuius 245.
Ascalon 205.
Asopus 315.
Asphaltus 210.
Aspides 237.
Assyriorum & Indorum cõflictus 214.
Assyriorum imperium 215.
Astiages 221.
Astibara rex 222.
Astra 154.
Astrologiæ inuentores Aegyptij 348.
Astronomia 176.
Astrorum cursus 186.193. 200.
Astrorum obseruatio 200.
Athamantus 309.
Athlanta 294.
Athlantides septem 266.
Athlas 251. 266. 289.
Athlas quomodo cœlum ferre dicatur folio 266
Athreus 207.
Athyrtia 178.
Atis cum Cybele concubitus 265.
Atis deus 265.
Attali mors 62.
Attalus 62.
Attariotæ 248.
Auaritia hominibus innata 20.
Auernus 287.
Aues ceruinæ 247.
Auri effosio 240.
Auri oppulentia Gerion interfectus est folio 330.
Auro magis quam armis auctum imperium. 33.
Aurum 230.

B

Babylon 207.
Babylonia 180.
Babylonis duæ regiæ 206.
Bacchi cornua 277.
Bacchum Tharopes liberauit 269.
Bacchus unde 277.
Bactra 206.
Bactrianum bellum notatur 275.
Bactrianorum aduentus folio 217.
Bagistame 125.
Bagoæ & Mentoris confœderatio 31.
Bagoæ ingenium 62.
Baleares 10.
Balsamum 257.
Balonij admirabilis fortuna 88.
Banizomenæ 256.
Barathrum 163.
Bardi 335.
Barzanes 204.
Basilea 332.
Bastiganus mons 210.
Batea Teucri regis filia 317.
Belerum 332.
Belesus 216.
Bellicus apparatus 213.
Belli socialis apparatus et finis 13.
Bellum Argiuorum & Lacedæmoniorum 29.
Bellum Cadusium 221.
Bellum Cyprum 25 [illegible]
Bellum inter Herculem & Eriginum folio 281.
Bellum sacrum 9. 14.
Bellum sociale 5.
Bellum Troianum 292.
Belus Iuppiter 208.
Berecynthi 352.
Berilli 230.
Bessus rex 120.
Bessus Alexandri deditus 100.
Bizantium 301
Bizantus rex 301.
Bocchorus rex 184.
Bocchorus legumlator 192. 200.
Boni imperatoris consilium 72.
Bonorum mensura 258
Boreades 298.
Boues ad iugum 277.
Bouis honor quur 195.
Boum uestigia 388.
Bracas 335
Britannia 331.
Bromius 277.
Brutij cognominati 11.
Bucephalas 333.
Bucephalea 115.
Bucephalus 104.
Bucolicum carmen 322.





Busiris 155. 159.
Butes 345.

C

Cadauerum cura 198.
Cadmus 158. 274. 276.
Cadmus Græcæ linguæ inuentor 270.
Cadmus literarum inuentor 345. 348.
Cadusij ac eorum bellum 221.
Cæsorum numerus 80. 95.
Calani philosophi mors 123.
Callidum factum Mẽnonis 72.
Calliope 279.
Callisthenes 275.
Camarineus 186.
Cambyses 173. 186. 200.
Cambyses templorum Aegyptiorũ incensor 174.
Camelopardi 230.
Campe fera 273.
Candys 105.
Canes excellentes 113.
Canis pertinacia 114.
Capaneus 311.
Captiuarum in uictrices subita pugna folio 262.
Captiui uenundati 67.
Carbi 257.
Carbunculi 231.
Carcinus 125.
Cari 125.
Carioti 231.
Carpathos 347.
Carhaginiensium animi fracti 49.
Carthaginiensium clades misera 49.
Carthaginiensium expeditio in Siciliam folio 47.
Carthaginiensium nouus apparatus folio 44.
Carthaginiẽsibus pax data conditionibus 50.
Caseo infans nutritus 205.
Casia 257.
Caspiæ portæ 205.
Caspium mare 103.
Casta unica 181.
Castor pollux 306.
Castra Alexandri occupata 93.
Cathari populi 113.
Cation 332.
Cauri uirtus 84.
Cedrosta 121.
Cedrosij 106.
Celones 125.
Celtæ 336.
Celtiberi 337.
Celtiberi Lusitani Ibidem
Centauri 314.
Cephalus 50.
Cephus rex 183.
Cercynna 328.
Cerastes 259.
Cares 154. 266. 324. 326. 353.
Cereris cultor Erichtheus 162.
Cereris inuenta 276.
Cereris loca 358.
Ceruinæ aues 347.
Cete grandia 122. 254.
Cetus 182.
Cetus grandis 83.
Ceycus rex 36.
Chabreus 183.
Chaldæi 126. 193. 216.
Chaldæorum uirtus & opinio 219.
Chaona 211.
Chares 20.
Charidemi mors 76.
Charmintha 256.
Charon 201.
Chelonophages 244.
Chemmis pyramides 182.
Charenus rex 183.
Chij Theopompi libri Apocriphi 3.
Cheronesus 350.
Chios 359.
Chios insula in Samos 360.
Chortacana 105.
Chorynetus 307.
Chreon 280.
Chrysippus 295.
Chyron 302.
Ciaxares 221.
Cibus infantum 192.
Cica 166.
Cignus 360
Cilices quare liberi 262.
Cimbri 336.
Cimmerij 336.
Circe 299.

Cirrheus ager 14.
Cithara Apollinis inuentum 356.
Cithon 165.
Clades illatæ per currus falcatos 93.
Clades Indorum 112.
Claua Herculis 159.
Clearchus in Bacchanalibus necatur folio 22.
Clementia Philippi in hosteis 53.
Cleopatra 298.
Clio 279.
Cliti mors 139.
Clitus 70.
Cocalus Siciliæ rex 317.
Cocleæ Aegyptiacæ Archimedis inuentum 339.
Cœli filij 263.
Cœli sedes 342.
Colchi 179.
Colonia libertate donata 291.
Comes prudentia Alexandri 61.
Concubinæ Alexandri 105.
Consilium ferum 75.
Conspiratio contra Alexandrum 105.
Conspiratio in Philippum 14.
Consultatio ducum Persarum 69.
Copiæ Artaxerxis 24.
Copiæ magnæ Darei 81.
Corcyra à Neptunno rapta 315.
Corona Isthmiaca ex Apio 48.
Coronis 345.
Coronus 295.
Corporis pulchritudo 113.
Corui 85.
Corui itineris duces 88.
Corybantes 345.
Corybantus 345.
Cothonus 256.
Cottus 286.
Crateri & Hephæstionis status apud Alexandrum 139.
Craterus 128.
Creatio animalium 152.
Cronidæ quæ nunc Philippos 3.
Creon Corynthiorum rex 304.
Crocodilla urbs 197.
Crocodilli honor 197.
Crocodilli natura 165. 237.
Crocotæ 251.
Croton 289.
Cruentatæ facies 83.
Crux tempore Nini fuit 204.
Crystallus 230.
Ctesiæ seculum 221.
Cum Amazonibus certamen 264.
Cuncta uel impossibilia lucri causa homines adgrediuntur 251.
Cupiditas semper affectat plura 98.
Curetes 266. 352.
Currus Falcati 90.
Cyanes 385.
Cybele 265. 345.
Cybeles cum Atide concubitus 265.
Cybales insania 265.
Cybeles quare mater dicatur 264.
Cyclades insulæ 75. 361.
Cyclopum mors 315.
Cygnus 359.
Cynamyni 248.
Cyneus campus 355.
Cyneorum uiuendi modus & adortio cum bestijs 246.
Cynocephali 250.
Cyprum bellum 25.
Cyrene 259. 320.
Cyri Epitaphium 142.
Cyrus 199.
Cyrus primus rex Persarum 98. 227.


D


DActyli Idæi 63.
Dædalia 291.
Dædali pennæ 318.
Dædali populi 318.
Dædali traditionis pactum 319.
Dædali templum 202.
Dædalus 318. 182. 202. 318.
Dæmones unde 347.
Danaus 88.
Danielis liber 144.
Danubius 333.
Daphne 312.
Daphnis 321.
Dardania 354.
Dardanus 354.
Darei apparatus 90.
Darei copia 76.
Darei & Alexandri conflictus 93.







Darei discrimen 78.
Darei familiæ status miserrimus 79.
Darei fortitudo 62.
Darei legatio ad Alexandrum pro pace impetranda 90.
Darei leges 200.
Darei magnæ copiæ 81.
Darei mors 102.
Dareius Xerxis Sesostris filius 181.
Dareus 62.
Datæ dexteræ fides apud Persas firmissima 26.
Decima Herculis 286.
Decimus labor Herculis 284.
Decertarem in Olympijs si cum regibus 133.
Decreta contra Phocenseis 36.
Decretum Syracusanorum pro Timoleonte 55.
De delphico oraculo 16.
Deianyra 244.
Deianyræ mors 296.
Deidamia 359.
Delos 358.
Delta 164. 176.
De Oceani insulis 331.
Demadis consilium 68.
Democritus 168. 202.
Demophon uates 117.
Demophoon 309.
Demosthenes 33.
Demosthenes legatus 52.
Demosthenis sententia 52.
Demosthenis timiditas 61.
Demosthenis uerba 52.
Derceta in Piscem 205.
De Romano felis interemptore 194.
De Semiramidis ortu 205.
Deorum contemptus 257.
Deorum cultus 151. 173. 286.
Deucalion 359.
Deus Vulcanus 153.
Dia insula 346.
Diana 325.
Dianæ loca 358.
Dictum animaduerte mirabile 233.
Dij inter homines 153.
Dij Olympici 283.
Diiphile 311.
Dij primi Aegyptij 152.
Dijs se parem ostendit Philippus 56.
Diluuia duo 344.
Dimitor 277.
Dimnus 105.
Dindimæne 264.
Diodori Anni 149.
Diogenes 134.
Diomedis equi 284.
Dion dijs par æstimatus 13.
Dion solus spes libertatis 12.
Dionis interitus 19.
Dionis modestia 11.
Dionis transitus in Siciliam 7.
Dionysianus ex mulieribus exercitus folio 224.
Dionysij astus 8.
Dionysij forma duplex 277.
Dionysij gesta 269.
Dionysij inuenta 271.
Dionysij insulæ 357.
Dionysij Iunioris inertia 4.
Dionysij regis uires 6.
Dionysij Senioris uxores 4.
Dionysius 152. 154. 158. 267. 272. 275.
Dionysius barbatus 268.
Dionysius uini repertor 357.
Dionysius in Indiam 224.
Dionysius secundus, & tertius 288.
Dionysius unde dictus 268. 276.
Dipedes Mnesthei pater 162.
Dissensio de nouo regni imperatore folio 11.
Diuersa diuersæ regiones adorant animalia 194.
Diuersæ habitationes 243.
Diuersus scribendi modus 233.
Diuinæ iustitiæ uis magna 37.
Dryllus 46.
Dolus nefandus 181
Domus Aegypti 172.
Donatiuum militibus datum 96.
Donaus 349.
Duodecimus labor Herculis 189.
Dorienses 359.
Dorieus 288.
Dorus 356.
Doryctica 262.
Draco custos 345.

Dryos 345.
Duæ Babylonis regiæ 208.
Duo millia Tyriorum ſuſpenſa 86.
Duorum ducum pugna ſingularis 108.
Dux Græciæ Alexander 61.

E

EBrietas 277.
Ecbatana 125. 211.
Echecrates ſacrilegus 16.
Eclipſes 176.
Egialeus. 299.
Egregia Agidis uirtus 99.
Egregia Alexandri & Sphitrobatis dimicatio 70.
Egregia Alexandri laudatio 81.
Egregium facinus Timoleontis 93.
Electrum 333.
Elephantes 223.
Elephantes cum ſerpentibus 239.
Elephanti 212.
Elephantis ſomnus 246.
Elephantorum natura 226.
Eliſuns expugnatur 124.
Eloquentiæ uirtus 48.
Emathion 290.
Emodes mons 222.
Emos 321.
Engia 319.
Ephialtis eruptio 73.
Ephorus 46. 275.
Epiſtola Dionyſij ad Athenienſeis 35.
Erato 279.
Ergamenæ 238.
Ericina Venus 321.
Eridanus 321.
Eriginus 280.
Eriphile 311.
Erix 321
Eſon 297.
Eteſiæ 89. 169.
Ethinaſiæ 256.
Euagoræ interitus 28.
Euenus 295.
Euergetæ quur dicti Arimaſpi 106.
Eurinomus 295.
Euriſthei mors 307.
Europa 276.
Europæ filij 308.
Euterpe 279.
Exemplum inſigne 141.
Exemplum memoratu dignum 97.
Expeditio in Coſſæos 126.
Expeditio in Mallos 116.
Expeditio Philippi in Illyricos 3.
Expeditionis in Gangaridas difficultates 114.
Expeditionum Alexandri termini 315.
Expeditio Timoleontis in Siciliam 40.
Ex templis abducti Thebani 67.
Extraordinariorum agmen 106.
Exulum reſtitutio 124.

F

FAba Aegyptia 165.
Fabula 177. 287.
Fabula de Iouis & Iunonis nuptijs 333.
Facies cruentatæ 83.
Famulatus Iouis Olympij 43.
Farnus 204.
Felicitas ubiq; Alexandro obſequens folio 136.
Felix Arabia 229. 231.
Ferarum inſula 255.
Fidei præſtitæ exemplum 135.
Finis ſacri belli 36.
Firmus Alexandri animus 71.
Fodinæ auri 6.
Fœdus Romanorum & Carthaginienſium 42.
Fœmina uates eligitur 16.
Fœminarum audatia 103.
Fœnus 192.
Fons Solis 88.
Fortunæ uariantis exemplum 43.
Foſſa in Oſtio Peluſiaco ſumptuoſa, folio 164.
Fracti Carthaginienſium animi 49.
Frater & ſoror matrimonio copulati, folio 160.
Frumentum 353.
Fundæ 330.
Furioſum facinus 135.
Furore Hercules mouetur 281.
Furum mos 192.
Futiles 191.

G

GAbinus 256.
Gadira 331.





Galaſſia 332.
Galatæ 334.
Galates 333.
Galatia 286.
Galerienſes 41.
Gallograci 336.
Gangari 223.
Gangaridæ 114.
Ganges 223.
Gaſandi 257.
Gaudus 328.
Gaza 87.
Genealogia Tectami 308.
Generoſum dictum 92.
Gens imbellis 77.
Geometria 186. 193.
Gigantes 160. 271. 355.
Glaciei & frigoris uis 249.
Glauca 304.
Glaucopis 153.
Glaucus deus 301.
Gnefactus 173.
Gnidiorum & Rhodiorũ decretũ 327.
Gorgones 261.
Græci in Aegyptum 201.
Græciæ motus contra Alexandrũ 60.
Granici uictoria 135.
Gratia Attica 53.

H

HAlicarnaſſi oppugnatio 72.
Halicarnaſſus 72.
Halicarnaſſus capta & diruta 74.
Hammon ſuperatus 272.
Hammonis aries 273.
Hammonis ſignum 89.
Harmata 119.
Harmonia 344.
Harpali mors 124.
Harpalus 123.
Hecateus 60. 176.
Hecatompylos 103.
Hedera 155.
Helle & Phryxus cũ aureo uellere nouercaleis inſidias euitarunt 300.
Hephæſtion 80. 128.
Hephæſtioni uti deo ſacrificatum 129.
Hephæſtionis funeris magnus apparatus 128.
Heraclea 288.
Hercules 155.
Hercules Alcæus 159.
Hercules Aegyptius 159.
Hercules Aleſiam condidit 333.
Hercules duo 274.
Hercules furioſus 281.
Hercules in magiſtrũ inſurgens 270.
Hercules muneribus à dijs honoratus (283.
Hercules poſterior, Alcmena ortus 357.
Hercules quare beneficus Cretenſibus (285.
Hercules quare cœlum ſuſtinuiſſe dicatur 290.
Hercules quare ſerpentũ inimicus 285.
Herculis claua 159.
Herculis decima 286.
Herculis exilium 295.
Herculis labores 12. 279. 280. 281. &c.
Herculis morbus 292.
Herculis mors 296.
Herculis poculum 130.
Herculis templum 287.
Herculis uirtus 224.
Hermaphroditus 278.
Hermias 32.
Hermocrates 57.
Herodoti ſeculum 221.
Herodotus arguitur 167.
Heſione 262.
Heſperidum mala & Draco 289.
Heſperus 289.
Heſperus à uentis raptus 266.
Hic eſt etiam Alexander 80.
Hippodamia 316.
Hippolita Amazon 227.
Hippolitus 290.
Hippotus 294.
Hirci honor 196.
Hiſpaniæ metalla 338.
Hiſtoria ad honeſtum impellit 158.
Hiſtoriæ diuiſio 159.
Hiſtoriæ laus 157.
Hiſtoriæ libri 40. 150.
Hiſtoriæ utilitas 157.
Hiſtoriographi munus 1.
Homeri ſpecies 136.
Homerus 186. 202.
Homerus ſapiens architectus 136.
Homicidæ 191.

Homines primi 236.
Hora Iouis filia 355.
Hordeum 154.
Hortus pensilis 206.
Hyala 120.
Hydaspes 224.
Hypanes 224.
Hyphasis 114.
Hyperborea lingua 228.
Hyperborei 228.
Hyperion 264. 353.
Hyrcania 103.

I

Iados 359.
Iambolus 234.
Iapetus 353.
Iarcieus mons 211.
Iasius 344. 345.
Iason 297.
Iasonis & Medeæ conuentio 300.
Iasonis & Medeæ filij 304.
Iasonis mors 305.
Ibi 115.
Ibidis utilitas 196.
Icetas Syracusarum uictor 40. 41.
Ichneumon 166.
Icta 332.
Ichthyophagi 241.
Idaj 354.
Idea 298.
Idei dactili 351.
Idomeneus 360.
Ignis sacer 128.
Ignis inuentio 54.
Illyriorum defectio 4.
Ilophagi 245.
Imalia nympha 347.
Imperator Alexander 61.
Impietas plus quàm barbara 75.
Inachus 350.
In Bactrianos expeditio 206.
Incensa Persipolis 101.
Incredibilis Alexandri audacia 86. 117.
Indi ab Alexandro uicti, præter Gangaros 223.
Indiæ laus 212.
Indiæ situs 222.
In Indiam expeditio 212.
Indica arundo 213.
Indorum agricultura 225.
Indorum clades 112.
Indorum & Assyriorũ conflictus 215.
Indorum philosophi 225.
Indorum tribus 225.
Indus fluuius 212.
Infantis generositas 81.
Inferorum figmenta 199.
Ingentis animi responsum 91.
Ino 276.
Inobedientes 191.
Insidiæ aduersus Philippum 56.
Insidiæ detectæ 106.
Institutum mirum 113.
Insulæ quas Marina domuit 263.
Insomnium 184.
Inuenta Alcida belua 271.
Inuenta Apollinis 356.
Inuenta Martis 356.
Inuenta Mercurij 356.
Inuenta Palladis 356.
Inuentum mirum 85.
Iocasta 310.
Iolaus 291.
Iole 291.
Ioppe 163.
Iouj & Musis certamina facta 68.
Iouis, & Iunonis, & Opis statuæ 209.
Iouis & Iunonis nuptiæ 355.
Iouis filia Hora 355.
Iouis laudes 354. 355.
Iphimedea 345.
Iris regio 336.
Isidis cornua 152.
Isidis nomina 159.
Isidis sepulchrum 158.
Isis 154. 353.
Isis medicinæ augmentatrix 259.
Issa 359.
Iudæorum pontificem Alexander ueneratus 144.
Iudicia Aegyptiorum 190.
Iudicis munle 190.
Iunonis partus 296.
Iuppiter pater 266. 353. 354.
Iuppiter unde Olympus 273.
Iusiurandum 158.







Iustitia 188.
Ixionis perfidia 315.

L

Labyrinthus 182. 318.
Lacedæmonij sacrilegi 35.
Lacinus fur 289.
Lacus ingens 177.
Lagus 163.
Laius 310.
Lamites sinus 255
Lanceæ 335.
Latona 352.
Laudes Iouis 354. 355.
Laudes regum 188.
Laumedon 292. 301.
Laurus 155.
Legatio Darei ad Alexandrum pro pace impetranda 90.
Legationes multæ ad Alexandrum. 127.
Leges 148. 326. 353.
Leges optimæ 199.
Legislator 200.
Lemnos 358.
Lenæus 268. 277.
Leones 231.
Leosthenes 126.
Lesbos 359. 360.
Leucippus 346. 361.
Leuco 19.
Leucophoris 361.
Leucothea 347.
Leuctrica pugna 16.
Lex Sisathea 192.
Liberalitas Alexandri 110.
Liberi patris festum 122.
Librorum multitudo ingeniũ opprimit 149.
Licus 347. (tor. 270.
Licymnus 307
Ligures. 339.
Lingua diuisa 233.
Linus numerorum et melodiarũ inuentor 348.
Lipara ciuitas 313. 328.
Liparus 327.
Literæ 186.
Literarum inuentor Cadmus 348.
Loca Cereris 358.
Locrensium strages 17.
Locrensium uicti 18.
Locustis pro cibo utuntur Aethiopes 247.
Lotus 165. (banos. 51.
Lucinæ à parientibus inuocatio 355.
Luctus in regia morte 188.
Luna puella 264.
Lusitani Celtiberi 337.
Lybia 259.
Lycopolis 197.
Lyctum 38.
Lyctum redditur 38.
Lycurgus 54. 157.
Lyncistes 77.
Lyra 155.

M

Macæ 259.
Macareus 359.
Macedonia 157.
Macedonia non est tui capax 134.
Macedonum & Thebanorũ pugna 65.
Macedonum ueteranorum uirtus 74.
Macedonum pertinacia 85.
Magabares 249.
Magna Philippi expeditio contra The-
Magna Tyri expugnatio 82.
Magna mater 264.
Magna pro bouis sepultura impensa folio 195.
Magnæ copiæ 90.
Magnitudo animi Alexandri 103.
Magnitudo animi Pori regis 111.
Magnus conflictus ad Issum 77.
Magnus apparatus funeris Hephæstionis 128.
Magorum prædictio 133.
Mala cum bonis 255.
Malli 140.
Maria pagus 187.
Marmares 75.
Marmaridæ 259.
Maro rex 182.
Maron 156.
Maronea ciuitas 157
Marsiæ & Apollinis contentio 265.
Martis inuenta 356.
Massagetæ 226.
Massani & Sodræ 119.
Mausoli exitus 22. (218.
Maxima Arbacis in Belesum clemẽtia

Maximus Darei & Alexandri conflictus 93.
Mazæi ac Parmenionis concertatio 94.
Mazæus 91.
Meander 170.
Medea 299.
Medea ad Peliam aduentus 302.
Medeæ & Iasonis filij 304.
Medeæ Herculeum beneficium 305.
Medeæ in damnatos gratia 299.
Medici publici 193.
Medicina 155.
Medorum sermo 221.
Meduſa à Perſeo uicta 262.
Megera Herculis uxor 281.
Melampus proëtidum procurator 202. 313. 316.
Meleager 294.
Melephori 93.
Melyſſeus 350.
Melpomene 279.
Memnon dux 63. 75. 215.
Memnonis æquitas 73.
Memnonis callidum factum 72.
Memnonis exercitus 215.
Memnonis mors 76.
Memoria Titanum filia 353.
Memoriæ auxilia 59.
Memphis bos 157.
Memphis rex 177.
Menas rex Aegypti 172. 173.
Mendes urbs 202.
Menes uicus 261.
Menalippe 312.
Menetius 296.
Menoës 264.
Menones 206. 207.
Mentoris callidítas 30.
Mentoris & Bagoæ confœderatio 31.
Mentoris res geſtæ 32.
Menſuræ, ponderis, et mercaturæ inuenta Mercurij 356.
Mercurij inuenta 155. 172. 356.
Mercurius 155.
Mercurius Iouis & Maiæ filius 266.
Meroë 163.
Meſopotamia 210.
Methinna 360.
Methone 19.
Metonus annus 228.
Mileti oppugnatio 71.
Milites uenundati 38.
Minas 197. 312.
Minos 200.
Minos uir probatæ uitæ 357.
Mira de monte Ida 63.
Mira à canibus cæterisq; animalibus ſacris abſtinentia 164
Mira Oceani 122.
Mira Semyramidis, & ſubtilitas, & audacia 207. 217.
Miræ artis machinæ 84.
Miraculum 35. 40.
Mirion 359.
Mirum de ſalute Ptolemæi 120.
Mirum de Leone 175.
Mirum de parientibus 324.
Mirum uariantis fortunæ exemplum folio 43.
Mirus Syracuſarum ſtatus 42.
Miſera Carthaginienſium clades 48.
Miſerabile ſpectaculum 99.
Miſerabilis fœminarum captiuitas 79.
Miſeranda direptio 67.
Miſerrimus ſtatus familiæ Darei 79.
Mitra 277.
Mixtus exercitus obſequentior 125.
Mnaſeas 23.
Modus capiendi ſimias 112.
Modus certaminis curulis Hippodamiæ 316.
Modus uiuendi Aegyptijs tempore inundationis Nili 167.
Molpadia 350.
Molus 359.
Moneta adulterina 191.
Mons regius 101.
Mophis 110.
Mopſus Sypili Scythæ auxilio Myrinã interfecit 263.
Mortuorum laus 199.
Mos Aegyptiorũ pro corporibus mortuorum ſepeliendis 198.
Moſi leges 200.
Motus Græciæ contra Alexandrum 60. 95. 125.
Motus in Peloponneſo 23.
Mulieris conſtantia 134.





Mulierum ſacrilegarum ultio 38.
Multi philoſophi inſimulantur 167.
Mundi partes 153.
Munera quibus dij Herculẽ donarunt folio 283.
Mures 152.
Mures hominum cibus 15.
Muſæ 156.
Muſarum numerus 278.
Muſeus 354.
Muſica 193.
Muſicanus 119.
Muſici liberi 278.
Mycerinus 183.
Myrina Amazonum regina 261.
Myrina quas domauerit inſulas 263.
Myrinæ amicitia 262.
Myris rex 177.
Myrrha 341.
Myrtus 155.
Mytilene 360.

N

Nandanes 221.
Napis 226.
Natiuitas Herculis 280.
Naturæ bona 224.
Naues longæ 179.
Naufragio periclitatus Alex. 116.
Nauigatio 354.
Nauis aurata 180.
Nauium Alexandri apparatus 83.
Nauſus 347.
Naxos 345.
Neceſſitas quid 151.
Neceſſitas naturam inſtituit 242.
Nectanebi copiæ 29.
Nectanebi fuga 31.
Neleus Neſtoris pater 313.
Neoptolemus tragœdus 56. & 73.
Neptunnum 254.
Neptunnus equos inueniſſe 354.
Neſſus 295.
Nicæa 115.
Nicoſtratis perfidia 29.
Nicoſtratus 26.
Nileus rex, Nilus unde dictus 182.
Nili cataractæ 164.
Nili equus 168.
Nili fœcunditas 164.
Nili incrementum 166. 169.
Nili ortus 163.
Nili oſtia 164.
Nina urbs 218.
Ninæ urbis à Nino conſtructæ magnitudo 205.
Nini aſſus 215.
Nini buſtum 207.
Nini filia Soſanes 207.
Nini geſta 204.
Ninus filius 214.
Ninus matri longè diſſimilis 215.
Nireus 346.
Nobiles cæſi 71.
Nonacridis aqua 143.
Nonus labor Herculis 284.
Nouum Philippi conſilium 46.
Nullæ opes improbis ſatis ſunt 61.
Numeri 155.
Nyſa 156. 271.
Nyſæ antrum 276.
Nyſiada 346.
Nypſius 11.

O

Obeliſcus 210.
Obſtructa aure altera, cauſas audiebat Alexander 138.
Oceani inſulæ 331.
Oceani mira 227
Oceanus 156.
Oceanus & Thetis deorum parentes folio 263.
Ochi mors 62.
Ochimus 348.
Ochyra 320.
Oculus 137.
Oedipus 310.
Oeneus 294.
Oenomaũs Hippodomiæ pater 316.
Ogdous 176.
Oicleus 262.
Olea 155.
Olei Pallas inuentrix 356.
Oliuæ rami ſupplicis indicia 27.
Olympia 304.

Olympia certamina 352.
Olympici dij 283.
Olympij Iouis famulatus 43.
Olympus 345.
Olympus unde dictus 273.
Olynthus prodita 33.
Omen 48.
Omnia insunt uerbo Regiè 140.
Omphale 292.
Omphalia 354.
Onomarchi mors 21.
Onomarchus 19.
Onomarchus imperator 20.
Opes Apollini Delphico dicatæ 34.
Opes maximæ ex Perside aduectæ folio 138.
Ophiades 253.
Opinio altera de morte Alexandri folio 130. 143.
Oraculum 17. 55. 65.
Oraculum Delphicum 16.
Orbitæ & Gedrosij 121.
Orcha 332.
Ordei potus ab Osiride inuentus 157.
Ordei uiuum 73.
Ordinatio copiarum Alexandri 92.
Ordinatio ad Granicum 70.
Ordinum militarium instauratio 97.
Ordo respondendi legatis 127.
Orgia 158. 269.
Ori regis & Myrinæ amicitia 262.
Orion 322.
Oritarum beluinum institutum 121.
Orontes 211.
Orphei uota 298.
Orpheus 158. 186. 289.
Ortygia 325.
Orus rex 172.
Orus dictus Apollo 160.
Osiridis & Isidis columnæ 161.
Osiridis nomina 159.
Osiridis partes 157.
Osiris 153. 154. 155.
Osiris cur ex Ioue 158.
Ostentum 17. 65. 83.
Osteodis 328.
Othus 346.
Oues fœcundæ 166.
Oxathres 78.

P

Pagi fortunati 103.
Palæstra 155.
Palene 355.
Palicotia urbs 225.
Paliurus 341.
Palladis inuenta 356.
Pammenes 21.
Pan 156.
Panchei 346.
Pancratis 346.
Pandora 264.
Panes 196.
Pantasilea 228.
Pantheus bacchi furore correptus folio 268.
Pardi 230.
Parmenides 186.
Parmenionis ac Macæi contentio 94.
Parmenionis nex 106.
Paropamissadæ 107.
Parricidæ 191.
Parthenia 350.
Parthi 222.
Partitio exercitus Persarum 27.
Parthenopeus 311.
Partus acceleratio 280.
Partus cum nullo dolore 286.
Pasiphaë 318.
Pastores 189.
Patriæ amor 250.
Pausaniæ mors 57.
Pelias 297.
Pelopis uictoria 316.
Pelusij deditio 30.
Pelusium 28.
Peribia 244.
Perinthi oppugnatio 45.
Perinthi situs 46.
Perithoi & Thesij ad inferos descensus folio 310.
Perithous 310.
Periurij pœna 190.
Persarũ reges habenas attingere haud decet 78.
Persarum fuga 79.
Persarum uictoria 24.
Persepolis direptio 100.
Persepolis incensa 101.
Persepolis regia 101.

Perseus 70. 159. 261.
Persicæ mulieres maritos in bellum sequuntur 79.
Persicum zona apprehendere 76.
Persicus exercitus 125.
Persis datæ dextræ fides firmissima 26.
Petræphedriades 18.
Pexodarus 45.
Phædra 309.
Phaëton 332.
Phalæci calamitas 37.
Phalæci mors 38.
Phalæcus 23. 34.
Phalæcus cum Philippo pacisciter 36.
Phalæcus à suis superatus 38.
Phalangis inuentor Philippus 2.
Phaylli mors 23.
Phalos 158.
Phayllus 22.
Phebidas 18.
Phegeus 114.
Pherei tyranni 9.
Philantus 295.
Philippi 6.
Philippi aditus in regnum
hilippi expeditio in Amphipolita/
Pnos 6.
Philippi expeditio in Illyricos 3.
Philippi expeditio contra Athenienses folio 51.
Philippi clementia in hostes 53.
Philippi incrementa 42.
Philippi in Macedoniam reditus 37.
Philippi mors 57.
Philippi res auctæ 43.
Philippi uictoria 21. 53.
Philippi urbanitas 33.
Philippus quæ olim Crenidæ 3.
Philippi aureus 6.
Philippus Acarnanes 77.
Philippus dijs parem se ostendit 56.
Philippus Græciæ imperator 54.
Philippus Iuscus 21.
Philippus obses traditur disciplinis 2.
Philip. Persarũ regi formidolosus 45.
Philippus præceptori Pythagorico operam dedit 2.
Philiscus 226.
Philisti expeditio in Siciliam 10.
Philotectes 296.

Philomelus 19.
Philotæ mors 106.
Phinei filij 299.
Pphlegreus campus 355.
Phocensium reparatio 22.
Phoci mors
Phocion 48.
Phœnicia 254.
Phorbas 349.
Phrygia cur exusta 271.
Phryxi naues 300.
Phryxus cum aureo uellere nouercales insidias euitauit 300.
Pignora parentum 199.
Pinarius 286.
Piscium captura 245.
Pityusa 324.
Planetæ Solis uirtus 219.
Planetarum influxus 221.
Pluto 226. 345.
Plutonis inuenta 345.
Podalyrius & Machaon Apollinis filij 315.
Pœna prodesse 190.
Poësis 148.
Poëtæ 336.
Polycratus 200.
Polydorus 276.
Polymneia 279.
Pori copiæ 111.
Pori regis magnitudo 111.
Portæ 77.
Porticanus 119.
Postumius pirata 50.
Potanæ conditor Alexander 258.
Pothynice 125.
Potitius 286.
Prædicta Alexandro uictoria 69.
Prædictionibus sinistris uirtus frangitur 117.
Prægnantes 191.
Prælium Antipatris cum Agide 97.
Præsagium 56.
Præstantissimum imperium linquo folio 130.
Preces pro rege 187.
Priamus 292. 301.
Priapus 196.
Primum Herculis certamen 281.
Primus Herculis labor 280.

Prodigiorum enarratio 65.
Pro elephante interficiendo Aethiopum ars 246.
Profectio Alexandri ad Hammonẽ 88.
Prolis causa ad Alexandrũ uenit Thaleſtris 104.
Promachus 303.
Promethei antrum 108.
Promethei aquila 283.
Prometheus 253.
Pronopides Homeri magiſter 270.
Proteruum Thebanorum facinus 64.
Proteus 182.
Prudentia Alexandri 133.
Pſebei montes 254.
Pſitaci 231.
Pueri conuiuentes 178.
Pugna atrox 8. 17.
Pugna atrox Alexandri & Pori 111.
Pugna Macedonum & Thebanorũ 65.
Pugna ſingularis athletæ & militis 118.
Puluis obfuſcans perſequentes 94.
Pyramides 184.
Pyramis 222.
Pyrenei montes 338.
Pythagoras 186. 202.
Pytho. 52.

Q

Quæ Timoleon in pace egerit 50.
Quàm leuis cauſa Perſas in fugam coniecerit 94.
Quare Mercurius interpres dicitur folio 356.
Quibus conditionibus pax data Carthaginienſibus 50.
Quomodo clarus aliquis fieri poſſit folio 57.
Quur Arimaſpi euergetæ dicti 106.

R

Regium bene merentem, malè audire 138.
Regnum adamante munitum 4.
Remedium contra falcatos currus 92.
Reparatio Phocenſium 22.
Res memoratu digna 62.
Res rara 54.
Rhadamanthus 358. 361.
Rhea 350.
Rhenus 333.
Rhodos 348.
Romanorũ in Venerem ueneratio 321.
Roſaces 28. 71.
Rota 317.

S

Sabacus rex 184.
Sabæi 257.
Sabiſarus 111.
Sacæ 222. 226.
Sacerdotum cibi 187.
Sacerdotum filij 193.
Sacerdotum honores 189.
Sacer ignis 128.
Sacra in glebam 181.
Sacra in Oceano fecit Alexander 120.
Sacra lectio expleto ſacrificio 187.
Sacri belli finis 36.
Sacrilegij quæſtio 43.
Sacrum bellum 9. 14.
Salamenus 26. 217.
Salmoneus igne conſumptus 314.
Sallitores 198.
Salinus 122.
Salue ò fili 89.
Sambana 125.
Sambaſtæ 119.
Sambaſtus 119.
Samon 344. 359.
Samothracia 344.
Saona 344.
Sardanapali epitaphium 216.
Sardanapali exitus 218.
Sardanapali uictoria 217.
Sardanapalus ultimus Aſſyriorum rex, folio 216.
Saſochis 200.
Satibarſanes 105.
Saturni & Rheæ connexio 266.
Saturni filij 353.
Saturnia loca 266.
Saturnus 154.
Satyri 156. 196. 277.
Satyrus 33.
Sauromatæ 227.







Scomma 91.
Scõma Olympiadis in Alexandrũ 136.
Scyron 307.
Scytha puer 226.
Scythæ 226.
Sebaſis 277.
Secunda fortuna ut graue pondus 81.
Secundum Herculis certamen 281.
Seditio Bubaſti 30.
Seditiones Græciæ 18.
Semelæ 158. 276.
Semiramidis aſtutia 212.
Semiramidis interitus 214.
Semiramidis luxuria 211.
Semiramidis ortus 205.
Semiramis ſaucia 214.
Seniores principatu potentes 234.
Sententiæ modus 190.
Septem Aeolides 326.
Septem Athlantides 266.
Septimus Herculis labor de Augio ſtabulo repurgando 283.
Sepulchrorum ſpecies 198.
Serpens ingens 251.
Serpens miræ magnitudinis oblatus Ptolemæo 252.
Serpentum magnitudo 261.
Serra inuenta 317.
Seruile dedi uoluptatibus 138.
Seruonia palus 163.
Seſoſis ignis 180.
Seſoſis rex 178.
Sextus labor Herculis cum Stymphalidibus 282.
Sibylla quid 312.
Siciliæ ſitus 324.
Sidon 25.
Sidon capta proditione 27.
Sidoniorum quadraginta millia perempta 27.
Signa Alexandro mortem denuntiantia 129.
Silenus 272.
Silenus rex 272.
Silla fluuius 224.
Simandij epitaphium 175.
Simi Aethiopes 247.
Simia Ptolemæi amicus 243.
Sinopes 315.
Sirius ſinus 253.
Sirius ſtella 320.
Siſathea lex 192.
Siſyngambris mors præ dolore 131.
Sitanice 69.
Situs ignorantia 167.
Smaragdi 230.
Socialis belli apparatus & finis 13.
Sodræ & Maſſani 119.
Sol deus 152.
Sol puer 264.
Sol rex primus Aegypti 153.
Soli ſacrum fecit Alexander 112.
Solis amor 347.
Solis aqua 342.
Solis fons 88.
Solis ortus 259.
Solis templum 299.
Solis uis 231. 249.
Solis urbs Thebæ 173.
Somnia Alexandri 136.
Somnium Onomarchi 20.
Sooſis rex 200.
Sophites regnum donauit & accepit folio 113.
Soſanes Nini filia 207. 219.
Soſarmon 221.
Spartaci regis interitus 32.
Species Homeri 136.
Speluncæ 151.
Spem retineo mihi 135.
Spermophagi 245.
Sphinges 250. 310.
Spithrobatis uirtus 70.
Spoliorum elargitio 49.
Sponſæ coitus 330.
Stagnum amarum 88.
Staphilus 351.
Statira Darei filia 123.
Statuæ 154.
Staurobates 212.
Stibotes fluuius 103.
Strages Aegyptiorum 29.
Stratigema 30. 41. 81. 120.
Strongylæ 345.
Strutophagi 247.
Stultitia Aegyptiorum in cultu animalium 194.
Summum periculum Alexandri 117. & 141.
Sunium 70.

Supplementum missum ad Alexandrũ folio 115.
Susiadas rupeis ui Alexander superauit folio 99.
Susiades petræ 98.
Susiana 97.
Susis sexaginta nouem millia talenta recepit 97.
Sybaris 300.
Sypili Scythæ auxilio, Mopsus Mirinã interfecit 263.
Syracusarum mirus status 42.
Syracusarum victor Icetas 41.
Syracusanorum decretum pro Timoleonte 55.
Syracusanorum ingratitudo erga Dionem. 11.
Syria 313.


T


TAlus Dædali nepos 317.
Tanais fluuius 179.
Tantali pœna 316.
Tarinæ uirtus 222.
Tauri igniferi 301.
Taurica Diana 299.
Taurobolium 227.
Tauromenium 5.
Taurus syluestris 250.
Taxilis apophthegma 140.
Tectani genealogia 308.
Telchines 347.
Telephus 293.
Templa Dianæ 154. 179.
Templi Hammonis descriptio 88.
Templum mirabile 174.
Tempora tria 153.
Tenages 348.
Tenedos insula 360.
Tennis in ciueis impostura 27.
Tenus 360.
Terpsichore 279.
Terra mater 153.
Tertium Herculis certamen 281.
Testudines ingentes 244.
Tethidi & Oceano aræ 120.
Tethis deorum parens 261.
Thaidis detestabile consilum 103.
Thales errasse uidetur 168.
Talestris regina 104.
Thalia 279
Thamudeni 256.
Theas 358.
Thebæ oppidum 154. 312.
Thebæ dirutæ 67.
Thebani abducti ex templis 67.
Thebani victi, & urbs capta 66.
Thebanorum constantia 66.
Thebanorum & Macedonũ pugna. 65.
Thebanorum in mortem alacritas 67.
Thebano. prærogatiua apud Persas 67.
Thebanorum proteruum facinus 64.
Thelamon 292.
Theledeus 202.
Themis 353.
Themystra urbs 227.
Theodorus 202.
Theopompus 43.
Thermodon 260.
Thesei gesta 307.
Thesei ad inferos descensus 310.
Thesei mors 309.
Theseus 309.
Thespiades 290.
Thespis 290.
Thracidæ 15.
Thracum defectio 95.
Thrasius autor seditionis 47.
Thronium 24.
Thuris collectio 341.
Tigres 98. 270.
Timoleon fratricida 39.
Timoleontis egregium facinus 39.
Timoleontis facinora 44.
Timoleontis mors 54.
Timoleontis res gestæ 39.
Timotheus 54.
Tindarus 293.
Turritus mons 252.
Titanes Cœli filij 263. 253.
Titea Terræ filij 263. 253.
Tlepolemus 349.
Topacius lapis 253.
Trajiciendi fluminis modus 91.
Transitus Alexandri in Aegyptũ 87.
Tria millia talenta recepit Arbela 76.
Trietericarum institutio 269. 276.
Trigemina Glaucopis 153.
Tricyrinthus 306.







Triopas 350.
Triopia 350.
Triphilij Iouis ministri 341.
Triplex Aristhei nomen 320.
Triplex ciuitatis ordo 161.
Tripolis 25. 87.
Triptolemus 157. 294.
Tripus 16.
Triticum 145.
Tritonia 271.
Tritonis palus. 261.
Triumphus primus 269. 276.
Troglodytæ & eorum uiuendi modus folio 167. 248.
Troia iuxta Nilum 180.
Troianorum genealogia 317.
Turris lignea 72.
Tydeos uirtus 310.
Typhon 154. 157. 355.
Tyrannis paci aduersa 9.
Tyrea Salmonai filia 313.
Tyresias 312.
Tirij industrij 83. 84.
Tyri oppugnatio 82.
Tyriorum duo millia suspensa 86.
Tyros peninsula 84.
Tyros uetus 82.
Tyrrheni 340.


V


Vacca 337.
Vectigalis proditio 338.
Vectigalium tripartitio 188.
Vehementissima uerba 54.
Velleris aurei ereptio 300.
Veneni confecti ratio 120.
Venus 154.
Venus aurea 202.
Verborum initium 151.
Veritas 175.
Veteranorum Macedonum uirtus 76.
Victoria ad Granicum 135.
Victoria ad Issum 135.
Victoriam furari nolumus 137.
Vide quid prisci de dijs senserunt 201.
Vim fati redarguentes oderat Alexander 130.
Vinæ inuentor Mercurius 135.
Vini fons 269.
Vini usus 276.
Vincitur classis Indica 213
Vinum Dionysio attributum inuenisse folio 263.
Virginalis habitus Pythiæ 17.
Virgo ex terra 226.
Vites primum plantare docuit Osirides Dionysius 155. 267.
Vitis repertor Dionysius 267. 356.
Vitrum in Aethiopia 212.
Vndecimus labor Herculis 289.
Vota Aegyptiorum 194.
Volgij populi 168.
Vrania 279.
Vrbis Ninæ magnitudo 205.
Vrbium emporia 210.
Vsura 192.
Vulcani inuenta 356.
Vulcani templum 202.
Vulcanus deus 153.
Vxij populi 98.


X


Xandranus magnæ copiæ 114.
Xerxes à Naxijs relictus 346.
Xuthia oppidum 327.
Xuthus rex 327.


Z


Zacynthus fluuius 5.
Zaclotus 322.
Zambirra 272.
Zuchus rex 3. 347.
Zuthum 276. 334.


FINIS.

# DIODORI SICVLI
## LIBER, DE GESTIS PHILIPPI REGIS MACEDONIAE, AC ALIORVM ALIQVOT ILL. DVCVM,
### ANGELO COSPO BONONIENSI INTERPRETE.

*Historiographi munus.*

INomni rerum gestarũ narratione, illud scribentis uidetur esse officiũ, ut libris singulis ciuitatum, aut regum facta integra ab initio ad finem usq; cõprehendat: quòd ita præcipuè narratæ res fideliori memoria retineanť, & aptiores fiant ad cognoscendũ. Quæ enim interrupta finẽ principio continuum non habent, ea intentionẽ & studium legentum abrumpũt. Quæ uerò cõtinenter ad exitũ deducunť, absoluta utiq; rerũ ipsarum utuntur declaratiõe. Ex quadã igitur materiæ, & eius, qui scripturus est, iuncta progressione, quũ prorsus obseruandũ appareat, quod propositũ supra est, nos etiam ad Philippi Amyntæ filij res accedentes, eius facta enitemur hoc libro includere. Is quidem annos quatuor & uiginti Macedonum rex fuit, minimisq; occasionibus se ei offerentibus, omnium quæ in Europa essent maximum regnum suum constituit. Acceptam enim uerò Macedoniam Illyrijs, parentem multarum ac nobilium gentium & urbium dominã reddidit. Ob suam denicq; uirtutem, ab uniuersa Græcia Imperator electus: populis ei ultrò obsequẽtibus. Et raptores Delphici templi, unde oracula petebantur ultus, meruit ut inter Amphictyonas nominaretur. In eiusdem pietatis suæ mercedẽ assequutus suffragiorũ ius, quod habuerãt Phocenses ab eo deuicti. Post Illyrios, Thraceis, Pæonas, Scythas & cõterminas eis genteis expugnatas, ad Persarũ imperiũ extinguendũ se accinxit. Ianq; præmissis copijs, Græcas aliquot urbeis in libertatem uendicauerat, quum fati uiolentia interceptus, tantos post se reliquit apparatus, ut Alexandro ad eandem expeditionẽ contra Persas alienis auxilijs haud opus fuerit. Nec tantæ res, fortunæ ipsius potius quàm uirtuti adscribendæ sunt, quòd plurimũ in re bellica, & ui, & industria, magnanimus hic rex excelluerit. Ne uerò in præfatione res eius immaturè tractemus, ad historiæ ordinem nos conferemus, breuibus priora tempora repetentes.

# REGNI PHILIPPI, ANNVS PRIMVS.

QVVM Athenis Callimedes imperaret, Olympia de quinta & cētesima qua Cyrenæus Porus uictor stadium obtinuit, Romani autem consules essent Cn. Genutius, & L. Aemilius, Amyntæ filius, Philippus & Alexandri, qui Persas deuicit, pater Macedoniæ, regnum illo occupauit modo. Quum pridem eius pater Amyntas Illyriis, qiu eum debellaucrant, stipendium pendere & obsidem Philippum, cæteris filiis iuniorem, dare compulsus esset, illi adolescentulū Thebas custodiendū miserunt. Ciuitas autē eam curam Epaminondæ patri demandauit, ut scilicet puerū creditū, diligēter seruaret, & bonis disciplinis institui faceret. Erat eius domi Epaminondæ filij pceptor pythagoricus, sub quo multū profecit Philippus. Quunq; adolescētes duo, & natura adiuuarētur, & diligētia sibi non deessent, uterq; ad maximas uirtutes peruenit. Epaminondas quidē magnis & periculosissimis certaminibus, præter omnium opinionem, patriam suam totius Græciæ principem fecit. Philippus autem captata temporum ratione in rebus agendis, nihilò Epaminōdæ laudibus inferior fuit. Post obitum enimuerò Amyntæ, Alexander, filius maior natu aliis, quū regnū suscepisset, alorites Ptolemæus, dolis, & regno, & uita eum spoliauit. Sed Perdiccas postea idem in Ptolemæum patrauit, potitusq; regno, ausus est magno prælio cum Illyriis confligere, qui ab eis captus & ad summam miseriam redactus est. Interim Philippus, frater, de custodia elapsus, regnum malè affectum adpræhendit, quòd in proxima pugna Macedones plures quatuor millibus extincti fuissent: qui autem supererant, adeò essent consternati, ut ex magna Illyriorum trepidatione uix consisterēt, omnino q; bellum abhorrerēt. Accedebat quòd & Pæones ipsis finitimi, ex quodā contemptu, agros passim populabantur, Illyriq; ingenteis comparabant copias, ut in Macedoniam irruerent. Et Pausanias quidam regiæ stirpis in regnū illud inuadere conabatur. Athenienses insuper ad Philippi gratiam malè inclinati, Argæum contra illum iuuabāt: Mantiæ duci dato eo negocio cum tribus hominū millibus, & classe, quæ rei cœptæ sufficeret. Ex incommodis itaque prius in bello acceptis, & maioribus, quæ uidebantur impendere, anxiq; & ancipites plurimum erant Macedonum animi. Sed Philippus in tanto rerū omnium timore in periculis, quæ euidentissimè adparebant, neutiquàm perterritus, habita concione, ad firmitudinem animi suos hortatus, audentiores aliquantulum reddidit. Conuersusq; ad emendandam militarem disciplinam, curauit, ut decentibus armis milites sui instructi essent: utiq; meditationibus bellicis exercerentur. Excogitauit præterea ordinem illum iunctissimum phalangis quæ Macedonum peculiaris fuit, sumpto exemplo heroum qui clypeos clypeis

*Philippus obsides traditur disciplinis.*

*Philippus præceptori pythagorico operā dedit.*

*Philippi aditus in regnū.*

*Phalangis inuentor Philippus.*



os clypeis coniungebāt in bello Troiano. In familiari autē sermone mirificè omnibus blandiri nouerat: aliquos muneribus, quosdā promissis in suam cōcilians beneuolentiam. Sed & imminentibus sibi cladibus sapienter ita prouidit. Videbat imprimis Athenienses mirifico quodam studio teneri recuperandæ urbis Amphipolis, propterea q; Argæum commouere ad turbādum regnum Macedoniæ. Sponte ita q; ea urbe cessit, ut esset sui iuris. Ad Pæonas autem missis legatis effecit, & donis, & pollicitationibus, ut pacē secum pro tempore firmarent. A Pausania se liberauit, largitione regem qui eum iuuaturus erat, ad suam uoluntatem pelliciēs. Sed enim Mantias cum classe Methonem tra iiciens, ibi ipse subsistit, Argæum autem cum mercenario milite Aegas misit. Qui quū urbi adpropinquasset, oppidanos cœpit hortari, ut se reciperent, ex tali beneficio principē locum in regno Macedoniæ habituri. Sed nullo ei assentiēte, Methonem reuertebatur, quum Philippus instructis copiis eum adortus multos cecidit: reliquos qui ad montem uicinum se retraxerant, dimisit, perfugis ex pacto sibi deditis. Ex hac pugna uictor Philippus, confirmauit plurimum Macedonum animos ad futura deinceps bella. Dum autem hæc agerentur, Thasij habitatum iuerunt Crenidas, quam urbem deinde à suo nomine Philippos nuncupatam, habitantium frequentia ampliorem fecit. Et hinc quidem Chius Theopompus initium sumpsit libris quinquaginta octo, quos de Philippi rebus ædidit. Sunt autem in eo numero quinque, quorum fides haud satis constitit.

*Philippos quæ olim Crenidæ.*

*Chij Theopompi libri Apocryphi.*

## REGNI PHILIPPI ANNVS SECVNDVS.

IAm uerò principem Athenienses Euchariourn, Romani, Q. Seruilium, & Q. Genutium consules habebant, quum Philippus Athenas, missis legatis pacem facilè ab eo populo impetrauit quū de Amphipoli repetenda nihil actum esset. Ita ab hoste illo iam liber, persensit Agim, Pæonum regem, mortē obijsse: nec oblatam occasionē ulciscendi, Pæonas dimisit, ductis nanq; in illos copijs, facta dimicatione, in Macedonum potestatem superatos eos redegit. Reliqui erant Illyrij, ad quos expugnandos, miro intendebatur studio. Proinde concione habita, quū milites ad id bellū animassent, in Illyrici fineis, cum decem millibus peditum, & sexcentis equitibus, intrauit. Quod quū Bardylli regi allatum esset, misit protinus ad Philippum legatos, qui offerrēt ei urbium deuictarum æquam secū ad ministrationem, & eo pacto pacem firmarent. Sed enim Philippus eam denegauit, nisi omnibus Macedonicis urbibus cederet. Itaq; re infecta, legatis redeuntibus, Bardyllus plurimū fiduciæ reponens in suorum uirtute, ex uictoriis quas prius multas acquisierant, parato exercitu decem millium peditum, & quingētorum equitum, hosti obuiam uadit. Quunq; alteri alteris uicinicon stitissent, emisso ingenti clamore in certamen irruūt, Philippus in dextro, cornu ubi

*Expeditio Philippi in Illyrios.*

nu, ubi erant ſpectatæ uirtutis Macedones, quum circumagi equites iuſſiſſet, ut ex tranſuerſo barbaros adorirentur, hoſteis à fronte ferociſſimè oppugnabat. Illi autē quadrata acie inſtructa, omnibus periculis acriter reſiſtebāt, diúq; anceps fuit prælium, ob egregiam utrorūq; fortitudinem. Et quum ex omni parte multi caderent, multi cōfoderentur, res nunc in hanc, nunc in illam partem fluctubat, prout dimicantium uirtus uel excitabatur, uel remiſſa erat. Tandem quum præmiſſi equites à latere, à tergo hoſteis premerent, & Philippus cum fortiſſimis ſuorum, magna ui eos dē fatigaret, coacti ſunt Illyrij in fugā ſe conijcere, ita etiam multis abſumptis, quum eos per loca uaria Philippenſes perſequerentur. Nouiſſimè Philippus dato ſigno ſuis uti ſe reciperent trophæū erexit. Qui ex ſuis occubuerant, eos ſepeliri curauit. Et Illyrij petitas prius urbeis, Philippo per legatos dedētes, pacem obtinuerunt, quū amiſiſſent in ea pugna plus ſeptem millibus hominum. Quum uerò Macedoniæ & Illyrici res ſatis in præſens tractauerimus, ad diuerſarum gentium facta diuertemus. In Sicilia, quum iunior Dionyſius, regnum Syracuſarum pridem acepiſſet, homo minimè induſtrius, & à patre plurimum degenerās ſub pacis, & qui etiorum morum prætextu, turpem ignauiam tegere conabatur. Et quum ſucceſſiſſet in bellum contra Carthaginienſeis, cum eis pacem firmauit. Cum Lucanis itidem bello ſumma negligentia prorogato, & adultimùm prælijs aliquot ſuperior quum fuiſſet, cupidiſſimo animo pacem eis conceſſit. In Apulia urbeis duas extruxit, ut tutam efficeret maris Ionij nauigationem. Qui enim loca maritima incolebant, prædatorijs nauibus diſcurrentes, Adriaticum pelagus omnino mercatoribus infeſtum reddiderant. Poſtid ſummo ocio ſe tradens, omnem militarem exercitationem aboleri permiſit. Regnum maximū omnium in tota Europa, & quod eius pater adamante munitum gloriabatur, ſua ignauia perdidit. Quod, quemadmodū ab eo cōmiſſum ſit, & quæ idcirco fieri contigerit, ſuo explicabimus ordine.

*Illyriorum defectio.*

*Dionyſij Iunioris inertia.*

*Regnum adamante munitum.*

## REGNI PHILIPPI ANNVS TERTIVS.

CEphiſodoto Athenis imperante, Romæ conſulibus C. Licinio, & C. Sulpitio, clariſſimus inter Syracuſanos optimates Dion Hipparini filius ex Sicilia aufugit, diēnq; & Syracuſanos, & alias Siciliæ urbeis ingenti animo, in libertatem uendicauit, huiuſmodi initijs. Habuerat ſenior Dionyſius uxores duas, & ex utraq; liberos ſuſceperat. Ex prima, quæ erat Locrenſis, Dionyſium, qui ei defuncto ſucceſſit. Ex altera, Hipparini filia, ſummæ honeſtatis inter omneis Syracuſanas, Narſæum, & Hiparinum filios. Huius ſecundæ uxoris frater erat Dion, uir in philoſophiæ ſtudijs famæ celebris, conſtantia autē, & rei militaris ſcientia longè oīb⁹ ſu⁹ ciuibus p̄ſtans. Adcebat ad hæc nobilitas ſumma, & ſingularis animi

*Dionyſij Senioris uxores.*



laris animi magnitudo, quæ omnia eum tyranno formidoloſum reddiderant: utpote qui aptiſſimus uideretur, ad retundenda eius ſcelera. Itaq; decreuerat uirum talem procul à ſe habere: intentans etiam ei mortē. Id perſentiens Dion, apud amicos quoſdā primò latitauit, poſtea ex Sicilia in Poloponneſum traiecit cum Megacle fratre, & Chariclide, qui ſub Dionyſio copijs militaribus præfuerat, Corintumq; perueniens, ab eo populo impetrauit, uti liberationis Syracuſarū curam ſecum ſuſciperet. Quum milites mercennarios uellet ſcribere, & arma conquireret, multis cum iuuantibus, breui tempore, & arma & conductos milites, in nauibus duabus onerarijs diſpoſuit: cumq; ijs tantum è Zacyntho, quæ eſt prope Cephalleniam, in Siciliam tranſmiſit. Triremeis, & alias onerarias naucis Chariclidi, qui paulò pòſt Syracuſas tranſiret, dimiſit. Eodem ferme tempore Andromachus, Tauromenienſis, Timæi hiſtorici pater, opibus, animoq; plurimum excellens, in unum congregatis ijs, qui fuerāt reliqui ab excidio Naxi dirutæ à Dionyſio, collem urbi uicinum qui Taurus nuncupabatur, ad multūm temporis inhabitauit, & à ſua diutina manſione in Tauro, Tauromenium locum eum appellauit: breuiq;, auctis oppidi rebus, factum eſt, ut incolæ opulenti, & locus honoratus redderetur. Noſtra tandem ætate, Cæſare adijciente animum ad Tauromenienſium incrementa, Romanorum colonia illuc deducta eſt.

*Zacynthus.*

*Andromachus*

*Tauromeniū.*

Euboei autem, dum hæc in Sicilia agerentur, ciuilibus diſcordijs laborantes, hi quidem Bœotos, alteri autem Athenienſeis in auxilium accerſiuerūt. Cœptoq; ibi bello, leuia certamina, & quaſi præludia frequenter fiebant, in quibus, nunc Thebani, nunc Athenienſes erant ſuperiores, ſed nunquàm iuſto certamine dimicatum adhuc fuerat, quum Euboei, poſt bello uaſtatam inſulam, & multos utrinq; mutuis odijs cæſos, tandem ſuo malo docti, ſimul conciliati ſunt. Proinde Bœoti illinc diſcedentes citra noxam domum reuerſi ſunt. Athenienſes autem, quum ab eis Chij, Rhodij, Coi & Byzantij defeciſſent, inciderunt in bellum quod Sociale dictum eſt, ſuſtinueruntq; illud per triennium. Electos itaq; Duces Chareta & Chabriam cum exercitu ad id bellum miſerunt. Illi ſtatim Chion inuadentes, inuenerunt illuc miſſa auxilia, ab ijs qui ſimul deſciuerāt, & præterea à Carum rege, Mauſolo, inſtructiſq; ordinibus urbem & mari & terra oppugnare agreſſi ſunt. Chares cum peditum manu, ad mœnia, terreſtri pugna contendebat, cum ijs, qui ex oppido eruptiones faciebant. Chabrias autem in portum inuadēs, nauale prælium acriter incepit: ſed eius nauí, ab actuarijs hoſtium nauibus afflicta, ſuccumbebat. & ſuí fortunæ cedentes ſaluti conſuluerant. Itaq; maioris faciens glorioſam mortem, quàm ut uictus uiueret, à ſe hoſteis fortiter repellens, confectus obijt. Interea Philippus rex, magno prælio ab ſe deuictis Illyrijs, omneis eorum genteis, quæ uſq; ad paludem Lychnitida inhabitant, ad ſui obſequium compulit, & in Macedoniam eſt reuerſus, quum glorioſam pacem Illyrijs conceſſiſſet, Ianq; celeberrimum eius erat nomen apud Macedonas,

*Bellū Sociale.*

*Philippi expeditio in Amphipolitanos.*

utpote cuius uirtute res, prius malè affectas, recreatas uiderent. Posthæc quum Amphipolitani malignè se gererent in Philippum, & pluribus modis eũ irritarent, parato iusto exercitu eos inuadit, & inductis ad mœnia machinis, acri & continua oppugnatione eos premens, muri partẽ ariete deiecit: irrumpensq; in urbem per apertum locum, & repulsis, qui se opposuerant, ea est potitus, ciueisq; omneis humanissimè habuit, præter paucos, quos sibi aduersos, patria mulctauit. Vrbs autem ea, ex Thraciæ propinquitate & aliorum locorum, multùm contulit ad Philippi incrementa. Subitò enim ab illa Pydnam occupauit, & Olynthijs ad obtinendam Potideam, cuius rei erant cupidissimi, tulit auxilia. Olynthiorum autem ciuitas, & potentia, & habitantiũ multitudine, plurimi erat momenti ad bellica negocia perficienda: & qua aduersante, multùm laboris subeundum esset ei, qui imperium suum uellet proferre. Propterea mutua quadam æmulatione & Philippus & Athenienses tenebantur, utri ipsorum illa se adiungeret. Sed enim Philippus Potideam expugnans, Athenienſium præſidium illinc depulit, deuictosq; incolumeis Athenas humaniter remisit. Reuerebatur enim ualde eam Remp. Philippus: cũ ob potentiam, tum propter dignitatem. Olynthijs Pydnam etiam urbem prius abscaptam, & ei finitima, quæ possidebat, donauit. Crenidas dein se conferens, inductis pluribus, qui eam urbem incolerent, ex sui appellatione instituit, ut Philippi nominaretur. Erant in eo tractu fodinæ auri, sed tenues & non bene exploratæ. Eas Philippus magis operibus ita instruxit, ut annua ei redirent amplius mille talenta. Vnde magnis opibus breui cumulatis, Macedoniæ imperium plurimùm auxit, quum pecuniæ cœptis omnibus negocijs sufficerent. Numum aureum Philippei nomine cudi instituit. Multum, qui stipendia facerent, certum & ualidum numerum sibi legit. In Græcia multos muneribus corruptos, ad patriæ proditionẽ allexit: quæ omnia sigillatim ut facta sint declarabimus, prius tamẽ, quæ hoc loco subsequunt, narraturi.

*Olynthus.*

*Philippi.*

*Fodinæ auri.*

*Philippeus aureus.*

## REGNI PHILIPPI ANNVS QVARTVS.

QVVM Athenienses Agathoclem principem, Romani M. Fabium, & C. Petilium consules haberent, Dion in Siciliam peruenit, Dionysij tyrannidem oppressurus. Is quum ante tam nobile cœptum facinus, nulla facultate ad id faciendũ inuitaretur, præter omnium spem, regnum amplissimum totius Europæ penitus labefactauit. Quis enim uerò credidisset, eum uirum, cum nauibus duabus tantum onerarijs, uictorem futurum, in eum regem, qui longas naucis quingentas, pedites ad centum millia, & decem equitum millia, armorum autem, commeatuum, & pecuniarum tantum haberet apparatum, quantus enumeratis copijs

*Dionysij regis uires.*





pijs abundè sufficeret? Vrbem præterea maximam Græcarum omnium tenebat, cui erant portus & naualia, & instructissimæ arces fermè inexpugnabiles. Non deerant & auxilia ualidissima. Sed contra ea omnia, Dioni aderant potiora: Ingens animus, uirtus summa, & magna eorum, qui miserè seruiebant, erga eum beneuolentia: quodq; ijs maius erat, ipsius tyranni ignauia, & popularium uoluntates ab eo alienatæ. Huiusmodi igitur omnia eodem tempore simul emergentia, incredibilem exitum rebus, quæ gerebantur, dederũt: illo propẽmodũ ordine. Quum è Zacyntho Dion, duabus nauibus acceptis discessisset, præternauigãs Agrigẽtinos, Minoã tenuit. Ea urbs superioribus annis à Cretensium rege Minoë fuerat extructa, quo tempore persequutus Dædalũ, usus est Cocali Sicaniæ regis hospitio. Sed dum hæc agerentur, Carthaginiẽsibus parebat. præeratq; ei Paralus, Dioni amicissimus, à quo prompto animo acceptus Dion, quum è nauibus arma, numero ad quinq; millia, exportari fecisset, ab eo impetrauit, ut Syracusas curribus illa deuchi curaret. Ipse autem iter eódem cepit, mille uiris comitãtibus. Statinq; Agrigentinos, Gelenseis, & alias Siciliæ mediterraneas genteis, Madinæos & Camarinenseis adhortatus ad uendicandam libertatem, sibi contra Tyrannum iunxit, concurrentibusq; ex omni parte auxilijs, comparauit exercitum, amplius uiginti millium hominum. Græci pariter ex Italia & Messanenses multi accersiti, magna promptitudine aduenerunt. Iam Dion Syracusanos fineis intrauerat, quum ei facta est obuiam ingens multitudo, & ex agris, & ex urbe uenientum ad se hominũ inermium: multis enim, quibus parum credebat, arma Dionysius ademerat. Ipse quidem per ea tempora in urbibus, nuper à se constructis, circa mare Adriaticum erat, cum magnis copijs. At hi, quos ad Syracusarum custodiam duceis reliquerat, primò tentauerunt, ut in Tyranni fide oppidanos retinerent, ne defectionem molirentur. Sed quum id frustra fieret, tumultu passim succrescente, coacto mercennario milite, & his, qui in urbe parteis regias fouebant, tumultuantibus ita obsistere decreuerunt. Dion interim Syracusanis, qui armis carebant, aduecta arma distribuit: alios autem eo armorum genere, quod fortuitum sibi offerebatur, instruxit. Hisq; omnibus in concionem uocatis, dixit: eo animo se uenisse, ut Siciliæ libertatem acquireret, ideo oportere Duceis eos deligi, qui & libertati recuperandæ, & extinguendæ funditus Tyrannidi pareis essent. Tunc una ueluti uoce, ab uniuersa multitudine conclamatũ est, ut ipse Dion & frater Megacles imperatores in eo bello essent. Subitò igitur à concione urbem inuadens, nullis in aperto se ei opponentibus, audacter ingressus per Achradinam, in forum cum exercitu contendit, quum nullus ei occurrere auderet. Erant cum Dione omninò hominũ millia quinquaginta. Hi omnes coronati in urbẽ intrarũt, ducẽte Dione, Megacle & trigínta Syracusanis, qui soli ẽ numero eorũ, q in Peloponneso exulabãt Syracusis, ausi sunt fortunæ cũ Dione se exponere. Vniuersa aũt



*Dionis transitus in Siciliã.*

*Minõa.*

urbe à ſeruitute ad libertatem, à taciturnitate, quam ſub Tyranno ſeruabant, ad ſummam hilaritatem & laudationes conuerſa, omnia gaudij, omnia ſacrificiorum plena erant. Priuatim unuſquiſq; ad lareis ſuos, excitatis uaporibus, gratias Dijs referebat: ob accepta bona, concipiebatq; uota, uti futuræ res proſperè crederent. Sentiebatur & quidam ueluti ululatus fœminarum exultantium, ob felicitatem adeò inſperatam. Paſſim uerò ab omnibus urbis partibus concurſus ad Dionem erat. Non liber, non ſeruus, non peregrinus inueniebaꝫ, qui eum uidere nō diſcuperet: cum ſumma admiratione eius uirtutis, quam maiorem humana omnes animo concipiebant, nec immeritò. Maxima enim ea erat rerum commutatio, & quam nullus unquàm futuram exiſtimaſſet: amariſſima quinquaginta annorum ſeruitute tunc primùm depulſa, & libertate unius hominis uirtute reſtituta. Dionyſius tunc temporis ad Cauloniam Italiæ, quum moram traheret, Philiſtum, quem Adriatico mari præfecerat, ad ſe cum claſſe accerſitum, iuſſit Syracuſas contendere, ipſeq; eōdem peuenit, die ſeptimo poſt eum diē, quo urbem Dion occupauerat: tentauitq; initiò, num aſtu Syracuſanos poſſet circumuenire. Ad eos enim legatos, qui pacē peterēt, miſit, uarijs modis per eos ſignificans, ſe conceſſurū populo imperiū, ſiquidem honores aliquos decenteis, in remunerationē ipſe poſſit obtinere. Petens etiā, ut ad ſe uenirent è populo aliqui, cum quibus conſultaret de bello cōponendo, quod factum eſt. Miſſi enim ſunt uiri honoratiſſimi à Syracuſanis, quos iam multùm ſpes in-

*Dionyſij aſtus.* flauerat. Iis cū Dionyſius cuſtodias appoſuiſſet, aditū ad ſe diutius diſtulit. Animaduertēs interea hoſteis, expectatione pacis negligētius in ſtationibus agenteis, & omnino ad dimicationē malè expeditos, extēplo reſeratis portis areis quæ eſt ad inſulam, cū inſtructo agmine ſe intromiſit. Extruxerāt Syracuſani murū ex oppoſito, uerſus mare: ſuper eum Dionyſiani, cū clamore & perturbatione ingenti inſcenderunt, trucidatiſq; non paucis, qui ea loca tuebantur, iam interius penetrauerant, cōſerebantq; manus cum ijs, qui ad mu-

*Pugna atrox.* ri ſubſidium ueniebant. Tunc Dion præter ſpem deceptus, cum melioribus è ſuis obuiam iuit hoſtibus, cœptoq; prælio multos paſſim cedebat. Cunq; haud magnum loci ſpacium intercederet (quippe intra munitiones ſtatim erat pugna) accurrit ſubitò magna hoſtium uis in eum locū ſatis anguſtū, & uix ſtadij unius. Vtrinq; autē, qui ſumma excellebant uirtute, periculis ſe animoſè offerebāt. His quidem, ob ingentia Dionyſij promiſſa: illis autem libertatis amore ad ſummū uincendi ſtudiū inflammatis. Et primò ancipitem reddebat pugnam, æqualis fere utrorūq; uirtus, cadebantq; plurimi, nec pauciores confodiebantur, uulneribus omnes aduerſis. Qui enim in primori parte erant, generoſiſſimè ad mortem uſq; decertabant. Proximi autem pro eis cadētibus, ſtrenuè ſubibant incōmoda omnia. Et pro adipiſcēda uictoria nullū erat periculum, quod recuſarent. Sed enim Dion cupiēs plurimum facere egregiū aliquid, ut labore ſuo parta uideret uictoria, in me-

diam



diam hoſtium aciem prorupit & acriter dimicans multos cecidit, perturbatiſq; aduerſis ordinibus, in media ea turba ſolus cōſtitit. Ibi emiſſis undiq; iaculis & in clypeū & in galeam nihil offendebaꝫ, armis cum tuentibus. Sed in brachio dextro confixus uulneris aſperitatē haud poterat ferre, paulūq; aberat, ut deueniret in hoſtium manus, quum Syracuſani pro duce ſuo ſeruando ſollicíti, facto uehementiori impetu in hoſtem, & Dionem periculo eripuerunt & illum ad fugiendum compulerūt. Itidem & ad aliā muri partem, ſuperiores oppidani perſequuti ſunt Dionyſij milites uſq; ad portas inſulæ. Quum uictoriam hanc clariſſimam, & per eam ſtabilitam libertatem Syracuſani obtinuiſſent, trophæum in Tyranni exprobrationem erexerunt. Dionyſius uerò ab eo quod ſperarat, uidens ſe decidiſſe, ſanq; regni recuperandi animum deſpondens, ualidis præſidijs arceis firmauit, impetratiſq; ſuorum cadaueribus quæ erant octingenta, honorificè ea ſepeliri curauit: aureis coronis & purpureis ueſtibus adornata. Sperabat enim huiuſmodi officio, alijs animos auctum iri ad ſubeunda diſcrimina pro eius Tyrannide. Magnis etiam muneribus eos qui ſtrenuè pugnauerant, proſequutus eſt, & ad Syracuſanos miſit qui agerent de pace. Sed Dion excuſationibus uarijs legatos diſtinebat, donec abſoluta ſine impedimento muri parte, quæ deerat, eadem arte hoſtem ludificatus, qua ipſe deceptus fuerat, introductis legatis, quum de pace uerba habuiſſent, reſpondit: unicam eſſe pacis uiam, ſi depoſita Tyrannide contentus ſit honoribus certis. Id quum *Tyrannis pace aduerſa.* Dionyſio renunciatum eſſet Duceis ſuos conſuluit Tyrannus, qua uia Syracuſanos tam ſuperbè reſpondenteis poſſet ulciſci. Poſtmodum quum omnibus rebus, præter, quàm frumēto abundaret, maritimiſq; uiribus præſtaret, hoſtile agrum populatus eſt: diuiſiſq; inter ſuos frumētis illis præ-

datitijs, miſit onerarias naues cū pecunia ad cōparandos commeatus. Syracuſani haud multas habebant longas naueis, ſed in locis, quæ opportuna nouerant, occurrentes, magnā uim frugum emptarū, quæ deuehebaꝫ, ab- *Pherei Tyranni.* ſtuleriūt. Dum uerò hæc Syracuſis gererent, in Græcia Alexander Pheris Tyrānus, fraude uxoris Thebes & fratrū eius Lycophronis & Thiſiphonis interfectus eſt. Qua ex renō mediocrē gratiā tanquàm Tyrānicidæ primò adepti ſunt. Poſtea immutati animo, muneribus ſibi milites cōciliarūt, nec Tyrannos ſeipſos diſſimulabāt. Sublatis enim uerò è medio qui eorū uoluntati renitebanꝫ, & confirmatis multū uiribus ſuis principatū apphendebant. Erāt ea tēpeſtate in Theſſalia magni nominis, ac nobilitatis ſummæ, qui nūcupabanꝫ Aleuadæ. Hij tyrānos eos cōprimere conati, quū p ſe haud *Aleuadæ.* ſufficerent, Macedoniæ regem Philippum inuocauerunt. Qui in Theſſaliam profectus, Tyrannis deuictis, priſtina urbibus libertate reddita, eam ſibi Theſſalorum beneuolentiam comparauit, ut ipſe ac filius Alexander, in uarijs bellis eos auxiliareis habuerint. In his autem, qui hiſtorias conſcripſerūt, Demophilus, Ephori filius, belli, quod Sacrū uocarūt, & in annos *Sacrum bellū.*

undecim,

undecim, donec sceleris illius participeis extincti essent, dilatum est, narrationem omnissam à patre suscepit ab eo tempore, quo Delphici oraculi Templum & occupatum, & direptum est à Phocensi Philomelo. Sed hucusq; tantum peruenit Callisthenes, decem libris, quos de Græcorum rebus scripsit. Rursus inde Atheniensis Diyllus libros uiginti septem auspicatus est, quis & Græciæ & Siciliæ facta recensetur.

*Callisthenes.*
*Diyllus.*

## REGNI PHILIPPI ANNVS QVINTVS.

IAM principatum Athenis Elpinus, & consulatum Romæ inuerant, M. Popilius Lenas, & C. Manlius imperiosus, cœperatq; centesima & sexta Olympias, quum uictor in stadio fuisset Maliensis Porus. Eo tempore in Italia circa Lucaniam, colluuio quædam hominum, omnium ferme fugitiuorũ, è locis uariis in unum confluxit, passimq; primò latrocinabatur, deinde & excubias agendo, & incursionibus crebris, aliisq; exercitationibus, cœpit assuefacere se ad militareis ordines seruandos. Itaq; iusta acie cum eorum locorum cultoribus congressi, semper uictores euadebant: auctisq; uiribus, ad urbium oppugnationem conuersi, Terinam oppidum captum diripuerunt. Postea in ditionem suam redactis, Arponio, Thuriis & aliis aliquot urbibus, sibi suam Rempubli. instituerunt: uocatiq; sunt indigena appellatione Brutij, quòd eorum plerique omnes fugitiui serui, gens nimirum bruta essent. Huiusmodi originem habuit is Italiæ populus. AT Philistus, Dionysij præfectus, Rhegium transiens, illic Syracusas quingentos equites traiecit, adsumptisq; ibi pluribus aliis, & peditatu duûm millium in Leontinos (qui & ipsi à Dionysio defciuerant,) se conuertit: ac noctu mœnibus superatis, quum partem urbis occupasset, consertis atrociter manibus præcipuè Syracusanorum uiribus, qui Leontinis uenerant auxilio, illinc eiectus est. Interea Chariclides, quem Dion in Peloponneso cum nauibus longis reliquerat, impeditus antè tempestatibus, ne potuerit in tempore liberationi Syracusarum adesse, uenit cum longis nauibus uiginti, mille & quingentis militibus. Quunq; is uir plurimum uirtute excelleret, uidereturq; tantæ rei maximè idoneus, præfectus est Syracusanorũ omnibus maritimis copiis, ut communi consilio, cius. & Dionis gereretur bellũ contra Dionysium. Et iam Philistus, instructa classe triremium sexaginta, ad nauale prælium excibat Syracusanos, haud multùm ei, nauium numero cedenteis. Pugnatum est utrinq; summis uiribus, inclinabatq; primò uictoriæ spes ad Philistum, ob egregiam eius fortitudinem. Sed à suis tandem derelictum, undiq; Syracusani eum prementes, ut uiuum caperent, laborabant. Sed Philistus, ut uitaret, quæ plerũq; in captiuos cõmitti solent sibi mortẽ cõscíuit: uir integerrimæ fidei, & qui magno usui fuerat Tyrãnis, donec uixit. Huius cadauer diserptum,

*Brutij unde cognominati.*
*Philisti expeditio in Siciliã*



cerptum, Syracusani per urbem traxerũt, abiecerunt q; insepultum. Dionysius amisso tantæ experientiæ duce, quum alium qui bello administrando par esset non haberet, nec per se idem posset, legatos ad Dionem misit, qui ei primò dimidium imperij sui, deinde & totum obtulerunt. His à Dione responsum est, uti rex arcẽ populo dederet, impetraturus ex eo munera & honores. Nec Dionysius eam conditionem reijciebat, dum tamẽ præsidium & opeis, quas in ea haberet, in Italiam tutò posset transferre. Adprobabat id totum Dion, hortabaturq; populum ad subeunda ea pacta. Verum concionãtibus quibusdam incontrarium, noluit Dioni assentire populus: sperans uiros illud adsequuturum. Sed enim, Dionysius ualido præsidio firmata arce, thesauros, & omnẽ regiam suppellectilem, nauibus clanculum impositam, in Italiam transtulit, & in urbe seditiones erumpere cœperũt. Erant qui summam rerum Chariclidi censerẽt demandandam, quòd is homo ad tyrannidẽ nunquàm uideretur aspiraturus. Alij uerò præfici omnibus debere Dionem adseuerabant. Adcessit ad alia incommoda, quòd mercennarij milites, qui uenerant è Peloponeso ad Syracusarum liberationem, quum stipendia multa eis deberentur, nec solutioni, ob indigẽtiam satisfieri posset, plures tribus millibus, omnesq; spectatæ uirtutis & qui multa in bellicis rebus exercitatione longè omnibus Syracusanis fortitudine præstarent, discesserunt: adhortati prius Dionem ut secũ & ipse recederet, ulciscereturq; secum communeis iniurias à Syracusanis acceptas. Denegauerat primò id se facturum Dion, uerum paulopòst, ardente urbe seditionibus: compulsus est recipere se ad exteros milites abeunteis, simulq; iter faciebant ad Leontinos. quum Syracusani inflammati odio, eos persequi cœperunt, & in ipso itinere facta dimicatione, quum multos è suis amisissent, se retraxerunt. Nec Dion ex ea uictoria sustinuit, ut odium contra ingratissimos ciueis exerceret. Missis enimuerò adse, qui defunctorum corpora adsepulturam peterent, benignè indulsit, captiuosq; multos, citra redemptionem liberos dimisit. Multi etiã ex prælio, quum in fuga interfici potuissent, quia tamen uerbis ostentabant se esse Dionis partium, ab eorum cæde temperatum est. Dionysius tunc temporis, quũ Neapolitanũ Nypsium, uirũ & prudentiæ & fortitudinis egregiæ, ducem elegisset, eiut Syracusas contenderet, iniunxit, dedit q; aliquot onerarias naueis ad commeatus deuehendos. Ille igitur è Locris Syracusas uersus discesserat. Iisdem diebus, quum diutius præsidia à Dionysio arci impositа, panis & aliorum necessariorum inopiam summa constantia tolerauissent, tandem premente necessitate, ad salutem prospiciendam conuersi omnes, nocte simul habitis consilijs, decreuerũt, sequenti die, & arcem & semetipsos Syracusanis dedere. Iam q; primo diluculo ibant ab arce ad populũ qui deditionem paciscerentur, quum Nypsius conspectus est, classem circa Arethusam in portum appellens, ex cuius aduentu ab inopia recreati, summa rerum omnium abundantia adfluere cœperunt. Eodem modo arx ferme alienata, ex insperato

*Dissensio de nouo regni imperatore.*
*Syracusanorũ ingratitudinẽ erga Dionem.*
*Dionis modestia.*
*Nypsius.*

ex insperatò, confirmata est, quum præcipuè Nypsius milites qui arcem tuebantur, in concionẽ euocatos, oratione tempori accommodata, plurimũ ad futura omnia toleranda animauerit. Syracusani tunc instructis triremibus hosti obuiam egressi, quum ille in concionem totus cõuersus esset, incursione subita ingentẽ tumultum excitarunt, quo uehementer perturbati sunt qui primi impetum debebant excipere. Itaq; prælio conserto, Syracusani hostileis aliquot naueis demerserunt, nonnullis potiti, reliquas in fugam cõuerterunt. Ex ea uictoria multum elati, deis primum sacrificia amplissima reddiderunt, ipsi dein ad conuiuia & ingurgitationes conuersi, nullã habebant excubiarum curam: utpote contra hosteis, quos uictos nihil facerent. Interim Nypsius acriter intentus ut acceptam cladem ulcisceretur, copijs nocte expeditis, inscendit ipse furtim oppositas munitiones, ibiq; in temulentiam & somnum reuolutos uigiles offendit. Non cunctatus, scalas ad id factas adplicat per quas strennuissimi aliquot supato muro, trucidatis custodibus, quũ portas reserassent introductus est totus exercitus in urbem. Syracusani, qui in subsidiũ adcurrebãt, quũ omne eorũ robur uino langueret, uel trucidabant uel fugam statim adripiebant. Eodem tempore, & qui erãt in arce, quum omnia incustodita essent, intra munitiones penetrarũt. In oppidanos, subitò casu consternatos & incompositos, multa cædes committebatur. Intrauerant cum Nypsio plures decem millibus, acie ordinata, ut in urbe nullus eorum impetum posset sustinere: quippe quum in ea quispiã ducis officio non fungeretur. Ianq; occupato foro, in domos irruebant, diripebanturq; passim opes. Fœminæ, pueri, serui, captiui ducebãtur. Refugerant uiri in angiportus & uias quasdam, ubi continuis dimicationibus decertabant, sed cum magno detrimento, quum multi interficerẽtur, alij autem grauissima subirent uulnera. Et noctu hæc quidem omnia, uti sors in tenebris obtulerat, utrinq; committebantur. Nunquanq; adparuit, quanta hominum strages ubiq; facta esset, nisi demum die adueniente. Tunc Syracusani animaduertentes, unicam salutis spem in Dione esse, miserunt equites aliquot in Leontinos adeum, orantes, ne in seruitutem redactam patriam uellet destituere, utq; iniuriarum, quas ei intulissent, sibi ueniam indulgens, patriæ calamitatẽ miseratus, ad eam subleuandam festinaret. Dion ut qui animi magnitudine, & ex philosophiæ studijs sedatum sensum haberet, nihil indignationis in ciuicis suos retinuit, sed repente milites suos adhortatus, duxit Syracusas. Quunq; ad ad Hexapyla peruenisset, ibi extructis ordinibus progredi cœpit. Tunc obuiam facta sunt ei ferme decem millia mulierum, puerorum, & senum ab urbe fugientum. Hi omnes multis lacrymis sortem Dioni commendabant. Eo tempore hostes, qui ex arce descenderant, domibus, quæ circa forum erant, post direptionem iniecto etiam igne, ad ulteriore: occupandas se conuerterant: totiq; in illo erant cum locis pluribus facto agmine. Dion in urbem irrumpens occupatos in auferendis raptis rebus, incompositos, & subitò eius

*Dion solus spes libertatis.*

*ἑξάπυλον.*

aduentu



aduentu perterritos passim trucidat: & in domibus, & in uijs, prout se ei offerebant. Pluresq; iam quatuor millibus cæsi erant, quum reliqui fuga celeri in arcem se recipientes, obstructis portis, imminentem cladem euitarunt. Idfacinus celeberrimum omnium quæ prius à se gesta erant, cum Dion peregisset, curauit ut incendia, quibus multæ domus ardebãt, coercerentur, utiq; reficerentur munitiones, ne ab arce hosti in urbem aditus pateret. Expurgatis deniq; omnibus locis, ubi cadauerum acerui iacebant, trophæum erexit. Et Deis, quorum ope patriam seruasset, sacrificia exoluit. Populus uerò, ut gratitudinem suam in Dionem ostenderet, eum Imperatorem delegit, decreuitq; ei honores diuinos. Ille tunc, ut eodem tenore ubiq; se magnanimum ostenderet, eis, qui inimico animo in se deliquerant, clementer ueniam indulsit, populumq; uniuersum ad concordiam seruandam exhortatus est. Vnde plurimum charitatis & commendationis apud suos ciueis, ueluti unicus patriæ seruator, & cui ex maximis beneficijs multum deberetur, consequutus est. Quum uerò Siciliæ res in huiusmodi statu essent, in Græcia Chij, Rhodij, Byzantij & Coi bello Socialí cum Atheniẽsibus contendẽtes, summo studio se instruebant, ut exitum rei, nauali pugna experirentur. Itidem Athenienses, quum prius ad eam expeditionem Chareta cum nauibus sexaginta misissent, tunc Iphicratí & Timotheo, clarissimis uiris ea tempestate in populo Atheniensi, totidem dederunt naues, ut profecti contra hosteis, communi consilio cum Charete rem gererent. Iunctis autem quatuor gentiũ uiribus, illi habebant centum nauium classem, qua Imbrum & Lemnon Atheniesiũ insulas depopulati, in Samon demum inuaserant, uastatisq; agris omnibus, urbẽ, & mari, & terra oppugnabant. Complures autem insulas Atheniensiũ diripuerant, coactaq; inde ingenti præda, oneribus belli sufficiebant. Atheniensium duces postquàm in unum uenerunt, ad oppugnandum Byzantium subitò profecti sunt. Qua re hostes, ut socijs succurrerent, à Samo auersi sunt: conuenerantq; omnes copiæ in Hellespontum, expediebãtq; se utrinq; ad nauale prælium, cum subitò magna uentorum uis coortra dimicationem prohibuit. Et cum nihilominus confligere Chares deliberaret, Iphicratis & Thimothei copiæ cum in tanta tempestate sequi noluerunt. Tum Chares, militum testimonio in præsentem rem aduocato, collegas proditionis insimulauit, populoq; Atheniensi eos, quòd se in prælio cõserendo deseruissent, per literas detulit. Ille plurimum commotus aduersus eos iudicium habuit. Condemnati sunt Iphicrates & Thimotheus talentis multis, & reuocati à belli administratione. Itaq; Chares omnium rerum curam solus suscipiẽs, laborabat multum, ut impendijs belli Rempub. suam leuaret, & præceps tale facinus aggressus est. Artabazus, qui à rege defecerat, compellebatur confligere cum illius præfectis, quorum exercitus erat septuaginta millium hominum. Is quum exiguas haberet copias, Charetis auxilium implorauit: qui totis uiribus accedens, hosteis superauit. Huic tanto beneficio parem gratiam

*Belli Socialis apparatus, & finis.*

*Artabazus.*

B relaturus

relaturus Artabazus, magna munera dedit Chareti, ut facilè inde posset exercitum suum sustentare. Athenienſibus ea res initio uehementer placuit. Sed Athenas, à Rege superuenientibus legatis, qui de Charete conquerebant animi multum immutati sunt, quum rumores iactarentur, Regem daturum nauium trecentarum auxilia Athenienſium hostibus. Id uerita ciuitas, decreuit componere cum socijs bellum. Quunq; illi non abhorrerent à pace, facilè illud factum est. Taliq; causa, bello, quod Sociale nuncupatum, treis annos durauit, finis est impositus. Sed enim prope Macedoniam, tres Reges Illyrici, Pæonum, & Thracum, quum in uicino Philippi regis res indies crescentes suspectas haberent iniuerunt consilia de eo coniunctis uiribus, opprimendo: quandoquidem anteactis annis, ipsorum quilibet separatim ab eodem uictus fuerat, nec dubitabant se illud facilè facturos. Verum Philippus imparatos adhuc dum copias cogunt, ac reliquo belli apparatui se accingunt, de improuiso adortus superat, compellitq; in ius Macedonum.

*Artabazus*

*Belli socialis exitus.*

*Conspiratio in Philippum.*

## REGNI PHILIPPI ANNVS SEXTVS.

IN sequenti anno, quo Athenis Callistratus imperauit, & Romæ consules fuerunt, M. Fabius & C. Plotius, exortum est bellum, quod Sacrum uocauerunt, uiguitq; ad nouem annos. Philomelus enim uerò Phocenſis, † cõfidentiæ & improbitatis extremæ uir, occupauit Delphicum templum ob huiusmodi causam. Postquàm Lacedæmonij pugna illa nobili Leuctrica à Thebanis deuicti sunt, eisdem ut ingentem soluerent pecuniam in Amphictyonũ iudicio sunt damnati, ob occupatam urbem Cadmeam. Itidem & Phocenſes, quòd magnam partem Chirrei agri, qui Apollini est sacer, depopulati fuerant, plurium talentorum condemnationem subiuerũt. Sed neutris mulctam exoluentibus, agitatum est rursus de eis inter Amphictyonas, & primò de Phocẽsium peruicacia. Fuerunt qui censerent, ni Deo pecunia iudicata persolueretur, uti Phocenſiũ agri consecrarentur, & iuris diuini fierẽt. Pariter dictum est, alios omneis Amphictyonum dicto audienteis esse oportere (inde autem Lacedæmonij notabantur) qui minus id feciſſent, eos uniuersæ Græciæ indignationẽ mereri. Hæc ſententia quũ ab omnibus comprobata esset, uidereturq; imminere, ut Regio Phocenſis Deo addiceretur, Philomelus autoritatis ſummæ apud populareis ſuos, eos longa oratione docuit, grauiſſimam mulctam haud quaq; persolui posse. Rursus omnium ipsorum agros consecrari, non tantum turpe, ſed etiam periculosum esse: quod, unde uictum haberent, eis auferretur, ſummaq; iniuria id ab Amphictyonibus factum esse, quum ex pusilla regione uastata, maxima ſumma damnati sint. Proinde consulebat, iudicium tam iniquum uti rescinderent, nec eis defuturas rationes contra Amphictyonas, quod

*Bellũ sacrum.*

*† forte diffidẽtiæ.*

*Leuctrica pugna.*

*Cirrheus ager*



quod antiquitus Oraculi locus, iuris & poteſtatis Phocenſium fuerit, in cuius rei teſtimonium, antiquiſſimum iuxta maximum poëtam Homerũ, ita ſcribentem induxit:

*Homerus.*

Phocenſes Schedius ducunt & Epiſtrophus. Illi
Saxoſam Pythona tenent, ſimul & Cypariſſon.

Et ideo oportere acriter eniti, ut locus, qui patrius esset, uendicaretur. Promiſit dein, ſi tanto negocio ſeſe uellent præficere, ut plenum ius imperiumq; haberet, ſe bona diligentia curaturum, ut imminẽs infortunium ab eis auerteretur. Nec illi, urgente metu pœnæ in eos, dictæ, cunctati sunt, quin Imperatorem eum dilegerent. Tunc Philomelus, ut quæ promiſerat, re præſtaret, initio ſtatim Spartam ſe contulit ſecretosq; cum rege Archidamo ſermones habuit: non minus ei, quàm ſibi laborandum esse, ut Amphictyonũ iudicationes irritæ redderentur, quum & in ipſos Lacedæmonios grauẽ & iniquam ualde ſententiã dixerint. Se quidem ideo Delphos inuadere decreuiſſe: quibus quum esset potitus, Amphictyonum decreta uellet reſcindere. Adhæc Archidamus reſpondit: Manifeſta in præſens auxilia ſe ei non daturum ſed clanculum, & ſtipendio & militibus eum iuuando, rei cœptæ nõ defuturum esse. Acceptis igitur ab eo quindecim talentis Philomelus ſimul & ſua pecunia, mercennarios milites conduxit. Et Phocenſibus autem milleuiros delegit, quos iaculatores nuncupabat, magnoq; militũ numero coacto, Oraculum inuaſit. Thracidas gentem in Delphis ſibi obſistẽtes eis cum magna cæde repulit. Eorum bona paſſim conceſſit diripienda. Cæteros enim loci habitatores perterritos, adhortatus est, ut bono animo essent, neue mali aliquid ab ſe timerent. Sed quum fama templi occupati latè iam uagaretur, Locrenſes finitimi ſubitò inſtructis copijs Philomelum aggreſſi sunt, commiſſoq; circa Delphos prælio, uicti, multis ſuorum amiſſis in propria reuerſi ſunt. Ea uictoria audentior factus Philomelus, è columnis Amphictyonũ decreta excidit, & damnationum quæ conſcripta erant, monumenta prorſus extinxit: palamq; illud promulgauit, ſe nec Oraculi diripiẽdi, necq; alicuius iniqui facinoris perpetrandi animum habere, ſed maiorum ſuorum iura uendicantem, iniquo Amphictyonum iudicio reſciſſo patrias legeis confirmare uoluiſſe. Bœoti interim habito conſilio deliberarunt, capto templo ſuccurrere, raptinq; milites ei negocio deſtinarunt. Sed Philomelus templo murum undiq; induxerat, coẽgeratq; magnam uim hominum, dimidiatum, præter integrum, ſtipendium exoluens. È popularibus quos meliores ſciebat, delectos conſcripſerat, ut inſtar iuſti exercitus, ad quinq; hominum millia ſub ſignis haberet. Cum ijs ante Delphos conſedit, non minus hoſti metuendus, quàm ipſe eum metueret. Duxit deinde copias eas in agrum Locrenſem, magnaq; ex parte eum populatus, conuertit ſe ad munitiſſimi caſtelli (ſecundum quod flumen labebatur,) oppugnationem, multisq; conatibus quum id fruſtra tentaſſet, omniſſa oppugnatione, conſeruit manus cum Locrenſibus.

*Thracidæ.*

*Locrenſium ſtrages.*

In quo certamine quum uiginti sui milites occubuissent, & eorum corpora essent hostium potestate, petijt ab eis per legatos, ut sibi concederentur. Id illi denegarunt, insuperq; addiderunt, apud Græcos omneis cõmuni lege sancitum esse, uti insepulti abijcerentur sacrilegi omnes. Quam rem ægerrimè ferens Philomelus, iterum cum Locrensibus prælium iniuit, plurimumq; laborauit, ut hostium quospiam interficeret, eisdemq; potiretur. Ita compulsi sunt illi, permutatione facta, tradere quos inhumatos tenebant. Hinc Philomelus, multis populationibus factis, militem suum præda onustum reduxit Delphos. Vbi per oraculum rescire cupiens, belli quod gerebat euentum. Pythiam coëgit, uti Tripoda insenderet, sibiq; daret responsum. Sed quoniã tripodis occurrit mentio, haud abhorrens uidetur, ueterem de eo traditã historiam repetere. Antiquitus fama ea inualuit, capras Oraculum ipsum inuenisse, cuius gratia & Delphici hac tempestate capris ut plurimùm sacrificant in cõsulendo Oraculo. Inuentum uerò ita aiunt. Quum eo in loco, ubi nunc templi adytum est, terræ hiatus pateret, circunq; errarent pascentes capræ (quòd scilicet Delphi eo tempore inculti erant) frequenter contingit, ut ad cauum illud, capra quæpiam accedens, & introspiciens, miris quibusdam exultationibus, & uoce prius ei insueta, incredibilem pastori suo admirationem concitaret adeò, ut & ipse spectatũ eius loci situm accesserit. Eum tũc, quod & capris euenerat, perturbatio ingens corripuit. Vt illæ, ea propemodum, quæ diuino furore uexatus accidunt, paterentur, hic uerò præter illud, etiam futura prediceret. Qua propter apud eius regionis homines diuulgata commotione mentis (quæ ad hiatum accedentibus oboriretur) complures illuc conueniebant, tentandiq; gratia quicunq; propius se inferebant, diuino agitabantur spiritu. Proprerea res in admirationem uersa, creditumq; ter restre illud esse Oraculum. Et aliquandiu seruatum est, ut cõsulturi de rebus suis, ad hiatum se promitterẽt, alter alteri responsa redderẽt. Sed quum multi ex furore in præceps desilirent, itaq; interirent, qui eum locum seruabant, instituerunt, ne quispiam periclitaretur, ibi fœminam uatem ad omnium usum deligi, à qua prædictiones acciperentur. Ei uerò machinam erigi, super quam tutò & diuinitus afflari, & consulentibus respondere posset. Quia uerò ea machina futuris tribus sustinebatur, ideo Tripus nuncupata est: cuius faciem ferme & nunc retinent ænei Tripodes. Quo igitur modo, & oraculum inuentum sit, & quibus initijs Tripus in usum uenerit, pro re dictum satis arbitror. Solebant etiam primo illo tempore uirgines ob naturam puriorem, & quòd Dianæ uideantur propinquitate quadam iungi, ad officium illud diuina enunciandi adsummi. Aptissimæ enim credebantur ad seruanda ea arcana, quæ in responsis contineantur. Sed annis posterioribus Echecratem quendam Thessalum fama est, quum ad Oraculum peruenisset, uisam uirginem Pythiam summæ uenustatis, adamasse, & raptam uiolasse: unde ob admissum facinus, Delphici sanxerit, ne in posterum respondendi officio fungeretur

*De oraculo Delphico.*

*Fœmina uates eligitur.*

*Tripus.*

*Echecrates sacrilegus.*



fungeretur uirguncula: sed senior fœmina, annorum saltem quinquaginta, quæ tamen uirginali habitu, in memoriam ueteris uaticinandi moris, uteretur. Et hæc quidem sunt, quæ fabulosè de Oraculo inuento traduntur. Sed nos ad res Philomeli regrediamur. Is quidem eius loci Dominus, Phythiam, uti aliquid sibi de patriæ rebus prædiceret, monuit. Et quũ uates, eam ipsius patriam sibi uideri, responderet, minari, & cogere eam, uti Tripoda insenderet, cœpit Philomelus. Ad cuius uim inferentis asperitatem offensa mulier, quum dixisset: Tibi quidem quod libet permittitur: Lætus plurimum uerbum id, utpote oraculum rebus suis aptissimum, accepit Philomelus, statimq; exscriptum illud in propatulo posuit, & passim uulgauit, sibi à Deo licentiam datam faciendi quod uellet. Postmodum concione uocata, quid sibi responsum esset, exposuit: adhortatusq; uti firmiores animos haberent, ad belli negocia se totũ conuertit. Factum est & ei in Apollinis templo ostentum huiusmodi: Aquila ædem superuolans, uorticibus quibusdam in terram se demisit, eductasq; in templo columbas persequebat: ut earum aliquot ex ipso altari arripuerit. Id ipsum, earũ rerũ periti, Philomelo, & Phocensibus fortunatum exitum Delphici belli portendere affirmabant. Inflatus proinde hic Philomelus, delegit è suis, qui magis idonei uisi sunt, hosq; partim Athenas, partim Lacedæmona, alios item Thebas, cæterasq; Græciæ insigniores ciuitates iubet adire, excusatum se, ne crederent diuitiarum rapiendarum gratia, sed quo recuperaret ius, quod antiquitus Phocenses in templo constet habuisse, Delphos ab se occupatos, paratumq; esse Græcis omnibus sacrarum opum rationem reddere: recensendo, numero & ponere, munera quæcunq; in templo fuerant dicata. si quisquàm id quærere desiderauerit. Precari deniq;, si fortè ab aliquo in Phocenses, ex inimicitia, aut odio, bellum pararetur, ut ipsi uel sibi auxilio essent, uel saltem hosteis non iuuarent. His per legatos expositis, Athenienseis, Lacedæmonij, alijue quidam, & societatem & auxilia polliciti sunt. Sed Bœoti, Locrenses & quamplures alij, in aduersum bellum pro Deo contra Phocenseis gerere decreuerunt.

*Virginalis habitus Pythiæ.*

*Oraculum.*

*Ostentum.*

## REGNI PHILIPPI ANNVS SEXTVS.

ET hæc quidem anni huius spacio cõtigerũt. Quo autem Diotimus Athenienssium princeps C. Martius & Cn. Manlius Romæ consules fuerũt, Philomelus belli quod cœperat magnitudinem prospiciẽs, qui secum stipendia facerent multos ad se incitabat, & Phocensium, qui bello idonei uiderẽtur, delectũ habebat. Quũq; his omnibus parandis pecunia opus esset, à rebus quidem sacris manus continuit, cæterum Delphicos, qui erant ditiores, compulit ut sibi exoluerent, unde stipendia mercennario militi commodè dari possent. Comparatis pro-

inde copijs iustis, eas in campum eduxit, ut appareret eum certamen non detrectare, contra quoscunq; Phocensium hosteis. Locrensibus uerò ei occurrentibus, commissum est prælium ad petras, quæ Phædriades nuncupantur, in quo uictor Philomelus, multos ex hostibus, interfecit, plureis apprehendit, quosdam, ut se de rupe præcipiteis darent, coëgit. Ex hac pugna prospera elationis multum Phocensibus iniectum est. Sed enim, Locrenses grauiter affecti, legatos Thebas miserunt & sibi, & Deo auxilia implorantes. Tunc Bœoti, & propter pietatem erga Deos, & quòd eis conducebat, decreta Amphictyonum rata permanere, legarunt ad Thessalos & ad cæteros Amphictyonas, qui orarent, uti secum contra Phocenseis bellum susciperent. Et illi quidem quum id ipsum facere constituissent, ingens tumultus & seditio per uniuersam Græciam excitatus est, quum aliqui Deo subueniendum, & in Phocenseis, uelut sacrilegos, animaduertendum: alij rursus, ut Phocenses auxilijs iuuarentur, decreuissent. In diuersum proinde tendentibus gentium & urbium quibusdam ferme factionibus, templo succurrere proposuerũt. Bœoti, Locrenses, Thessali, Perrhæbi. Et præter hos, Dores, Dolopes, Athamanes, Achæi, Phthiotæ, Magnetes, Aenianes & aliquot alij. Phocensibus uerò auxilio erant Athenienses, Lacedæmonij, quidam ùe alij ex Ploponneso. Sed promptissimi omnium in hoc erant Lacedæmonij cum alijs quibusdam, eade causa. In pugna Leuctrica, Thebani quum uictores fuissent, item ad Amphictyonas contra Lacedæmonios detulerunt, quòd eorum ciuis, Phæbidas, Cadmeam occupasset, dictaq; ob eam iniuriam mulcta est illis, talentorum quingentorum. Sed quum tempore legibus præfinito Lacedæmonij iudicatam summam non exoluissent, rursum Thebani causam renouarunt, ut duplo mulctarentur: mille scilicet talentis. Quod quum ab Amphictyonibus factum esset, Lacedæmonij ob debiti magnitudinem similes Phocensibus, tergiuersationes moliebantur, iniustè damnatos sese prædicantes. Idcirco quum ipsis pariter expediret, quòd multùm condemnationem eam uererentur, ut bellum conflaretur laborabant: existimantes Amphictyonum scita rescindi posse citra pudorem, sub Phocensium uelamine. Propter huiusmodi rationes, alacres ualde Phocensium rei aderãt, utiius templi in eorum manu confirmaretur. Verum enimuerò quum iam pro certo haberet Philomelus, Bœotos magnas copias contra se ducere, statuit conducere affatim mercennariorum militum. Sed quum ea res pecuniam ingẽtem exposceret, coactus est inijcere manus rebus sacris, & Oraculum diripere. Pollicente autem eo stipẽdia integra cum dimidiatis, ocyus ad eum magna hominum uis confluxit, offerentium se bello ob ampla præmia. Sed nullus utiq; probi ingenij uir ei militiæ nomen suum dedit: tantum qui erant summæ improbitatis, & lucri gratia Deos insuper habentes, alacri animo ad Philomelum concurrebant: ut breui, iustum exercitum equitum & peditum, ferme decem millium comparauerit quos in Locrensem agrum duxit; factisq; ei obuiam

*Petræ Phædriades.*

*Locrensium victi.*

*Seditiones Græciæ.*

*Phæbidas.*

Locrensibus



Locrensibus & Bœotis uireis iunctas habentibus, equestre prælium commissum est, in quo Phocenses superiores fuerunt. Hinc Thessali & propinquæ ciuitates sociæ, coacto sex millium hominum exercitu, in Locridem uenerunt. Factoq; certamine cum Phocensibus ad tumulum qui Argolas dicitur, & ipsi uicti sunt. Superuenerunt pôstmodum Bœotûm tredecim millia armata. Ab Achæis rursus mille & quingenti milites in Phocensium subsidium adducti sunt, constiterunt q; utrinq; copiæ eodem in loco. Tunc inter pabulandum, Bœoti aliquot mercẽnarios Phocẽsium milites comprehenderũt, adductosq; ad ipsam urbem, per præconem declararunt, Amphictyones illos, utpote cum sacrilegis stipendia facientes, morte mulctari, req; id cõfirmantes, iaculis omneis confixerunt. Qua ex re multùm conductitius Phocensium miles indignatus, ut simili pœna hosteis afficeret, Philomelum rogarunt, acriterq; contendentes, multos ex hostibus per agros uaganteis ceperunt, adductosq;, Philomelus itidem iaculis confecit: ut deinde hostes abarroganti, & truculenta illa punitione desiterint. Vtroq; demum exercitu in alia loca transeunte, quum per syluas & difficileis saltus iter faciundum esset, de improuiso primæ utrinq; acies sibi inuicem occurrentes, leue certamen inceperũt. Sed postea acriter, & totis uiribus pugnatum est. Bœotiq;, quũ militum numero longè hostibus præstarent, Phocenseis profligarunt. Per loca autem præcipitia, & quæ angustos exitus haberent, quum fuga fieret, milites multi Phocensium interfecti sunt. Et Philomelus audacia incredibili depugnans, multis affectus uulneribus, in locum quendam præruptum, & unde non facilè posset euadere inclusus, supplicia, quæ nõ nunquàm in captos ædi solent, timens, sese illinc præcipitem dedit. Et ad eum modum, persoluta Deo pœna debita, extinctus est. Tunc Onomarchus, qui secum ordines ducebat, susceptа rerum administratione, exercitus reliquias reduxit, & fugã se recipienteis milites in unum cogebat. Dum hæc gererentur, Philippus Macedoniæ rex, Methonem urbem expugnauit, direptamq; euertit. Pagas etiam capiens suo imperio subiecit. Et in ponto Leuco Bosphori Rex, quum annum quadragesimum regnasset, mortuus est. Cui Spartacus filius succedens, quinq; annos in eo principatu uixit. Romani uerò contra Phaliscos bellum iniuerunt, nec memorabile aliquid, aut magnum gesserunt. Solus incursionibus & populationibus Phaliscum agrum deuastarunt. In Sicilia Dione Imperatore à Zacynthijs mercenarijs militibus interfecto, administrationẽ eam suscepit Calippus, qui cædis illius autor & hortator fuerat.

*Argolas.*

*Philomelus.*

*Onomarchus.*

*Methone.*

*Leuco.*

*Spartacus.*

*Dionis interitus.*

*Calippus.*

# REGNI PHILIPPI ANNVS OCTAVVS.

IAM uerò Athenis imperãte Eudemo, & Romæ cõsulibus M. Fabio, & M. Põpilio, Bœoti uictoria cõtra Phocenseis potiti, existimantes, sacrilegij, autore Philomelo, Deorũ hominumq; uiribus pœna affecto, alios quoscunq; à facinore simili perterritum iri, sese in sua receperũt. At Phocẽses aduerso prælio afflicti, Delphos cõtendentes, facto sociorũ omniũ concilio, de bello consultabãt. Ibi qui ingenij æquioris erant ad pacem trahebant, sed impij, quibus nec audacia, nec lucri cupido imminuta erat, circunspiciebãt, num quispiã oratione suam improbitatẽ adiuuaret. Tũc Onomarchus, quo honoris initi prærogatiuã tueret, oratione meditata, bellũ turbæ illi cœpit suadere: nequaq; perinde cõmodi publici, uti sui priuati rationẽ habens. Quòd enim iuxta ac alij, grauiter ac sæpius pœnis ab Amphictyonibus fuerat mulctatus, nec aliquid exoluere uoluerat pace bellũ sibi cõmodius fore ducens, Phocenseis, sociosq; ad perseuerandũ in Philomeli cœpto, uerbis suis impellebat. Electus igit imperator, mercennariorũ militum magnum numerũ conciuit. Ordines militum obitu extenuatos, suppleuit, auctisq; multum collectitio milite copijs suis, in comparãdis auxilijs, alijsq; bello necessarijs, multũ satagebat. Ad hæc magnos ei animos fecit somniũ, quod gloriæ incremẽti præsagium ei facere uisum est. In quiete enim existimauit se uidere æneum Colossum, quẽ in Apollinis templo Amphictyones posuerãt, manibus suis ab se in maius refingi, & ampliorẽ multò fieri. Hinc cõijciebat nominis amplitudinẽ sibi in imperio, Deorũ ope adfuturã esse. Sed secus se res habebat, contraq; id portendebat Phocensibus, qui obdireptas res sacras, ab Amphictionibus malè habiti fuerant, auctiorẽ pœnam Onomarchi manibus adiunctum iri: itaq; euenit. Sed enim Imperator Onomarchus, ænea, ferreaq; arma multa cõficiendi cura uit. Ex argento autẽ & auro signatam pecuniã socijs ciuitatibus misit, maximeq; præfectos & earum magistratus muneribus sibi obnoxios reddidit. Ex hostibus etiã quosdã, ut sibi auxilio essent: aliquos, ut neutri partis se adiungerent, largitione facilè est cõsequutus. Ea hominibus est innata diuitiarũ cupido. Thessalos quidẽ, quorũ nomen inter hosteis amplissimũ erat, per munera induxit, ut à bello contra se cessarent. Inter Phocẽseis uerò, quos sibi aduersos comperit, interfecit, publicatis eorum bonis. Quibus peractis, in hostilẽ terram inuadens, Thronium expugnatũ diripuit. Indeq; Amphissenseis perterritos, ad faciendam deditionem compulit. Doricis autem urbibus direptis, & agris uastatis in Bœotiam irrupit. Ibi capto Orchomeno, cum Cheroneã oppugnare aggressus esset, à Thebanis uictus in Phocida reuersus est. Interea Artabazus, qui à Rege defecerat, bellũ cum regijs præfectis contra se missis gerebat, & initiò quidẽ, quum Athenensiũ dux Chares eum iuuaret, fort

*Onomarchus imperator.*

*Somnium.*

*Auaritia hominibus innata.*

*Thronium.*

*Artabazus.*

*Chares.*



ret, fortissimè illis resistebat. Abeunte uerò illo, solus relictus, à Thebanis auxilia impetrauit, qui Pammenem ducẽ cũ quinq; millibus hominũ in Asiam ad eum miserunt. Ibi duobus magnis prælijs, præfectos regios in rem Artabazi, quũ superasset Pammenes, magnã sibi & popularibus suis Bœotis gloriam peperit. Mirũ enim procul dubio uidebat, Thebanos desertos à Thessalis, premente difficili Phocensiũ bello, in Asiam tamẽ nauales copias misisse, & in summo rerũ discrimine uictoria esse potitos. Cœptum est hisce temporibus bellũ inter Argiuos & Lacedæmonios, cõmissoq; certamine ad urbem Orneas, superiores fuerũt Lacedæmonij. Orneisq; ui captis, in sua se receperũt. Chares autẽ Atheniensiũ Dux, Hellespontũ petens cum classe, Seston occupauit, ibiq; puberes omneis interfecit, cæteros in seruitutẽ traxit. Et Cersobleptes, Scotyis filius, Philippo regi aduersus, Athenienses, quorum amicitiæ indulgebat, Cherronesi urbibus, Cardia excepta, cessit, in quas Athenensis populus colonias deduxit. At Philippus Rex, quũ Methonenses hostibus suis receptũ dare accepisset, ad eos expugnandos contendit: qui ali quando tẽpore fortiter propugnarũt. Tandẽ coacti sese Regi dediderũt, ea conditione, ut omnes urbe Methone cũ singulis uestimentis exirent. Philippus oppidũ diruit, & agros omneis inter Macedonas est partitus. In ea quidem oppugnatione Philippus alterũ oculũ confixus sagitta amisit. Inde quũ eius auxiliũ Thessali implorarẽt, copias suas in Thessaliã duxit, statinq; pro eis contra Lycophronem, qui Pheris tyrannũ agebat, bellũ iniuit. Quunq; ille petito à Phocensibus auxilio obtinuisset, ut Phayllus Onomarchi frater, cum septẽ millibus armatis ad se mitteret, cũ his Philippus cõgressus, Phocenseis uictos de Thessalia expulit. Tunc Onomarchus in spem ueniẽs totius Thessaliæ obtinẽdæ, mouens cũ omnibus uiribus suis, Lycophronis rebus, pperè iuit succursum. Opponẽte uerò se illi Philippo & Thessalis, Onomarchus, quippe qui numero militũ erat superior, Macedonas multos interemit, & Philippũ ipsum in maximũ discrimẽ deduxit. Eius enim milites animo alde cõfernati, eum deserebãt, uixq; & multa oratione in fide, & ne sibi non audiẽtes essent, retinuit. Discessit post id Philippus in Macedoniam, & Onomarchus cum exercitu in Bœotiam transiẽs, prælio facto, Bœotos deuicit, & Coroneã urbem occupauit. Philippus autem subitò ex Macedonia in Thessaliam rediens, contra Tyrannum Lycophronem castra posuit. Ille impar uiribus, à Phocensibus auxilia accersiuit: seq; pariter cum eis, pro Thessaliæ rebus obtiendis, laboraturũ pollicitus. Propterea Onomarcho cum pedita tu uiginti millium & equitibus sexcentis in subsidiũ ueniente, Philippus Thessalis persuasit, ut uiribus iunctis secum bellum gererẽt: coẽgitq; ita pedites supra uiginti millia, equitum uerò tria millia. Consertis prõinde fortissimè manibus, quum Thessali equites & numero & uirtute alijs præstarent, factum est, ut Philippus uictor euaderet: Phocensibus qui iuxta Onomarchum erant, ad mare fugientibus. Et eo fortè tempore, Atheniensi Charete,

*Bellũ Argiuorum & Lacedæmoniorũ.*

*Philippus luscus.*

*Philip. uictoria.*

*Onomarchi mors.*

rete, cum Triremium classe illac transeũte, dum multi (in quis & ipse Onomarchus fuit,) abiectis armis ad triremeis natare contendunt, ingens eorũ cædes est facta: ut Phocensium & mercennariorum militum, cum ipso Duce interemptorum numerus fuerit plus quàm sex millium, captiuorum ferme trium millium. Philippus tunc Onomarchum suspendi, alios ut sacrilegos, demergi fecit. Mortuo ita Onomarcho, Phayllus eius frater, Phocensium curam suscepit. Qui afflictas res recreare connixus, mercennarium militem multum coëgit: stipendia tanto altero, quàm soleret, maiora exoluens. A socijs auxilia adciuit: armorum magnam uim fieri, pecuniam argenteam & auream signari curauit. Sub hæc tempora Cariæ princeps Mausolus, uigesimum quartum annum quum regnasset, mortem obijt, cui Artemisia & soror & coniunx successit in biennium usq;. Et Heraclea, Tyrannus Clearchus quum Bacchanalibus, quæ celebrabantur, interspectandum quæstiones multas anxiè adduceret, interfectus est: regni sui anno duodecimo. Ei successit Thimotheus filius, qui annos quindecim imperauit. Hetrusci interea bellum gerentes contra Romanos, eorum agros populati, ad Tyberim usq; incursiones fecerunt, inq; sua demum sunt reuersi. Syracusis uerò seditione orta inter Dionis amicos & Callippum, qui erant Dionis partium superati, ad Leontinos se contulerunt. Postq; aliquantum temporis Hipparino, Dionis filio classem armatã Syracusas appellente, Callippus uictus exurbe aufugit, & Hipparinus paternũ Imperiũ recuperatũ duos annos tenuit.

*Phayllus.*

*Mausoli exitus.*

*Clearchus in Bacchanalibus necatur.*

## REGNI PHILIPPI ANNVS NONVS.

Sequitur annus, quo Athenienses principem Aristodemũ Romani C Sulpitiũ, & M. Valeriũ consules habuerũt, in ita Olympiade septima supra cẽtesimã, qua in stadio Tarẽtinus Smicrinas uictor fuit. Tunc Phocensiũ Dux Phayllus, à fratris sui clade & interitu, Phocensiũ res, ob magnã militũ stragem malè affectas, reficere nitebat. Quũq; pecuniæ abundãtia plurimũ polleret, milites multos cõduxit, multos etiã è socijs impulit, ut secũ belli curã subirent. Re enim numaria, citra pudorẽ quẽpiã in omnẽ rem utens non tantũ priuatos homines promptos belli adiutores sibi comparauit, sed & clarissimas ciuitates ad fortunam secum periclitandã traxit. Lacedæmonij enim mille, duo millia Achæi, Athenienses peditum quinq; millia, & sexcentos equites, Duce Nausicle ei auxilio miserunt. Lycophron autem & Pitholaus, qui Onomarcho mortuo omnibus destituti præsidijs, Pheras, ubi Tyranni erant, Philippo dediderãt, seq; ei iunxerant fœdere, tunc duobus hominum millibus stipendio conductis, ad Phayllum transierunt & in Phocensium auxilijs erant. Minorum quoq; ciuitatum non paucæ, Phocensibus, ob largitionem factam, se adiunxerunt. Aurum enim, quod hominũ auaritiam excitare solitũ est, illas ad lucri emolumentum

*Reparatio Phocensiũ.*



lumentum decurrere compellebat. Phayllus igitur cum his copijs in Bœotiam mouit, & ad Orchomenon urbẽ prælio uictus, multos ex suis perdidit. Rursusq; ad flumen Cephisum inito certamine, uictores fuerunt Bœoti. E militibus Phaylli ultra quingentos desiderati, & sexcenti ferme capti. Paucis etiam diebus pòst, iuxta Coroneam est pugnatũ ubi itidem Bœotis uictoribus, centum & quinquaginta Phocensium interfecti, & centum triginta capti sunt. Sed à Bœotum & Phocensium rebus, ad Philippum transeamus.

Quum is nobilissimo prælio Onomarchum superasset, Pheras à tyrannide liberauit, concessa urbi libertate, rebusq; alijs Thessaliæ compositis, contendebat ad Thermopylas, ut Phocẽses debellaret. Sed transitum ei intercipientibus Athenienses, reuersus est in Macedoniam imperio suo plurimum ex rebus gestis, & pietate erga Deum aucto. Phayllus uerò copias ducens contra Locrẽses, qui Epicnemidij nominantur, alias quidem eorum urbes ui occupauit: Arycam, quæ sola supererat, per proditionem nocte quum inuasisset, eiectus, ad ducentos milites suos amisit. Quum demum prope Abas castra posuisset, Bœoti nocturno impetu in eum facto, multos interemerunt. Qua uictoria elati, in Phocensem agrum incursiones fecerũt, late q; cum populati, cum præda ingenti reuersi ad Arycensium propugnationem contenderunt. Ibi superueniens Phayllus eos in fugam uertit: & captam urbem diruit, ac solo æquauit. Hic deinceps in tabidam ægrotationem incidens, diu ea cruciatus, cum magno dolore, ut sua merebatur impietas, mortem obiuit: relicto Phocensium duce Phalæco Onomarchi, qui bellum id sacrum inflammauerat, filio pubere adhuc, sed gubernatorem simul q; Ducem ei cõstituit Mnaseam unum ex suis familiaribus. Post id quũ nocte semel Bœoti in Phocenseis inuasissent, Mnaseam cum ducentis militibus interfecerunt. Mox q; ad Chæroneam equestri prælio commisso, Phalæcus uictus multos ex suis amisit. Interea & in Peloponneso tumultus facti sunt, ea de causa. Inter Lacedæmonios & Megalopolitanos orta controuersia, in horum agros incursiones fecerunt Lacedæmonij Duce Archidamo. Qua iniuria Megapolitani commoti, quum per se eiusmodi contentioni non sufficerent, sociorũ auxilia implorarunt. Igitur Argiui, Sicyoni, Messenij festinanter auxilio eis iuerunt. Thebani uerò Cephisiona ducem, datis quatuor millibus peditum, & equitibus sexcentis, miserunt. Cum his copijs Megalopolitani mouentes ad Alphei fonteis castra posuerũt. Lacedæmonij rursus ea Phocensibus peditum tria millia, à Pitholao & Lycophrone, qui Pheris pulsi fuerant, equites centum quinquaginta obtinuerunt: comparatóque ita iusto exercitu, consederunt prope Mantineam. Deinceps Orneas in Argiuum agrum contendentes prius, quàm hostes ad urbis sociæ defensionem uenirent, eam expugnarunt. Quum post id Argiui aduenissent, commisso prælio, à Lacedæmonijs uicti sunt. Sed Thebanis superuenientibus duplo iam hostibus plures, uerum inordinata acie, atrox prælium

instaurarunt

*Motus in Peloponneso.*

*Phalæcus.*

*Mnaseas.*

*Alphei fontes*

*Phaylli mors.*

*Eliſſuns expugnatur.*

inſtaurarunt, in quo ancipiti, neq; alterutris certa, uictoria, Argiui & ſocij in ſuas urbeis ſe retraxerunt: Lacedæmonij in Arcadiam inuadentes, Eliſſunte urbe ui capta, direptaq;, Spartam ſunt reuerſi. Interiecto tempore aliquantulo, Thebani ſocijq; prope Delphuſam cum hoſtibus congreſſi, eos profligarunt, multisq; interfectis Ducem eorum Anaxandrum cum alijs circiter ſexaginta ceperunt. Paucis etiam diebus poſt, Lacedæmonij, cum non paucorum cæde, ab eiſdem ſunt ſuperati. Sed tandem magnis uiribus cõgreſſi, ipſi uictores fuerunt. Tunc utriq; in ſua redierũt. Quunq; Lacedæmonij induti as Megalopolitanis petentibus conceſſiſſent, Thebani Bœotiam ſunt reuerſi. Ibi Phalæcus Cheroneam occupauerat, ſed Thebanorum aduentu ab ea eiectus eſt. Compararunt poſt hæc Thebani magnas copias, & in Phocida irrumpentes, eam latiſſimè populati ſunt: & ædificia omnia diruerũt, expugnatisq; aliquot caſtellis, cum ingenti præda in Bœotiam ſe receperunt.

*Anaxander capitur.*

## REGNI PHILIPPI ANNVS DECIMVS.

ANNO uerò ſuccedente, quo Athenis princeps Theſſalus, Romæ Mar. Fabius, & T. Quintius conſules præfuerunt, Thebani Phocenſi bello fatigati, & re numaria multum exhauſti, legarunt ad regem Perſarum, qui ciuitatis ſuæ indigentiæ ſubſidium peterent. Nihil ille cunctatus, promptiſſimè argenti talenta trecenta eis exoluit. Et leuia quidem duntaxat certamina, agrorumq; uaſtationes, nij uerò memoratu ualde dignum anno hoc inter Phocenſeis & Thebanos geſtum eſt. Verum in Aſia, Perſarum rex, quum annis ſuperioribus Aegyptũ cum ualido exercitu inuaſiſſet, nec tamen aliquid ei ceſſiſſet ex uoto, hac tempeſtate renouato in Aegyptios bello, multis egregiè geſtis, ſumma ſua induſtria Aegyptum, Phœniciam & Cyprum recuperauit. Quo uerò rei huius hiſtoria apertior ſit, repetitis altius temporibus, belli cauſas explicabimus.

*Perſarum uictoria.*

*Artaxerxis Ochus res geſtæ.*

Annis anteactis, quum Aegyptij à Perſis defeciſſent, Artaxerxes Ochus cognomento, rei bellicæ parum ſtudioſus, à quiete mouere ſe haud uoluit, miſſoq; illuc exercitu & præfectis, ex eorum imperitia & fraude fortunã minus proſperam expertus eſt. Et Aegyptijs nihili eum facientibus, coactus eſt tantæ ignominiæ, ob animum nimis ſedatum, & inſitam deſidiam, ſuccumbere. Aegyptiorum exemplo annis citerioribus, Phœnices & Reges Cypri & ipſi contempto Artaxerxe defectionem commiſerunt. Propter ea concitatus Rex, decreuit in eos omneis, qui ab ſe defecerant, non amplius per præfectos, ſed præſens, pro tuendo imperio ſuo bellum gerere. Itaq; armorum, telorum, commeatuum & militum apparatum magnum faciens, peditũ trecenta millia, equitum triginta millia, triremeis trecentas, onerarias aliasq; naueis

*Copiæ Artaxerxis.*



naueis ad neceſſaria comportanda quingentas coëgit, bellumq; cõtra Phœnicas ex huiuſmodi cauſa iniuit. Eſt in Phœnicia nobilis urbs Tripolis, nomen ex re habens. Sunt enim urbes tres, inuicem ſtadij interuallo diſtantes, appellaturq; Aradiorum una, altera Sidoniorum, Tyriorum tertia. Eſt uerò ciuitas hæc in magna dignatione apud Phœnicas omneis, in qua conuentus habere, & per concilium de maximis rebus agere conſueuerũt. Præfectis autem & Ductoribus regijs, qui in Sidoniorum parte uerſabantur, contumelioſa & ſuperba imperia in Sidonios exercentibus, malè habiti hi, non ſatis ſibi in dolore temperantes, à Perſis deſciſcere ſtatuerũt: cæteroſq; Phœnicas ad libertatem occupandam exhortati. Legatis ad Nectanebum Aegyptij Regem, qui Perſis erat hoſtis, miſſis, ut in belli ſocietatem ab eo reciperentur, omnia quæ bello uſui ſunt, comparabant. Quũq; Sidon urbibus alijs opulentia præſtaret, priuatiq; homines ex mercationibus eſſent ditiſſimi, ocyus & triremes complures paratæ & milites multi conducti ſunt. Adhoc, tela, arma, commeatus aliqua omnia bello opportuna, breui conquiſita. Initio autem eius concitationis, regium uiridarium, ubi Perſarum Reges animum remittentes, oblectare ſe conſueuerant, deciſis arboribus prorſus deuaſtarunt. Pabuli quoq; uim magnam, à præfectis in uſum belli, alendis equis collectam, incenderunt. Animaduerſum eſt & in captos illos Perſas à quibus contumelias ſuſtinuerant. Quæ omnia confidenter ab illis patrata Rex accipiens, Phœniciſbus cunctis grauiter, ſed omnium maximè Sidonijs comminatus eſt. Quũ uerò Babylonia copiæ eius omnes peditum & equitum conueniſſent, eas mouit contra Phœnicas. Interinq; dum illuc contendit, Syriæ præfectus & Mazæus, qui Ciliciæ præerat, iunctis uiribus, aduerſus Phœnicas pugnabant. Ibi Tennes, Rex Sidonis ab Aegyptijs Græcos mercenarios milites, ad quatuor millia, quibus Rhodius Mentor præerat, obtinuit. Cum his, alijsq; ſuæ gentis conſcriptis, in regios præfectos, quos diximus, uadens, commiſſo certamine uictor fuit. Illiq; ex Phœnicia ſunt pulſi.

*Tripolis.*

*Sidon.*

*Mazæus.*

*Bellũ Cypriũ.*

Eodem tempore & in Cypro bellum eſt cœptum, ſuperiori, & cauſa, & rebus actis conſimile. Erant in ea inſula inſigniores nouem urbes, quibus reliqua minora oppida, in obſequium adſignata erant. Habebãt illæ Reges ſingulos, quibus parérent, ut tamen regi Perſarum illi audientes deberent eſſe. Hæ omnes nouem ciuitates conſpirantes, Phœnicum exemplo, ab Rege deſciuerunt: comparatiſq; belli rebus, ſummum Imperium iuſſerunt illis eſſe, qui regna habebant. His Artaxerxes commotus ualde, Cariæ præfecto, Idrieo, qui nuper principatum eum iniuerat, & qui maiorum ſuorum inſtituto, amicus & ſocius erat Perſarum Regi, per literas iniunxit, ut naualibus, & pedítum copijs comparatis in Cyprios Reges bellum ſuſciperet. Ille nihil moræ interponens, quadraginta triremeis, milites conductos ad octo millia inſtructos in Cypron miſit: data eorũ cura præfectis duobus, Athenienſi Phocioni, & Euagoræ, qui annis ſuperioribus in ea inſula regnauerat. Hi nauiga-

*Salaminis* tione illuc deuecti subitò ad primariam insulæ urbem Salamina copias adduxerunt. Ibi uallo & aggere communito, mari, terraq; oppugnationē aggressi sunt. Quunq; insula ea multos annos pacem habuisset, magnaq; esset loci fertilitas, milites agros omneis pro arbitrio peragrantes, magnas opeis corripuerunt, ac diuulgata ea rerum abundantia, multi exulteriori Syria & Cilicia ultronei milites, spe lucri, adcurrerunt: ut ad duplum ferme Euagoræ & Phocionis aucto exercitu in magnam trepidationem & metum Cyprij

*Regis expeditio aduersum Phœnicas.* reges coniecti sint. Et is quidem erat rerum Cypri status. At Persarum rex Babylone in Phœniciam cum exercitu contendit. Ibi Mentor, cuius magna Sidone erat potentia, audito ingentem numerum Persarum aduentare, iudicans Phœnicas eis minimè pareis esse, saluti suæ priuatim consulere delibe

*Thessalio.* rauit. Itaq; exsuis familiaribus fidum maximè Thessaliona, clàm Sidonis omnibus, misit ad Artaxerxem, Sidona ei prodere recipiens, simulq; ad bellum Aegyptium cum eo proficisci, inquo, utpote locorum, & eruptionum quas Nilus faceret, cognitionem exactam habens, adiumentum magnū afferre posset. Thessalionem omnia ea narrantem, Rex audiēs, mirificè est gauisus, commissæq; defectionis gratiam Mentori se facere respondit. Cæterum si, quæ offerebat, fecisset, magnis muneribus ab se donatum eum iri pollicitus est. Adhæc quum Thessalio sibi à Mentore, ut eius dexterā fidei causa reciperet, iniunctum dixisset, Rex, uelutí fides dicto suo non haberet, commotus, Thessalonia apparitoribus ut capite plecteretur, addixit. Quum ita ad pœnam is duceretur, Regisq; dixisset: Facies quidem quod tibi libuerit, sed Mentor, cui illa omnia peragere in promptu est, quòd fidem dare detrectaueris, nihil prorsus promissorum efficiet. Admonitionē eam Rex secum

*Datæ dexteræ fides apud Persas firmissima.* uoluens resipuit, apparitoribusq; reuocatis, dimisso Thessalioni dexteram porrexit. Quæ res apud Persas pro firmissima fide habetur. Tunc Sidona Thessalio reuersus, ciuibus omnibus id ignorantibus Mentori quæ agisset renunciauit. Rex uero plurimi faciens, uti Aegyptum deuinceret, quòd ea prima in se grauiter commiserat, legatos inciuitates Græciæ nobiliores, qui contra Aegyptios auxilia peterent, misit. Ex eis Lacedæmonij & Athenienses, amicitiam quidem erga Persas tueri sibi esse propositum, sed auxilia minimè se daturos responderunt. Thebani Lacratem ducem cum armatis mille: Argiui tria millia miserunt, quibus, non ex suo arbitrio, sed Rege id

*Nicostratus.* nominatim petente, Nicostratum præfecerunt. Is erat uir, & fortitudine, & consilio optimus, prudentiæ terribilem audaciam commixtam habēs. Et corporis robore quum multum præstaret, leonis pellem cum claua in prælio gestans, Herculem militiæ referebat. Pariter Græci, qui Asiæ maritima inhabitabant, ad sex millia dederunt, ut è Græcis omnibus auxilia compleue runt numerum decem millium. Antequàm uerò hi conuenirent, Rex per Syriam facto itinere, in Phœniciam peruenit, & non longè Sidone castra metatus est. Eo temporis spacio, quod non paruum intercessit, Sidonij armis, telis,



telis, rei frumentariæ comparandæ magnam diligentiam adhibuerant, urbem fossa triplici, & mœnibus præaltis communiuerant. Habebant & militum urbanorū, qui in gymnasijs & laboribus plurimum exercitati, corpore & uiribus firmissimis erant, iustum numerum. Diuitijs uerò & alio quocūq; apparatu cæteras Phœniciæ urbeis superabant. Quodq; erat maximum, triremium & quinqueremium supra centū classem comparauerant. Tennes autem iam in proditionis societatē acceptus à Mentore, qui Aegypti auxilijs præerat, hunc relinquit loci cuiusdam præsidio in urbe, ut proditionis negocium curaret. Ipse cum militibus sexcentis egressus, simulauit, eundum sibi esse ad Phœnicum quendam conuentum, accepitq; secum nobilissimos centum ciuis ueluti forent consiliarij. Quum iam haud longè ab ipso Rege esset, comprehēsos eos centum Sidonios tradidit Artaxerxi. Qui Tennem ut amicum benignè accepit centum uerò illos ueluti defectionis autores, telis obrui fecit. Aduenerant & ex urbe quingenti primores uiri, ramis oleæ præ-

*Tennis in ciueis imposturæ crudelis.*

*Oliuæ rami supplicis indicia.*

tensis ei supplicantes. Ibi Rex Tennem seductum, num urbem sibi posset tradere, est percunctatus (Plurimùm nanq; laborabat, ut citra pactionē quampiam Sidona reciperet, quo clade aliqua immani eam afficiens, reliquas urbeis castigatione ea perterreret) Tenne se id facturum confirmāte, Rex impotentem iram in animo fouens, omneis eos quingentos uiros, supplicantiū insignia gestanteis confodi fecit. Tennes póstmodum ad mercennarios Aegyptiorum milites accedens, eis persuasit, se & Regem intra mœnia recipe-

*Sidon capta proditione.*

rent. perq; huiusmodi proditionem Sidon in Persarum potestatē deuenit. Tunc Rex, cum Tennis opera non amplius indigeret, eum interfici curauit.

At Sidonij qui ante Regis aduentum naueis omneis suas incenderant, ne quispiam nauigatione saluti priuatæ posset consulere, postquàm urbem & mœnia ingenti Persarum multitudine uiderunt oppleta, intra domos, cum liberis & uxoribus inclusi, adpositoigni se extenderunt ut eorum & qui supplicantes interfecti sunt, numerum quadraginta millium perisse traditum

*XL. milia Sidoniorū perempta.*

sit. Tanta ea clade Sidonijs affectis, & urbe tota cum ciuibus absumpta, locum ex incendio uastum, Rex talentis multis uendidit. Ob magnam enim oppidanorum opulentiam, immensa argenti & auri uis per ignem conflata, est inuenta. Huiusmodi interitum miseræ Sidoniorum res fortitæ, reliquas Phœniciæ urbeis ad deditionem faciendam, terrore adiecto, impulerunt.

Paulò supra hæc tempora, Cariæ princeps Artemisia eo honore annos duos functa, mortem obijt. In cuius locum suffectus frater Idrieus adseptennium imperauit. In Italia autem Romani percusso fœdere cum Samnitibus, indutias Prænestinis concesserunt. Tarquinienseisq; ducentos & sexaginta

*Animaduersio in Tarquinienses.*

publicè in foro capite mulctarunt. In Sicilia Calippus & Leptines Syracusani, comparato exercitu, quum Rhegium, quod tyranni Dionysij præsidijs tenebatur, expugnassent, pulsis hostibus, libertatem ibi firmarunt.

## REGNI PHILIPPI ANNVS VNDECIMVS.

QVVM uerò Athenienſes principem Appollodorum, Romani M. Valerium & C. Sulpitium conſules iam haberent, Euagora & Phocione Salamina in Cypro oppugnantibus, aliæ omnes inſulæ eius urbes in Perſarum ditionem uenerunt. Solus Protagoras Salamine Rex, obſidionem ſuſtinebat, nitebaturq; contrà Euagoras paternum illud regnum, adiumẽto Perſarum Regis, recuperare. Sed tempore ſuccedente, Artaxerxes quum ei hic eſſet delatus, Protagoram auxilijs cœpit iuuare adeò, ut rem tentatam deſpondens Euagoras, ad Regem ſe expurgatum iuerit à quo maiori multò alia præfectura in Aſia eſt honorate expurgatum, in qua deinceps adminiſtrãda, quũ ſe male geſſiſſet, coactus fugere in Cyprum, cõprehenſus & ſupplicio affectus eſt. Protagoras autẽ Perſis ultro ſe dedens obtinuit, in reliquum ut citra impedimentũ Salamine ſibi liceret regnare. At Perſarũ Rex, poſt deletam Sidona, quũ iam Argis, Thebis & à Græcis illis, qui Aſiæ maritima incolunt, auxilia aduenirent, iunctis omnibus copijs, in Aegyptũ contendit. Incidens autem inter eundum in ſtagnum prægrande, ubi erant quæ Voragines nuncupant, exercitus partem ex locorum ignorantia amiſit. De natura quidem eius ſtagni, & his, quæ præter omnium opinionem in eo contingunt, quum libro primo ſatis dixerimus, in præſens ab hac diſputatione ſuperſedebimus. Tranſgreſſus autem Voragines illas, uerſus Peluſium, quæ eſt urbs ad primũ os, ubi Nilus exitum habet, iter faciẽs quadraginta ſtadia ab eo caſtra poſuit. Græci & Aegyptij qui in eius loci præſidio poſiti fuerant, quum multũ temporis ante Perſarum aduentum ad inſtruenda ea quæ opus erant, habuiſſent, cuncta quidẽ Nilora firmiter ſed maximè omnium Peluſiacum, quod primùm eſſet, & opportunum ualde ſitum haberet, cõmuniuerant. Erant ibi in defenſione quinq; millia armatorum ſub præfecto Philophrono. Thebani igitur plurimum laborantes, ut uirtus ſua inter Græcos omneis illuſtrior eſſet, foſſam quandã & anguſtam & profundam, nulla periculi habita ratione, traijcere inceperant. Tunc qui in præſidio Peluſij erant, ex oppido erumpẽtes cum tranſeuntibus Thebanis manus conſeruerũt, proq; gloria conſequẽda utrinq; adnitẽtibus, atrox & periculoſum certamen ad extremum dirimptum eſt. Poſtridie Rex copias Græcorum, quas habebat, in treis ordines eſt partitus, & unicuiq; Græcum hominem, ſimulq; Perſam aliquem, & uirtute & prudentia inſignem præfecit. Primi itaq; Bœoti duces habebãt Lacratem Thebanum & Perſam Roſacen. Hic genus ducebat à ſeptem Perſis, qui Magos oppreſſerunt, præfectusq; erat Ioniæ & Lydiæ, equitum uerò & peditũ Barbarorũ magnum numerũ ducebat. Argiuorũ ſecunda erat acies, ſub ſuo duce Nicoſtrato, additus eſt huic in adminiſtratione ſocius

*Euagoræ interitus.*

*Regis expeditio in Aegyptum.*

*Peluſium.*

*Partitio exercitus Perſarũ.*

*Roſaces.*



ſocius Ariſtazanes, cui ad Regem de maioribus rebus referendi cura iniuncta erat: fidei ſupra amicos omneis regios, Bagoa excepto, probatiſſimæ. Deſtinata ſunt ei quinq; millia electorũ hominũ, & triremes octoginta. Tertiam aciẽ, quæ erat mercennarius miles, ducebat Mentor, qui Sidona pdiderat, & Bagoas, cui plurimũ fidei Rex adhibebat, uiro audaciæ, & ad omne etiã inicpũ facinus, promptitudinis incredibilis. Datus eſt ei Græcorum, qui erant Perſarũ ditionis, & Barbarorũ ingens numerus, & naues cõplures. Ipſe autẽ Rex cũ reliquis copijs totius rei ſummæ animũ intendebat. Facta eiuſmodi partitiõe ordinũ apud Perſas, Nectanebus Agypti Rex, licet copijs inferior multò eſſet, nihil uel ingenti hoſtiũ multitudine, uel ordinatione facta cõmotus eſt. Habebat ſanè ipſe Græcorũ militũ, quiſecũ ſtipendia facerent, uiginti millia. Aphros ferme totidẽ. Aegyptiorũ, qui bellatores apud eos nuncupant, millia ſexaginta naueis fluuiatiles ad conflictus & incurſiones circa Nilum cõmittẽdas numero qui fidẽ nõ caperet. Ripam autẽ fluminis, quæ in Arabiã uergit, frequẽtibus caſtellis, muroq; & foſſa continẽter ductis, cõmuniuerat. Quunq; apparatus omnes bello gerendo opportuni ei non deeſſent, breui tamẽ ab omnibus illis, ob inopiã conſilij, dècidit. Maxima calamitatis eius cauſa fuit, belli adminiſtrandi imperitia, & quòd ante id, priori bello, Perſæ ab eo uicti fuerãt. Habuerat tunc clariſſimos fortitudine, & rei bellicæ ſciẽtia præſtãteis: A theniẽſem Diophantũ & Lacedæmoniũ Lamium, quorũ conſilio rectè oĩa fuerant ordinata. In hoc autẽ bello dum ſeſe ideneũ imperatorẽ fore arbitrabat, nulli adminiſtrationẽ rerum cõmunicare uoluit: neq; perſeſe, quæ bello uſui eſſent, utpote nullius experiẽtiæ, potuit expedire. Oppida igit, & loca alia munita quũ præſidijs poſitis firmaſſet, acceptis triginta millibus Aegyptiorũ, Græcis ad ſeptẽ millia, Aphrorũ autẽ parte dimidiata, loca ea inſedit, unde facile impetus fieri poſſet. Eo modo utrinq; inſtructis rebus, Nicoſtratus Argiuorũ Dux, ducentibus eũ Aegyptijs, quorũ liberi & uxores obſides tenebant à Perſis per foſſam quandã in locum minus apertũ tranſmiſit cum ſuis copijs, ibiq; uallo munitis caſtris conſedit. Tunc qui in propinquioris loci præſidio erant milites mercennarij Aegyptiorum, haud pauciores ſeptẽ millibus, ut hoſtiũ aduentum perſenſerunt, ad eos repellendos ſunt progreſſi. Horũ præfectus Cleníus Couſquũ reciem ad conſerendum prælium inſtruxiſſet, ab hoſtibusq; idem eſſet factũ, atrox certamen initũ eſt. In quo Græci, qui ſub Perſis merebãt, egregiè pugnantes, Ducem Cleníum, & militũ eius plus quinq; millibus interfecerunt. Eam cladem Nectanebus Rex audiens, ualde eſt perterritus inde coniiciens reliquas Perſarũ copias citra impedimentum flumen traiecturas eſſe, ueritusq; ne Memphim omnes hoſtiũ uires conuerterent, ſtatuit ei rei, pſpicere. Ducto igit exercitu, quẽ ſecum habebat, illuc contẽdit, & quæ ad oppugnationẽ ſuſtinendã eſſent uſui, præparauit. Interim Thebanus Lacrates, qui primũ agmen apud Perſas curabat, Peluſiũ n. agno conatu cœpit oppugnare, deriuataq; aliorſum

*Bogoas.*

*Nectanebi copiæ.*

*Nicoſtrati perfidia.*

*Strages Aegyptiorum.*

fossæ aqua, per exiccatum locum & peruium, machinas ad urbis mœnia adduxit. Magna autẽ ex parte eis deiectis, summa celeritate, qui intus erant, alterum murum cum ualidis turribus ligneis excitarunt. Quunq; dies aliquot eiusmodi mœniũ oppugnatio durasset, primò Græci, qui in oppidi propugnatione erant, fortissimè hostibus resistebant. Sed postquàm de Nectanebi Regis discessu Memphim certiores facti sunt, miserunt ad Lacratem, qui de re cõponenda agerent. Recipientesq; eo per iusiurandũ ipsos, si Pelusium dediderint, cum rebus, quas secum ferrent, citra offensionẽ in Græciam deuectum iri, oppidi deditionem fecerunt. Ad quod recipiendũ quum Artaxerxes Bagoam cum barbaris militibus misisset, in urbis ingressu, Persæ, Græcorum abeuntium res multas, quas secum exportabant, arripuerũt. Ibi Græcis de iniuria, qua afficiebantur grauiter expostulantibus deosq; iurisiurandi præsides implorantibus, Lacrates in iram concitatus, facto impetu, barbaros repulit, aliquot ùe eorum interfectis, Græcos, qui sub fide uiolabãtur, strenuè tutatus est. Bagoas cõiectus in fugam iuit ad Regem, eiq; de Lacrate multum est questus. Artaxerxes recognita, Bagoæ milites pœna merita affectos fuisse, insuper de rapinæ illius autoribus supplicium summi debere, iudicauit. Eo itaq; modo Pelusium à Persis recuperatum est. Mentor uerò cui tertij agminis cura demandata fuerat, Bubastum & complureis alias urbeis calliditate quadam militari captas, in ditionem Regis attraxit. Quum in earum quauis præsidium mixtum, & Græcorum & Agyptiorũ militum esset Mentor eiusmodi uerba in castris suis palàm habuit, Artaxerxen deliberasse eos, qui sibi ultro urbes dederent, humanissimè tractare. Qui rursus ui superarentur, in eos cladem inferre non mitiorem ea, quàm Sidonij passi fuissent. Iniunxit post id custodibus portarum, liberè permitterẽt egredi, qui ab se uellent transfugere. Ita nullo impediente captiui Aegyptij, qui erãt in castris, abeuntes, breui per omneis Aegyptij urbeis uerba illa disseminarunt. Indeq; inter mercennarium militem, & indigenam dissensiones subitò ubiq; exortæ sunt. Et in oĩbus urbibus seditiones cœperũt uigere. Vtriq; enim per quandam æmulationem studebant, seorsum prodere loca, quibus præessent, ut soli aliquod emolumentum consequerentur. Cœpta est ea res primum Bubasti. Statim enim uerò, ut Mentor & Bagoas cum exercitu prope urbẽ consederunt, clàm Græcis Aegyptij quendam miserunt ad Bagoam, pollicentes urbem tradere, si se saluos præstaturus fuerit. Id Græci persentientes, missum hominem comprehenderunt, terroreq; iniecto, rem, uti erat, ab eo intellexerunt; exq; eo commoti ualde, in Aegyptios inuadẽtes, aliquos interfecerunt, aliquibus etiam uulneratis, reliqui in partem quandam urbis coacti sunt se trahere. Qui Bagoæ quid contigisset significantes, orabant, ut ocyus accedens, urbem ab se acciperet. Græcis, qui clanculum ad se pro firmandis pactionibus uenerant, secretò iniunxit Mentor, quum Bagoas in urbem uenisset, ut Barbaros impetu facto adoriretur, Bagoa deinceps cum Persis, absq;

Pelusij deditio.

ἐρατὴν γυναῖκα.

Seditio Bubasti.

Mentoris calliditas.

Græcorum



Græcorum assensu, in urbem intrãte. Post quàm multa pars intromissa est, subitò Græci portas claudentes, eos qui intus erant, aggressi, omneis interfecerunt, & ipsum Bagoam ceperunt. Is omnem salutis suæ spem in Mentore uidens positam, orauit, ut se liberatum ueniret professus, in posterum se nihil nisi ex eius consilio facturum. Tunc Mentor Græcos ad Bagoam dimittendum, sibiq; faciendam urbis deditionem, ut eius receptæ titulus sibi daretur, induxit. Factusq; ita salutis Bagoæ autor, rerum omnium societatem cum eo, præstito, & accepto iureiurãdo, iniuit, quam ad extremum uitæ seruauit. Euenit inde, uti apud Regem concordes, mutuoq; alter alterum iuuantes, tandem omnium uel amicorum, uel cognatorum Regis, ambo potentissimi euaserint. Mentor enim maximus præses Asiæ, quæ maritima est, declaratus, multum profuit rebus Artaxerxis, quum Græcos multos conductos subinde ei mitteret: ipseq; illic omnia administrarer, summa, & fide, & animi magnitudine. Bagoas uerò in superioribus locis, ubi præfectum agebat, tam bene ex Regis re omnia gessit, uti per eam societatem quam cum Mentore firmauerat, non minoris autoritatis factus sit, quàm si Regni ipse esset dominus: neq; Artaxerxes aliquid absq; eius consilio ageret. Quin etiã post eius mortem, in eligendis nouis Regibus, semper Bagoæ sententia & nominatio rata habebatur, nihilq; huic potestatis regiæ, præter Regis appellationem deerat, quæ omnia singillatim cum ad ea peruenerimus tempora, exponemus. In præsens quidem post Bubasti deditionem, reliquæ urbes perterrefactæ, in Persarum ius per certas conditiones uenerunt. Tunc Nectanebus rex, qui ad Memphim commorabatur, uidens hostium successus, minimè ausus est periculis, ut copias ad conflictum duceret, se obijcere: desperatisq; regni rebus cum pecunia ingenti in Aethiopiam fugit. Eo pacto Artaxerxes totius Aegypti potitus, insigniorum urbiũ mœnia diruit, & sacris ædibus direptis, magnam uim coẽgit auri & argenti. Abstulit etiam ex antiquioribus templis scriptas tabulas, quas postmodum Bagoas, accepta magna pecunia sacerdotibus Aegyptijs restituit. Prosequutus autẽ muneribus honorificis, pro cuiusq; merito, Græcos, qui secum militauerãt, eisq; omnibus, ut in patriam redirent, abse dimissis, & Pherendate Aegyptij præfecto constituto, cum toto exercitu Babylona reuersus est: spolijs & pecunia multa, sed maiori longè, ac rebus strenuè gestis, auctus.

Mentoris & Bagoæ consœderatio.

Nectanebi fuga.

Animaduersio in Agyptios.

## REGNI PHILIPPI ANNVS DVODECIMVS.

DVO uerò anno Athenis Callimachus impauit, & Romæ cõsules fuerunt M. Fabius, & P. Valerius. Artaxerxes animaduertẽs magno adiumẽto sibi fuisse Mentorem in bello Aegyptio, cum ultra amicos alios prouexit: prôque eius uirtute honoratum, centum talentis argenti, aliisq; pretiosissimis rebus donauit. Et Asiæ, quæ ad

mare est, præfecit. Data insuper summi imperatoris potestate, ei bellũ contra rebelles suos demandauit. Tunc Mentor quũ necessitudinẽ aretam haberet cũ Artabazo & Memnone, qui superioribus annis cũ Persis bello contenderant, & ex Asia demum fugientes, ad Philippũ in Macedoniã se contulerant, ibíq; morabant Regi supplicans persuasit, illis cõmissi criminis ueniã indulgeret, protinusq; eos ambos cum liberis ad se accersiuit. Habebat sanè Artabazus ex Mẽtoris & Memnonis sorore susceptos filios, mares undecim, fœminas decẽ. Delectatusq; plurimũ ea prole numerosa Mentor, iuuenes, datis in exercitu suo præfecturis, hõnorauit. Primam autẽ expeditionem cepit contra Hermiam Atarnensium Tyrannum, qui ab Artaxerxe defecerat, & loca complura bene munita, ac urbeis tenebat. Huic pollicitus, se inductu rum Regem ad remittendã culpam persuasit, ut secum ueniret in colloquiũ. Ibi ex insidijs facto impetu cum prehendit, potitusq; ita eius annulo, scripsit literas inciuitates, tanq; Hermias diceret, sibi pacificationem initam esse cũ Artaxerxe, intercedente Mentore signatasq; rapto annulo literas, misit per quosdam, qui oppida & arces pro Rege acciperent. Populi, quibus literæ sunt redditæ, fidem præstantes & quod à pace non abhorrerent, facilè arceis & urbeis dediderũt. Ea calliditate quũ Mentor citra periculũ belli, rebelleis urbeis recuperasset, in maximã Regis gratiam uenit: quòd uideretur industria & ingenio singulari bellicã rem tractare. Pariter & principes alios, qui ab imperio Persarũ desciuerant, partim ui, partim dolo aliq; omneis deuicit. Et hæc quidem in Asia gerebant. In Europa uerò Philippus Macedonum Rex inuadens cum exercitu in urbeis Chalcidenseis, Geram arcem ui expugnatam diruit, iniectoq; inde aliis terrore, aliquot urbeis imperio suo coẽgit parere. Pheras postmodũ, quæ sunt in Thessalia, profectus Pitholaum, qui ibi dominatũ occupauerat, expulit. Circa eadẽ tempora Spartacus iam annos quinq; Ponti Rex, diem suum obijt, suffectus est frater Parisades, qui annos octo & triginta regnauit.

Mentoris res gestæ.

Hermias.

Spartaci regis interitus.

## REGNI PHILIPPI ANNVS DCIMVS TERTIVS.

ELAPSO anno hoc, Athenienses Principem Theophilum Romani C. Sulpitiũ & C. Quintium cõsules habuerũt, quũ inita Olympiade octaua supra centesimã, uictor fuit in stadio Polydes Cyrenensis. Tũc Philippus intentus summo studio, ut Mycybernam & Toronen Hellesponti urbeis caperet, citra periculum aliquod, p proditionẽ eas obtinuit. Cõuersus deinde cũ ualidis uiribus ad maximã eius regionis urbẽ Olynthon, initio prælijs duobus Olynthios deuicit, & in urbẽ cõpulit. Cœptaq; obsidioe, dũ subinde tẽtat expugnationẽ, multos suorum amisit. Tandem pecunia corruptos, Lasthenẽ & Euthycratẽ, summos



mos magistratus in urbe, induxit, uti eam sibi proderent: quam captã diripuit, oppidanosq; omneis cũ præda alia uendidit. Eo facto, pecuniã multã ad belli usum cõsequutus est cæteras q; urbeis sibi resistẽteis perterruit. Datis autẽ muneribus meritis unicuiq; militũ, qui strenuè pugnauerãt. Ingẽti pecunia missa, sibi cõciliauit eos, qui in urbibus uarijs potẽtiæ maioris erant adeò, ut multos ad patriã prodendã illexerit. Nec ipse id dissimulabat, se magis auri copia, q; armis imperiũ auxisse palàm solitus asseuerare. Atheniẽses, quibus iam Philippi incremẽta erãt suspecta, omnibus, in quos Philippus bellum susciperet, auxilia cõtra eum mittebãt. Per legatos etiã adhortabantẽ ciuitates, ad libertatẽ tuendam, & suppliciũ de his ciuibus, qui ꝓditionẽ molirentẽ, sumendum: omnibus eis auxilia pollicẽtes. Itaq; se Philippo hostes professi, apertè cum eo bellum gerebant. Inflammabat eos maximè ad propugnationẽ Græciæ Demosthenes tunc tẽporis Græcorum omnium acerrimus in dicendo. Sed nullo pacto reprimi ualebat indomita libido, quæ plerosq; occupauerat, urbeis suas prodẽdi. Tam latè pestis illa Græciã tunc infecerat. Propterea aiunt Philippũ, quũ urbem quampiã egregiæ munitam capere conarẽ, ac eius loci quidã contra omnẽ impetũ tutissimam, ac ferme inexpugnabilẽ eã esse diceret, q̃ siuisse, Nũ etiã aurũ eius urbis mœnia trãscendere esset impossibile. Exptus nimirũ erat Philippus, quæ armis capi nõ possint, auro facillimè expugnari solere. Præparãs igitẽ largitione in urbibus proditores, eosq;, qui tantã fœditatẽ in se admittebãt, honestis nominibus, nũc amicos, nunc hospites appellitãs p eiusmodi infanda cõmercia, munerũ, uerborũq; mores hominũ maximè corrũpebat. Ab Olynthi uerò expugnatione, in Deorũ honorẽ, pro concessa uictoria Olympia celebraturus, splẽdidissima peregit sacrificia & cõuocata ingenti hominũ multitudine, certamina ædidit pulcherrima, multosq; hospites qui adspectaculũ conuenerãt, cõuiuio accepit. Ibi sermonibus, & inuitatioẽ ei loco accõmodata usus, multis pocula sua manu porrigebat, ab se prægustata. Nõ paucis munera est largitus. In uniuersumq;, omneis, pmissionibus amplis, psequutus, effecit, ut q̃plurimi amicitiã suã auidissimè expeterẽt. Animaduertẽs autẽ in cõuiuio ex amicis quẽpiã, Satyrũ nomine, pferentẽ nescio qd triste, rogauit quur solus aliqd hũanitatis suæ expiri nõ dignaretẽ. Illi munus aliqd ab eo se cupe dicẽti, sed uereri, ne intẽtione sua patefacta frustra haberet. Philippus exhilaratus, quũ promisisset quodcũq; petierit, se libentiss. mè concessurum, hospitis cuiusdam sui uirgines duas adolescentulas, nouis maritis desponsatas quæ essent inter eius captiuos, se libenter recepturum dixit Satyrus: non, ut ex eo munere lucri aliquid consequeretur, sed ut addita etiam de suo dote, in matrimonium eas traderet: ne ue iniuriam, tenera ætate indignam, sustinere eas uideret. Philippus petitionem hanc libentissimo animo accipiens, uirgines duas statim Satyro condonauit, multisq; aliis muneribus & beneficijs eo modo dissẽminatis, cumulatiora benignitatis præmia recepit.

Olynthus prodita.

Auro magis q̃ armis imperiũ auctum.

Demosthenes.

Apophthegma.

Armis resistenteis auro expugnantur.

Philippi urbanitas.

Satyrus.

Multi

Multi enim uerò, spe liberalitatis eius inducti, alter alterum præuenire stude bant, se ipsos & patriam in Philippi potestatem dedenteis.

## REGNI PHILIPPI ANNVS DECIMVS QVARTVS.

IAM uerò imperante Athenis Themistocle, & Romæ consulibus C. Cornelio, M. Pōpilio Bœoti quum agros Phocensium populati essent, ad Hyampolim manus conserentes, uictores fuerunt, circiter sexaginta è numero hostium interfectis. Deinceps iterū cum Phocensibus prope Coroneā congressi, accepta magna clade, repulsi sunt. Quūcp in Bœotia insigniores quædā urbes essent Phocensiū ditionis, ad earū agros uastandos uersi Bœotij, frumēta omnia destruxerūt. In reditu uerò hostibus occurrentes, sunt profligati. Circa id tēporis Phalæcus Dux Phocēsiū, sacræ pecuniæ ablatæ postulatus est, priuatocp ei imperij honore, quē gerebat, successores tres dati sunt, Dinocrates, Callias, & Sophanes, per quos eius criminis quæstio habita est. Petebāt sanè ab his, q eam tractauerāt, rationē uti redderēt. Philon fuerat quidam præcipuus in eiusmodi administratione. Is, quum haud satis exhibendæ rationi faceret, capite est damnatus, excruciatuscp à ducibus nuper electis, sceleris socios, pdidit. Grauissimis demū supplicijs affectus, cū uitæ finē quē sua impietas merita est, habuit. Alij qui de sacris rebus ditiores facti, magnā pecuniā furto sibi comparauerāt, eam restituere, & pœnas, ut sacrilegi, dare sunt coacti. Ex superioribus autē Ducibus Philomelus, qui primus imperauerat, à rebus sacris, quarum necessitas pmisit manus cōtinuit. Sed, qui ei successit, Onomarchus, multū dei pecunia in belli sumptus usus est. Tertius Phayllus, frater Onomarchi, nō pauca munerū, quæ in tēplo fuerāt cōsecrata, ad pecuniā signandam cōflauit, ut conducto militi stipendia exolueret. Dicatos siquidē à Crœso Lydorū rege lateres aureos centū uiginti, quibus pondus erat talenta bina, acceptos pro cōficiendis numis difiecit pariter & aureas trecētas, sexaginta Phialas binis minis expensas, Leonisco & fœminæ signa aurea, ut ea oīa auri talentis trecētis & triginta æstimata fuerint, redactisco omnibus quæ ex auro sunt cōflata, ad argenti rationē, talenta quatuor millia perficerētur. E rebus autē argenteis, quæ tum à Crœso, tū ab alijs fuerant cōsecratæ, Duces omnes absumpserāt ad summā talentorū supra sex milliū ut auri, argentico totius rationem inita, talenta essent plus decē millibus. A scriptoribus non nullis traditum est, opū hinc correptum non minus fuisse, atco illud, quod in Persarum thesauris ab Alexandro inuentum sit. Aggressi quin etiam fuerāt, qui sub Phalæco ordines ducebant aperire solum Templi, quum à quodam esset dictum, argenti & auri magnam uim ibi defossam esse. Iamco loca circa focum & tripodem excauare cœperāt. Qui uerò thesaurum indicauerat, testimonio

*Sacrilegi quæstio. Phalæcus.*

*Opes Apoll. delphico dicatæ.*



testimonio clarissimi & antiquissimi poëtæ Homeri nitebatur, ubi ait:

Quanta pauimentum interius non claudit, Apollo
Nunc ubi saxosa Pythone oracula reddit.

Sed quum à militibus loca prope Tripodem foderentur, magnis terræ tremoribus factis, Phocenses ualde sunt perterriti: planecp ita Deis animaduersionē in sacrilegos præmonstrantibus, ab eo negocio destiterunt. Ac Philon, qui facinoris tā impij dux & autor fuerat, breui pœnas meritas exoluit. Sed enim pecuniæ sacræ interuersæ, licet crimē totum Phocensibus adscriberet, nihilominus Atheniēses & Lacedæmonios, qui Phocensiū causam, & sensu, & auxilijs tutabant, non parum cōtingebat ideo maximè quòd stipendia pro militū numero, quos auxilio eis miserāt, non fuerāt e oluta. Atheniēses sanè ea tēpestate uidēt proni ualde fuisse ad faciendas Apollini cō umelias. Paululū enim supra Delphicæ direptionis tēpora, quū Iphicrates eorū Dux, cum classe circa Corcyrā uersaret, Dionysijcp Syracusarū tyrāni naueis, quæ Delphos & Olympiā signa facta ex auro & ebore deuehebāt, adprehēdisset, missetcp ab Atheniēsi populo quæsitū, quid nā in ea re agendū eis uideret, Athenienses responderūt. Laborandum non esse ei in rerum diuinarum respectu: sed prospiciendū, quo modo milites suos sustentaret. Iphicrates ciuitatis suæ uoluntati obsequutus, capta Deorū ornamēta uendidit. Propterea Tyrannus in Atheniēsis cōmotus epistolā hanc eis scripsit. Dion, sius senatui & populo Athenienſi salutē scribere minimè decere existimauit. Contra Deos & mari & terra sacrilegia cōmittitis statuas quidē à nobis, ut Dijs dicarent, missas, & rapuistis, & conflastis. Neco in Deos maximos, Apollinē scilicet Delphicum, & Olympicū Iouem, scelus impiū adeò patrare ueriti estis. Eiusmodi rem fecerūt Atheniēses contra Deū illum, quē subinde inter populareis & maiores suos numerare p ostētationē solebāt. Pariter & Lacedæmonij, qui et cōsilio Delphici Oraculi Rempu. apud gēteis omneis admirabilē, sibi instituerāt, qui ue ea tēpestate de maioribus rebus Deū Apollinē consulebāt, non ueriti sunt cū Templi raptoribus sceleratissimā inire conspirationē. Sed enim, Phocēses in Bœotia urbeis treis Orchomenō, Coroneā & Corsias quū haberent, inde mercennario milite affatim eis suppetente, contra Bœotos copias parabant eorumco agros populabantur. Neco ad faciendas incursiones, aut certamina committenda, eorum locorum homines Phocensibus deficiebant. Propterea bello multum attriti Bœoti, militum suorum multis amissis, & pecuniæ inopia laborantes, legatos ad Philippum, qui auxilia peterent, miserunt. Ille, quum Bœotūm res afflictas, ut spiritus eorum inflati ex uictoria Leuctrica aliquantulum comminuerentur, libenti animo uideret, milites perpaucos dedit: id tantum curans ne Oraculi direptionem nihili æstimare uideretur. Quum uerò Phocenses prope Abas, unde non multum abest Apollinis templum, arcem extruere niterentur, Bœoti in eos inuaserunt, subitóque pars palantes, in oppido proxima fugam

*Miraculum.*

*Verbum impium.*

*Epistola.*

*Lacedæmonij sacrilegi.*

*Abas.*

gam arripuerunt: alij, ad quingentos, in templum confugiētes, extincti sunt, miro quodam modo: ut quum multa eo tempore Phocensibus aduersa diuinitus acciderint, id maximè omnium quod referemus, ita factum esse uideatur. Qui ad templum confugerant, Deorum auxilio se saluos fore existimabant. Sed secus accidit, diuina siquidem prouidentia pœnam, quæ sacrilegis conueniebat, eis inflixit. Erant circa Templum lecti & mensæ complures. Quunq; in tentorijs Phocensium, qui ad Templum se receperant, ignis relictus casu lectum unum incendisset, tanta repente adeoq; super omnium fidem flamma excitata est, ut Templum, & Phocenses, qui eò se contulerant, uiui incensi sint. Visusq; est Deus salutem, quam supplices petiuerant, eis indulgere noluisse.

*Diuina animaduersio in sacrilegos.*

## REGNI PHILIPPI ANNVS DECIMVSQVINTVS.

*Finis sacri belli.*

IN sequenti uerò anno, quo Athenis Archias Princeps, Romæ Consules M. Aemilius & T. Quintus fuerunt, Phocense bellū, quod duraverat in annum decimum, ad hunc modum finem habuit: Bœotis & Phocensibus pariter ex belli diuturnitate debilitatis ualde, alteri ad Lacedæmonios miserunt petitum auxilia, unde armatos mille, Duce Archidamo rege obtinuerunt. Bœoti uerò quum ad Philippum legatos sitidem pro auxilijs misissent, Philippus, acceptis secum Thessalis, cū ualido exercitu in agrum Locrensem contendit. Ibi Phalæcum, qui pridem Phocensium Dux fuerat: tuncq; magnam conductorum militum manū habebat, inueniens, ut cum eo dimicatione inita belli euentum experiretur, aciem instruxit. Erat Phalæcus Niceæ, qui animaduertens Philippo se esse uiribus imparem, misit ad eum legatos, pro rebus suis componendis: pactusq; ut sibi & suis militibus permitteretur, quò uellet, discedere. Quum octo milibus hominum secum facientiū stipendia, concessit in Peloponnesum. Tūc spe omni destituti Phocenses, sese Philippo dediderunt. Itaq;, citra dimicationem, quod non sperauerat, Philippus bello sacro confecto, adhibitis in consilium Thessalis & Bœotis, deliberauit Amphictyonum concilium habere, eorumq; arbitrio cognitionem omnū integram relinquere. Igitur Amphictyones, inito consilio, decreuerunt, Philippum, eiusq; posteros, in collegiū suum coaptari, quum duorum suffragiorum iure, quæ debellati Phocenses habuissent: Vrbibus tribus Phocidis mœnia solo æquari: Ne ipsi Phocenses, aut sacri templi, aut Amphictyonum consilij, aliquo modo participes essent. Ne eisdem, equos, aut arma habere liceret, donec subreptam omnem pecuniam Deo exoluissent: Phocenseis autem, aliosq;, qui sacrilegio eo inquinati aufugissent, sceleratissimos haberi, exq; omnibus locis impunè retrahi posse: Vrbeis omneis quæ Phocensibus parerent, diruí, & redigi in pagos: qui haberēt domos nō plureis sexagenis, quiue haud minus interuallo stadij unius

*Phalæcus cum Philippo pacisciturr.*

*Decreta cōtra Phocenseis.*

DE GESTIS PHILIPPI. 57

unius inter se distentarent. Agros suos haberēt, sed eorum uectigal annuum, talenta sexaginta, Deo penderent, quòad pecuniæ, in rationibus scriptæ, tempore Templi direpti, satis Deo fecissent. Philippo, Thessalis, & Bœotis, ius Pythia certamina curandi esse, quòd Corinthij Phocensibus, in rerum sacrarum interuersione, adiutores fuissent, Philippum cum Amphictyonibus, arma Phocensium, auxiliariorumq; confringere, eorumq; frustra, quæ superessent incēdere, equos per auctionem distrahere. Ab his Amphictyones, alia nonnulla, quæ ad Oraculi refectionem, ad pietatem, pacemq; & concordiā Græciæ faciebant, constituerunt. Quæ omnia eorum scita Philippus comprobauit, deq; omnibus ingēteis eis ægit gratias. In Macedoniam demum est reuersus, pietatis & bellicæ uirtutis magna sibi comparata gloria. Sed longè maiora instrumenta augendi res suas indenactus est, quum toto animo id moliretur, ut à Græcia Imperator nominatus, per eam occasionem in Persas bellum susciperet, quod tandem est factum. Sed de his omnibus suo tempore mentionem singillatim habebimus. In præsentia ad historiæ contextum redeuntes, operæ pretium esse iudicamus, palàm facere Deos illis omnibus, qui in Oraculo diripendo deliquerint, pœnam meritā iniecisse: neq; eos duntaxat, qui sacrilegij artifices fuerunt, sed omneis prorsus, quos illud crimen uel leuiter attigit, nullo pacto inuectam à Deo punitionem effugere ualuisse. Princeps enim Templi occupandi autor Philomelus, casu quodam belli aduerso, sese præcipitē dedit. Onomarchus dein electus dux ab illis, quibus nulla spes bona erat, cum Phocensibus & milite mercennario in Thessalia interfectus, & de cruce suspensus est. Tertius Phayllus, qui multa rerum sacrarum destruxerat, diuturno cōfectus morbo, haud breui potuit à cruciatu liberari. Qui uerò post omneis eos, quicquid in donarijs reliquum erat, corripuit. Phalæcus in uarijs magnisq; periculis, & timore uitam longam satis duxit. non quo sors eius melior, quàm cæterorum sceleris impij popularium esset, sed ut longiori tempore cruciatus, multisq; ex sua miseria notior factus, insigniorem, celebratamq; magis calamitatem subiret. Post fugam sanè, qua Philippi captiuitatem uitauit, commoratus est initio in Peloponneso, sustentans ibi milites suos pecunia, quam reliquā de sacris rebus habebat. Postea Corinthi nauibus magnis onerarijs conductis, quum biremeis quatuor suas haberet, in Italiam & Siciliam transmittere constituit: ibi aut urbem aliquam se occupaturum, aut à quibus stipendio conduceretur, quū eo tempore Lucanis esset bellum cum Tarentinis, inuenturum existimans. Militibus autem suis asseuerabat, se accersitum, in Siciliam & Italiam nauigationem eam suscepisse. Cum igitur itinere arrepto, iam ulterius in mare progressi essent milites aliquot, qui eodem nauigio cum Phalæco uectabantur, simul uerba habuerunt, suspicantes non esse uerum, ab aliquo se accitos fuisse quòd itineris ducem aliquem, ab eo ad quem irent, missum, secum non uidebant. Apparebat etiam nauigationem cœptam non esse rem facilem, sed

*Philippi in Macedoniam reditus.*

*Diuinæ iustitiæ uis magna.*

*Phalæci calamitates.*

longam, & periculis multis obnoxiam. Propterea parum Phalæci uerbis credentes, ac ueriti, ne in hostilem aliquam classem incíderent, conspirarunt illi præcipuè qui in exercitu ordines ducebant, strictisq; ensibus, in Phalæcum, & nauis gubernatorem irruentes, ut reuerterentur, unde nauigationem cœperant, coëgerunt. Pariter, qui in nauibus aliis erãt quum idem fecissent, retroacti omnes in Peloponnesum redierunt, simulq; ad Maleam promontorium Laconiæ appulsi, ibi Cnossiorum legatos, qui ex Creta ad milites scribendos uenerant, offenderũt. Hi cum Phalæco, ductoribusq; aliis colloquuti, stipendio decenti persoluto, fecerunt, ut secum omnes proficiscerentur. Statimq; ut Cnossium in Cretam peruenerunt, abitinere, Lycto urbe, uisunt potiti. Lyctiis autem è terra sua pulsis, insperatum breui apparuit auxilium. Quum enim eo tempore Tarentini, bello inito contra Lucanos, legassent ad Lacedæmonios, ueluti parentes suos, qui auxilia peterent, hi quæ animo promptissimo, genti cognatæ succurrere uolentes, copias pedestreis & nauales, quibus Rex Archidamus præfuit, quum parassent, transiturcs eos in Italiam Lyctij uti sibi ad patriam recuperandam auxilio esse uellent, orarunt. Cui rei Lacedæmonij assentientes, in Cretam transmiserunt. Ibiq; milite illo mercennario deuicto, urbem suam Lyctiis restituerunt. Deinde arrepta nauigatione in Italiam, quum Archidamus in Tarentinorum subsidium uenisset, inito prælio quodam egregiè pugnans interfectus est: uir omnibus imperatoriis artibus ex toto uitæ cursu multum probatus, præter, quàm in Phocensium rebus, quos iuuando uisus est magna causa fuisse Templi delphici inuadendi. Regnauit is Lacedæmone annos treis & uiginti, filius autem Agis, qui ei successit, quindecim duntaxat annis in regno uixit. Cæsi sunt postea à Lucanis & omnes, qui sub Archidamo merebant, direptionis Oraculi & ipsi participes. Phalæcus uerò Lycto pulsus, ad Cydoniam oppugnandam se cõuertit. Vbi, dum machinas mœnibus diruendis instruit, easq; propius urbem adducit, fulmine incidẽte, diuinus ignis excitatus, illas corripuit.

*Phalæcus à suis superatus.*

*Lyctum.*

*Lyctum reddi tur. Archidami mors.*

*Agis.*

*Phalæci mors.*

Quas plerisq; ab incendio defendere conati, igne absumpti sunt. In his fuit & ipse dux Phalæcus. Aiunt nonnulli, eum interemptum fuisse à quopiam suo milite, quẽ uerberarat. E Phalæci militibus, qui cladis eius immunes fuerũt, exulibus Eleis, in Peloponnesum deuecti sunt: cum quibus in Eleos pugnare occœperũt. Sed enim, quum Arcades opem tulissent Eleis, multi milites illi conducti interfecti sunt. Reliqui, ad quatuor millia, captiui inter Arcadas & Eleos, diuisione facta, distributi sunt. Arcades eos, qui sibi obuenerunt, dederunt uenui. Elei suos omneis, ob scelus in Oraculo diripiendo admissum, trucidarunt. Et ad eum modum, qui sacrilegij illius aliquid omnino attigerunt, Deo autore, meritas pœnas subiuerunt. Nobilissimæ etiam ciuitates, quæ ea impietate se adstrinxerant, ab Antipatro (succedente tempore) deiectæ & imperium & libertatem suam miserè perdiderũt. Vxores quoq; Phocensium principum, quæ ausæ sunt monilibus raptis se exornare, impij facinoris

*Milites uenundati.*

*Mulierũ sacri legarum ultio.*



noris pœnas non euitarunt. Quæ enim Helenes monile gestare est solita, in meretricium probrum incidit, pulchritudine sua eam expetentibus prostrata. Altera, eo quòd fuerat Eriphyles, subinde adornatum utens, quum filius, quem natu maiorem habebat, in furorem concitatus ignem domui iniecisset, intra eam uiuens, incendio extincta est. Eoq; pacto, qui Deum contemptui habere ueriti non sunt, supplicijs, quæ narrauimus, ab ultoribus Diis affecti sunt. Rursus, qui Oraculo subsidium tulit, Philippus post id factum indies res suas auxit, tandemq; pietatis suæ beneficio, ab uniuersa Græcia Imperator appellatus est. Et suum regnum amplissimum omnium, quæ essent in Europa, effecit. Sed quum abundè satis de sacro bello ægerimus, ad res alibi gestas transeamus. In Sicilia (ortis inter se magnis seditionibus) Syracusani miserè multorum, & potentium, trahentiumq; in diuersa Tyrannide oppressi, legatos Corinthum miserunt, orantes, uti mitterent Ducem aliquem, qui eorum Reipub. curam susciperet, simulq; Tyrannidem inuadere conantium, improbitatem coerceret. Corinthij honestissimum esse arbitrati, iis, qui ab se originem traherent, suppetias ferre, illuc mittere decreuerunt Timoleonta, Timaneti F. præstantissimum uirum, qui uirtute, prudentia & cognitione rei militaris, omnibusq; bonis artibus erat præditus. Huic autem singularis contigerat res, quæ ut deligeretur Dux in Syracusanam expeditionem, non parum profuit. Timophanes eius frater, qui diuitijs & ingenita quadam confidentia Corinthijs omnibus præstabat, diu antea uisus fuerat ad Tyrannidem aspirare. Sed eo tempore calamitosos homines sustentando, comparando arma, & cum facinorosorum agmine per forum spaciando, non dissimulabat se Tyrannum esse. Omniaq; prorsus facta eius Tyrannidem præferebant. Huic Timoleon, alienissimus ab unius Dominatione sustinẽda, initio conatus est persuadere, uti à cœpta re, desisteret. Postquàm sibi parum audientem illum, indies q; magis insolescere animaduertit, abiecta omni spe, ut uerbis emendari posset, obambulans foro, ipse fratrem obtruncat. Excitato inde tumultu, quũ ciues quàm plurimi ad facinus atrox & inusitatũ accurrissent, seditiones exortæ sunt. Partim censentibus, Timoleonta, ut cædis fraternæ reum, pœna legibus decreta, affici oportere. Alteris: quippe qui Tyrannicida esset, commendationem mereri asseuerãtibus. Senatu igitur habito, contentio ea inter Senatores pariter uigebat, Timoleonta grauiter deferentibus eius inimicis: qui uerò mitius agebant consulentibus, ut ei uenia tribueretur. Quũq; altercatio huiusmodi duraret in aduentum usq; Syracusanorum legatorum, atq; hi, expositis mandatis, uehementer orassent, ne senatus moram interponeret in Duce mittendo, quem petebant, uisum est Senatui Timoleonta illuc mittere conducibile esse: proposueruntq; ei insolitam, miramq; prorsus optionem, si facinus abse commissum diluere uellet. Id enim ei confirmarũt, si bene rem Syracusanam administrauerit, se eum Tyrannicidam: sin secus, & ex animi libidine, tunc fratris per-

*Egregium facinus Timol.*

*Timoleontis res gestæ.*

*Timoleon fratricida ac tyrannicida.*

cussorem eundem iudicaturos esse. Verum Timoleon, non tam ex timore per senatum sibi adiecto, quàm uirtutis studio, Siciliæ rebus, bene, & exgentium usu præfuit. Carthaginienseis siquidem debellauit: recipiensq; è Barbarorum manibus Græcas urbeis uastatas & desertas, multitudine hominum frequenteis reddidit. De quibus omnibus, pòst paulò secundum sua tempora, per parteis mentionem faciemus. Nunc ad narrationis ordinem reuertemur.

## REGNI PHILIPPI ANNVS DECIMVSSEXTVS.

Expeditio Timol. in Siciliã.

QVVM Ebulus Athenis imperaret, Romæq; Mar. Fabius & Seruius Sulpitius consules essent, Timoleon Corinthius, adsumptus à ciuibus suis ad curam Syracusanæ Reipub. parabat se uti in Siciliam transiret. Cõduxit autem milites exteros septingentos, triremibusq; quatuor, & leuioribus tribus nauigijs milite oppletis, Corintho discessit. Præter hæc in itinere à Leucadijs & Corcyrẽsibus obtinuit treis alias naueis. Itaq; nauibus decem fretum, quod Ionium appellant, trasmisit. Contigit sanè ei internauigandum res præcipua, & digna admiratione, ut Deus quispiam in susceptam prouinciam eum iuuare, & futuram ipsius gloriam, ac rerum gestarum magnitudinem præsagio nõ obscuro, declarare uisus sit. Continenti enim nocte, fax ardens in cælo nauiganti ei præ-
Miraculum. luxit, donec in Italiam cum omnibus suis copijs peruenit. Prius etiam Corinthi audiuerat Cererem & Proserpinam sacerdotibus suis in quiete uisas esse polliceri, cũ Timoleonte sese nauigaturas in sacratam sibi insulam. Propterea ipse Dux Timoleon, cæteriq; omnes læto animo erant, diuinam opem sibi haud deesse conspicientes. Nauem etiam, quæ omnibus alijs melior est uisa, Dearum numini dicauit, instituitq;, uti Cereris & Proserpinæ sacra nauis nominaretur. Peruenit autem incolumis cum suo exercitu Metapontium, in Italiam. Illuc & triremis legatorum Carthaginiensium statim superuenit qui Timoleontem conuenientes, ne belli initium faceret, neue omnino in Siciliam transiret, ei denunciarunt. Sed Timoleon, quum ad traijciendũ Rhegini eum inuitarent, & auxilia pollicerentur, Metapontio quàm primũ discessit: quo sui aduẽtus famam anteuerteret. Verebatur enim plurimùm, ne Carthaginienses, qui mari dominabantur, transitum suum in Siciliam interciperent. Adhibita idcirco summa diligentia, breui Rhegium cõtendit. Sed enim Carthaginienses paulò antè hæc tempora, futuri belli in Sicilia magnitudinem prospicientes, erga insulæ ciuitates socias, summam benignitatem ostentabant. Cum Tyrannis, ueteribus controuersijs positis, amicitiam firmauerũt, præcipuè cum Iceta, qui Syracusis dominabatur, quòd eius,
Icetas. magna esset potentia. Comparatasq; ingenteis naualeis & pedestreis copias, præfecto Annone duce, miserunt in Siciliam. Erant autem naues longæ, centum



centum & quinquaginta: peditum quinquaginta millia: trecenti currus bellici: & bigarum ultra duo millia. Præter hæc, arma, telâque omnis generis, machinæ ad oppugnãdas urbeis multæ. Commeatuũ, & aliarum rerũ, quæ bello usui sunt, opinione omnium maior copia. Primaq; expeditione contra Entellenseis susceptа, eorum agrum populati, ad oppidi obsidionem accesserunt. Tenebant locum eum Campani, qui magno hostium numero perterriti, ad ciuitates Carthaginiensibus inimicas, auxilia petitum miserunt. Alij omnes eam rem detrectarunt. Soli Galerienses mille armatos de- Galerienses.
derunt. Qui in itinere Pœnis obuiam facti, eorum multitudine circunuenti, omnes & interfecti sunt. Campani etiam, qui Aetnam habebant, initio compararant auxilia, quæ Entellam, utpote ad gentem cognatam, mitterentur. Sed Galerienſium clade audita, à re cœpta supersedere deliberauerunt. Quum uerò Syracusarum urbs esset in Dionysij manibus, Icetas cum ualido exercitu eò cõtendit. Ianq; uallum circa Olympium iecerat, & omnibus uiribus, Tyrannum Dionysium expugnare conabatur. Sed obsidione in multos dies protracta, quum necessariarum rerum inopia premeretur, Icetas ab oppugnatione discessit, ut iret ad Leontinos, unde se prius mouerat. Abeuntem Dionysius insequutus, extremum agmen incessendo, fecit, ut conuersus Icetas, manus secum consereret. Qui ferme tribus millibus ar- Icetas Syracu-
matorum sub Dionysio merentium cæsis, reliquos in fugam compulit. sarum uictor.
Vsusq; summa celeritate eis persequendis, irrupit simul cum fugentibus in urbem, & ita Syracusis absque insula potitus est. In huiusmodi statu erant Dionysij & Iceta res, quum Timoleon tribus diebus, post captas ab Iceta Syracusas, Rhegium perueniens, non longè ab urbe copias suas de nauibus exposuit, & eòdem uiginti Carthaginiensium triremes statim aduenerunt. Tũc Rhegini, qui Timoleõtis rebus fauebãt, populo ad concionẽ uocato, agere cœperunt de pace inter illos componenda. Ibi Carthaginienses ad hoc intenti, ut reditus in patriam Timoleonti persuaderetur, parum diligenter in stationibus excubabant At Timoleon nullo eius, quod molieba- σφαθήνημα.
tur, dato indicio, ipse quidem præsens prope consultantium suggestum stabat, sed clanculum admonuerat, ut nouem è suis nauibus in altum abducerentur. Denique, animis Carthaginiensium ad Rheginorum orationem, quæ dolo in longum producebatur, conuersis clanculum è concione se subripiens, adcurrit ad nauem, quam sibi relinqui fecerat, ac summa festinatione enauigauit. Carthaginienses ita delusi, conati sunt abeunteis insequi. Sed quum illi magno spatio progressi essent, noxq; iam immineret, factum est, ut citra offensam Tauromœnium appellerentur. Ei loco præerat Andromachus, Syracusanorum libertatis studiosissimus, qui humaniter Timoleonta suosque omneis accepit. Et, ab impetu persequentium ut salui essent, non parum profuit. His ita hic peractis, Icetas cum quinque millibus armatorum electis contra Adranitas, qui suas parteis sequi nolebant, profectus

est,& nō longè ab oppido castra posuit. Tunc militibus aliquot à Tauromenijensibus impetratis, Timoleon cum militibus circiter mille contra Icetam Tauromenio discessit. Noctúq; superuenientis occasione adiutus, iter Adranum ita confecit, ut sequenti die ex improuiso Icetæ exercitum prandentem inuaserit. Et in castra irrumpēs, plus trecentis interfecerit, captiuosq; ferme sexcentos comprehenderit, castrisq; ipsis potitus fuerit. Aliam insuper rem strenuitate eadem peregit. Subitò enim ad ipsam urbem Syracusas contendit, totumq; illud iter currendo emensus adeò, ut à pugna fugientes hostes prævertert, Syracusas, quū nullus ibi huiusce rei timor esset, facilè intrauit.

## REGNI PHILIPPI ANNVS DECIMVSSEPTIMVS.

IT hæc quidē omnia anno præsenti contigerūt, quo uerò Athenienses principem Silyciscum, Romani M. Valerium, & M. Pompilium consules habuerunt, labentéq; nona & centesima Olympiade, in stadio Aristolochus Atheniēsis uictor fuit. Romani primùm cum Carthaginiensibus fœdus percusserunt. In Caria quum Idrieus, ibidem septennium princeps, mortem obijsset, Ada eius coniux & soror suffecta est, quæ ad annum quartum imperauit. Timoleon autem in Sicilia, acceptis in societatem Adranitis, Tyndaritisq; non parua auxilia ab eis obtinuit. Eratq; mirificus tumultus intra Syracusas, quum Dionysius insulam Icetas Achradiam, & nouam urbem reliquum omne urbis teneret Timoleon & Carthaginienses portum maiorem cum classe nauium centum quinquaginta intrassent, terraq; castrametati essent cum peditatu quinquaginta millium. Qua ingēti hostium multitudine cum ualde perterritus esset Timoleontis exercitus, inopinata, & quæ nullo cōsilio parari potuisset, rerū mutatio subsequuta est. Primo omnium Marcus Catanensium Tyrannus, qui non paruas copias secū habebat, Timoleonti adhæsit. Post id urbes complures, studio libertatis consequendæ, ad eundem defecerunt. Nouissimeq; à Corinthijs naues decem cum auxilijs & stipendio missæ, Syracusas aduenerunt. Propter quæ confirmatus multum est Timoleon, & Carthaginienses timore correpti, classem è portu, imprudēter sanè, eduxerūt. motisq; castris, insulæ partem, quæ suæ erat ditionis, discesserunt. Tunc Icetæ auxilijs destituto, urbs Syracusarum, quum ciues ei tuendæ parum sufficerent, in Timoleontis potestatem redacta est. Meseneitidem, quæ in partibus Carthaginiensium erat, ab eodem statim est recepta. Dum hæc in Sicilia geruntur, Macedoniæ rex Philippus, odio, quod à patre hereditarium pertinaciter contra Illyrios seruabat, incitatus, cum ualido exercitu in eorum terram irrupit, agrisq; uastatis & expugnatis urbibus multis, in Macedoniam reuersus est. Postmodum in Thessaliam contendens, Tyrannis aliquot, qui ciuitates opprimebant

*Fœdus Romanorum & Carthaginiensiū. Ada.*

*Mirus Syracusarum status.*

*Philippi incrementa.*

*A Corn. de Tyrānis*



primebant, expulsis, magna beneuolentia Thessalos omneis sibi deuinxit: ex eorum societate sperans, Græcos pariter in amicitiam suam traductum iri. Quod sanè euenit. Conterminí nanq; Thessalis Græci, uicinorum factum sequuti, fœdus cum Philippo inierunt.

## REGNI PHILIPPI ANNVS DECIMVSOCTAVVS.

ANNO uerò sequenti, quo Pythodorus Athenis imperauit, & Romæ consulatum gesserunt C. Plautius, & T. Manlius, Timoleon, Dionysio in desperationem magnam ab se compulso, persuasit, uti arce tradita, & principatu relicto, in Peloponnesum cum omni sua pecunia excompositio transiret. Illeq; ita, per ignauiam, & animi torporem, nobilissimum Regnū, & quod Adamantē reuinctū prædicabant, reliquit: ac Corinthi in magna egestate uitam traducēs, omnibus, qui in rebus prosperis temerè insolescūt, ex sua uita & fortunæ immutatiōe, exemplū parū speciosum præbuit. Qui enim prius quadringentas triremeis habuerat, nō multò pòst in pusilla, arctaq; nauicula, nimirū casus grauissimi spectaculū admirandū ualde, Corinthū se contulit. Timoleon autē, insula, & oppidis omnibus, quæ Dionysio parebāt, receptis arceis locisq; alia munita, quibus se Tyranni tuebant, euertit. Ciuibus libertatē reddidit. Post hæc statim ad leges scribendas conuersus, uti hæ populares essent, multum curauit. Quæ ad priuatarū rerū contractus ptinerēt, aliaq; multa diligēter & iustissimè ordinauit: rei illi præcipuè intentus, ut æqualitatē induceret. Instituit etiā magistratū honoratissimū annuum, quē Syracusani Iouis Olympij famulatū appellabant. Electusq; est primus Callymenes famulus Olympij Iouis. Et ita deinceps is honor p manus traditus est: anniq; à magistratu eiusmodi adnotati fuerunt usq; ad tēpora, quæ nostræ huic historiæ terminus, & mutationi reipu initium fuerūt. Romanis enim Siculos alios in cōmunionem Reipu inducētibus, famulorū principatus ille, qui annos plureis trecentis durauerat, abolitus est. Hic ita se habētibus rebus, Philippus in Macedonia summopè laborās, ut ad societatē suam traheret Græcas Thraciæ ciuitates, expeditionē sumpsit cōtra Cersobleptem eius terræ regem, qui continuis cladibus uicinas Hellespōti gentes, urbes diruendo, & uastando agros, afficiebat. Vt igit eam Barbarorū impotentiam reprimeret, cum ualidis copijs eos aggressus, aliquot prælijs commissis, semper uictor, debellatos ad id compulit, ut decimas Regno Macedoniæ exoluerent. Et in locis, qui sibi opportuni uisi sunt, ad coercendā Thracum audaciā oppida bene munita construxit. Tunc ciuitates Græcæ à metu Barbarico liberatæ, promptissimo animo cū Philippo fœdus inierūt. Inter eos, qui temporū horū res scripserūt, Theopompus Chius, in historia quam de Philippi gestis ædidit, tribus libris

*Mirum uariatis Fortunæ exemplum.*

*Famulatus Iouis Olympij.*

*Philippi res auctæ.*

*Concepit ICPd*

*Theopōpus.*

*Theopõpus.* ea, quæ in Sicília facta ſunt complectitur: à Tyranníde ſenioris Dionyſij exorſus, perq; ſpatium annorum quinquaginta, ad Dionyſij uſque iunioris caſum à regno pergens. Tres illi libri ſunt à quadrageſimo primo ad quadrageſimum tertium.

## REGNI PHILIPPI ANNVS DECIMVS NONVS.

AT Soſigene Athenis imperante. & Romæ conſulibus M. Valerío & M. Pompilo, Arymbas Moloſſorum Rex, quum annos decem regnaſſet, uita exceſſit, relicto filio Aeacide, qui Pyrrhi fuit pater. In defuncti locum Alexander Olympiadis frater, adiumento Philippi Macedonis, ſubiuit. In Sicília uerò Timoleon contra Leontínos, quo Icetas cum iuſto exercitu ſe retraxerat, mouit caſtra: ſtatinq; inuadens in eam, quam Nouam urbem appellãt, quum magnum præſidium, & quod bene ad mœnium propugnationem ſufficeret, intus poſitum eſſet, cœptam rem omittere eſt coactus. Tranſiuitq; ad Engyium, quæ urbs Tyranno Leptinæ ſeruiebat, omníq; ſtudío, ut ciuitatem, pulſo Tyranno, ad libertatem reduceret, nitebatur. Interea Icetas cum omnibus ſuis copíis ex Leontínis ad Syracuſas oppugnandas contendit. Ibi compluribus ſuorum amiſſis confeſtim unde diſceſſerat, redit. Leptines à Timoleonte grauiter preſſus, deditionem fecit, & per conditiones dictas, iuſſus eſt migrare in Peloponneſum, ut eo pacto Græcis deuictorum Tyrannorum míſeriæ innoteſcerent. Quunq; eidem Leptinæ Appolloníatæ parèrent, recepræ huic ciuitatí, & Engyínis libertatem, ut ſuis legibus uiuerent, conceſſit Timoleon. Sed enim quum rei pecuníariæ indigentia laboraret, ut mílitibus, quos conduxerat, ſtipendia minus poſſet perſoluere, Ducibus, qui ad hanc rem idonei uidebantur, mille armatos dedit, iniunxitq;, ut in Carthagínienſium prouínciam incurſiones facerent. Hi latiſſimam terram populati, cum præda ingentí redíerunt ad Timoleontem. Qui facta auctione pecuniam magnam recepit, indeque militibus, multí temporis ſtipendio dato, ſatisfecit. Potitus etiam eſt urbe Entella, ubí ciues quindecim, qui Carthagínienſium parteis tuebãtur, interfecit, cæteros libertate donauit. Iam Timoleontis potentia & autoritate multum aucta, Græcíæ Siciliæ urbeis, animaduertentes, captis ab eo gentibus libertatem cõcedí, ultro omnes ſe Timoleontí dediderunt Siculorum etiam, Sicanorum & aliarum gentium ciuitates, quas tuebant Carthaginíenſes, miſerũt legatos oratũ, ut in amicitiã & fœdus ab eo reciperentur. Propterea Carthagínienſium Senatus parum ſtrenuè res Siciliæ à ducibus ſuis adminiſtrari uidens, deliberauit exercitum magnum cum Ducibus aliis eódem mittere. Subitò igitur ciuibus, qui militiæ idonei uidebantur, ſcriptis Aphrorum mílitum delectũ habuerunt.

*Aeacides. Alexander.*

*Timoleontis facinora.*

*Carthaginienſium nouus apparatus.*



runt. Præter hos ingenti pecunia Gallos, Hiſpanos & Ligures conduxerunt. Naueis etiam longas fabricarunt. Onerarias complureis coẽgerunt, apparatumq; aliarum rerum maximum confecerunt.

## REGNI PHILIPPI ANNVS VIGESIMVS.

ATHENIS uerò quum princeps Nicomachus & Romæ C. Martius & T. Manlius Torquatus conſules eſſent, Phocion Athenienſis, Cletarchum, quem Eretriæ Tyrannum Philippus præfecerat, debellatum expulit. Et in Caria Pexodarus, fratribus omnibus natu minor, eiecta Ada, principatũ occupauit. tenuitq; ad annum ſextum, quo ſcilicet tempore Alexander in Aſiam tranſiuit. Philippus autem ſemper ad id intentus, ut res ſuas magis amplas faceret, caſtra mouit ad urbem Perínthon quæ ſibi infenſa, parteis Athenienſium tuebatur. In ita oppugnatione, & machinis propius urbem adductis, quotidie in corũ, qui feſſi pugnando eſſent, locũ ſemper integris ſuccedentibus acriter ad mœnia ipſa decertabat. Turribus etiam altitudinis cubitorum octogínta, quæ Perinthiorum turreis multum ſuperemínerẽt, extructis, è ſuperiori loco oppidanos plurimùm offendebat, & arietibus murum identidem quatiẽs, foſſionibuſq; ſubterraneis fundamenta demolitus, magnam eius partem euertit. Perinthíjs locum apertum fortiſſimè defendẽtibus, alteroq; muro ocyus ab eis extructo, certamen magnum iterum pro mœnibus cœptum eſt. Ibi Philippus numerũ magnum ſagittariorũ, aliorũq; id genus miſſilibus pugnantiũ habens, per eos ualde è mœnium pinnis pugnanteis hoſteis confi ciebat. Illis autẽ indies magis deficiẽtibus, auxília, tela, iaculatoresq; à Byzãtijs miſſi ſunt. Viribus igitur reſumptis, ut hoſtibus iam reſiſtere poſſe uiderentur animoſè pericula omnia pro ſalute patriæ ſuſtinebant. Nec Philippus díligentiã ſuã remittebat. Exercitu enim ſuo in parteis plureis diuiſo, per coronã, & alios alijs ſufficiendo, mœnia die noctuq; acerrimè oppugnabat. Erant ei ad trigínta míllia armatorum, telorum, machinarũq;, ad mœnia diruenda, uis magna, machinæ aliæ penè innumeræ, quibus omnibus obſeſſos Perínthios grauiter urgebat. Ianq; oppugnatione ea in dies multos protracta, oppidaníſq; multis interfectis, nec paucioribus uulneratis, & neceſſarijs rebus nõ ſuppetentibus, urbis captiuitas in proximo certiſſima eſſe uidebatur. Tunc fortuna periclitantibus non tantũ ſalutem, ſed & eam unde minimè ſperabant, attulit. Diuulgata enim uerò & per loca Aſiæ Philippi potentia, quæ indies creſcebat, Perſarum Rex, cui res ea ſuſpicionem aliquam inijciebat, per litteras præfectis ſuis, qui erant ad loca mari proxima, iniunxit, uti Perínthios totis uiribus iuuarent. Quod ab illis factum eſt. Magnũ enim mercennariorum militum numerum, ſtipendium & commeatus

*Pexodarus.*

*Perinthi oppugnatio.*

*Philippus Perſarũ Regi fora midoloſus.*

atus affatim, tela, aliaq; bello necessaria, Perinthum miserũt. Ducesitidem milites q;, quos meliores habebant, Byzantij dederunt. Ita uiribus æquatis utrinq;, bellóque instaurato, contentio maxima rursus in oppugnatione ipsa exorta est. Philippus ariete mœnia labefactans, continuam eorum partem diruerat. missilibusq; è propugnaculis oppidanos deturbabat. Et simul per locum apertum, ubi mœnia erant deiecta, conferto agmine irrumpebat: ac scalis in murum defensoribus nudatum inscendebat ut, quum ita dimicatio comminus gladijs gereretur, multi interficeret, pluresq; modis uarijs uulnerarentur. Præmia sanè uictoriæ utrinq; pugnantium uirtutem excitabant. Macedones opulentissimam urbem se direpturos, insuper muneribus magnis à Philippo donatum iri sperabant. Eorum commodorum expectatione, difficultates omneis forti animo sustinebant. Perinthij rursus præ oculis cladeis, quæ uictis inferri soleant habentes, pro salute patriæ, periculis alacritate ingenti se offerebant. Eos autem plurimum, ut superiores essent, adiuuabat urbis situs. Perinthus enim ad mare posita est, in ædito iugo peninsulæ longitudinis ferme stadij unius. Aedificia habet frequentia, & prælta, ut quemadmodum collis cliuus surgat, ita domus una alteram superet altitudine. Videturq; totius ciuitatis facies esse instar Theatri. Propterea mœnibus etiam in uniuersum solo adæquatis, nihilo magis munimẽtis erant destituti. Obstructis enim uiarum aditibus, superiora ædificia uice muri firmissimi tenebant. Idcirco, quum laboribus & periculis maximis Philippus mœnia superasset, munitionem adhuc ex domuum structura factam, difficultiorem offendit. Sed enim quum omnia bello gerẽdo idonea à Byzantijs Perinthum summitti animaduerteret, partitus copias suas, earum dimidium cum ducibus, quos optimos nouerat, reliquit in Perinthi obsidione. Reliquos ipse secum accipiens, de improuiso aggressus Byzantium acriter oppugnare cœpit Byzantius, utpote qui milites, tela, resq; alias gerẽdo bello commodas Perinthum miserant, grauiter consternati sunt. Eiusce modi tũc erat ciuitatum duarum status. Ex his autem, qui historiarum monumenta posteris mandarunt, Cumæus Ephorus historiam suam, quum ad Perinthi oppugnationem peruenisset, desinit. Is inscribenda ea, ab Heraclidarum reditu exorsus, Græcorum & Barbarorum res gestas, annorum ferme septingentorum quinquaginta libris triginta describit: præfatione libro unicuiq; apposita. Diyllus uerò Atheniensis, qui sequentium temporum res memoriæ mandauit, principium sibi scribẽdi, ubi Ephorus finem fecerat sumpsit: qua ue ab ea tẽpestate, tum à Græcis, tum à Barbaris gesta sunt usq; ad Philippi obitum, comprehendit.

*Perinthi situs*

*Nouũ Philip. consilium.*

*Ephorus.*

*Diyllus.*



## REGNI PHILIPPI ANNVS VIGESIMVS PRIMVS.

AT Principe Athenis Theophrasto, & Romæ consulibus M. Valerio, & Aulo Cornelio, Olympias decima supra centesimã inita, Anticles q; Athenẽsis in stadio uictor fuit. Eo anno Athenienses, cum Philippus pacem secum firmatam, uiolasse uiderentur, nauales copias raptim Byzantijs subsidio miserunt. Idem à Chijs, Rhodijs, alijs ue quibusdam Græcis ciuitatibus factum est. Tunc Philippus eo Græcorum concursu perterritus, duarum urbium obsidionem reliquit: atque cum Athenienses & Græcis alijs sibi aduersantibus fœdus percussit.

Carthaginiẽses autem, qui magnum belli apparatum confecerant, in Siciliam nouas copias traiecerũt: ut cum his, quos ibi prius habebant iam in eorum castris peditesplureis millibus septuaginta, equites, bellici currus, & bigæ ad decem millia, longæ naues ducentæ, onerariæ, ad equos, tela & commeatus uehendos, ultra mille eis esse crederentur. Neq; extantis Barbarorum copijs Timoleon licet exiguum militum numerum secum haberet, aliquo modo perturbatus est. Sed quum bellum contra Icetam gereret, pace firmata, auxilia ab eo obtinuit: & non parum inde copias suas auxit. Saluare etiam ei uisum est, bellum in Carthaginiensium prouinciam conferre, quo ciuitatum sociarum agros inuiolatos seruaret. & eodem tẽpore hostilis terra uastaretur. Idcirco auxilijs omnibus & militibus mercennarijs in concionem uocatis, oratione sua omneis ad prælium totis uiribus cum hoste conserendum adhortatus est. Excepta eius est oratio magnis omnium acclamationibus petitumq;, ut cõtra Barbaros q̃plurimum ducerent. Et ita cum toto exercitu, qui duodecim millium omnino erat, progredi cœpit. Iamq; in Agrigentinũ agrum peruenerat, quũ tumultus & seditio magna in castris, nulla prius apparente suspicione, subitò exorta est. Erat in exercitu miles quidam Thrasius nomine, qui cum Phocensibus direptioni sacri Templi interuenerat, uir temeritatis & cõfidentiæ incredibilis. Hic uitæ suæ improbissimæ, accomodatum planè facinus eiusmodi commisit. Quum enim solus, omnibus ferè alijs, qui Oraculum expilauerãt, merito supplicio, ut paulò antè à nobis indicatũ est, à Deo affectis, nescio quo pacto diuinam ultionem uitasset, Timoleontis milites ad seditionem concitare ausus est: eum p. ssim dictitans proculdubio insanire, qui ad certissimã cædem milites suos duceret: qui ue Carthaginienseis sexies suis copijs plureis, omniq; apparatu bellico instructissimos ab se superatum iri, non uereret cõfirmare, itaq; militum suorum animas in aleam conijcere uellet, ne stipendia longi temporis debita, indigentia oppressus, persolueret. Proinde consulebat Syracusas redirent ibiq; stipendij, quod eis deberetur, satisfactionem postularent, neue ad expeditionem

*Carthaginiensium expeditio in Siciliã.*

*Thrasius auctor seditionis.*

tionem, in qua nulla uincendi spes appareret, illum sequerentur. Admonitio hæc multorum animos commouerat, iamq; tumultum facere cœperãt, quũ Timoleon, precibus & pollicitationibus multis, summa cum difficultate ad officium eos reduxit præter mille, qui Thrasium secuuti sunt, eorum punitionem in tempus magis idoneũ differẽs. Timoleon literas ad amicos, quos habebat Syracusis, dedit, uti benignè hi milites reciperent. Et eisdem stipendij debiti satisfieret. Sicq; omnis tumultus sedatus est. Et uictoriæ, quæ deinceps parta est, gloria contumaces illi mille caruerunt. Reliquos Timoleõ blanda oratione ad pristinam erga se beneuolentiam induxit. Itaq; contra hosteis, qui haud longè aberant, castra mouit. Ibi apud milites cõcionatus Pœnorum ignauia, & Gelonis successibus commemoratis, audentiores eos multum reddidit, ut una ueluti uoce conflictum cum Barbaris, iamq; pugnæ signum proponi expoſcerent. Quum uerò casu magna apij uis ad toros extrudendos iumentis deportaretur, Timoleon se illud uictoriæ omen dixit agnoscere, quod corona Isthmiaca ex apio texeret. Itaq; iussu eius milites omnes apij coronis caput sibi exornarunt. Et summa lætitia in hosteis progrediebantur: ueluti uictoriam certam Dij sibi denunciassent. Saneq; non magis eorum uirtute, quàm manifestissimo Deorum adiumento factũ est, uti uincerent. Timoleon namq;, acie instructa, quum de monte quodam ad flumen descenderet, iamq; hostium decem millia illud transissent, eos, ut adhuc à traiectu erant incomposiri, adortus, ipse ordinibus suis bene ex omni parte firmatis, cuncta perturbauit. Consertisq; acriter manibus, quũ et fortitudine, & opportuniori certaminis statu, Græci superiores essent, magna Barbarorum cædes, facta est. cunctiq; prorsus, qui flumen traiecerant, fugiebãt, quũ reliquæ omnes Carthaginiensium copiæ, flumine transmisso, Græcorum impetum in suos fugienteis repressserunt. Prælioq; ita instaurato, sua multitudine Græcos pauciores multò circumuenire inceperunt. Tunc maxima & continens pluuia cum fragore ingenti coorta est, simulq; grando, fulgura, tonitrua, & uehementissima uentorum uis, omnia confundebat: hactenus tamen, ut Græcos non nisi à tergo, sed Barbarorum uultus tota ea procella impeteret. Propterea quum Timoleontis exercitus non difficulter molestiam eam sustineret, Carthaginienses impedimẽto illo nequaquàm pares, quum & ab eo pariter & ab ingruentibus Græcis grauiter urgerẽtur, in fugam conuersi sunt. Omniq; & peditatu, & equitatu, admixtis etiam curribus, ad flumen sese conijciente, suo ipsorum impulsu conculcabantur: multiq; suorum, gladijs, & telis, confodiebantur. Neq; eiusmodi infortunio, opeulla, resisti posse uidebatur. Alij hostium equitatu instante, quum ad ripam fluminis agminatim confluerent, uulneribus multis à tergo confecti, interficiebãtur. Quamplurimi uerò, citra hostilem offensam, sibi ipsis interitus erant causa, qnum propter metum & pauorem maximum, non tamen flumini se credere audentes, ibi simul coacerυati strue corporum opprimerent. Accedebat, quod

Omen.

Corona isthmiaca ex apio.

Admirabilis prælij casus.

Miserã Carthaginiẽsium clades.



quod ex pluuia, quæ tunc maxima fuerat, flumen uehementissimo aquarum impetu rapiebatur, ut qui enatandi causa se in illud coniecerint, fluctibus sint demersi. Ex tanto quidem Carthaginiẽsium numero, duo millia & quingenti, qui ferme robore, dignitate & fortunis potiores erant in toto exercitu, sacra acie confecta, maxima cum laude manus cõserentes, occubuerunt. Reliquorũ plures decem millibus cæsi sunt capti uerò ad quindecim millia. Currus belici in ipso certamine diffracti multi, ducenti tantum recepti sunt. Iumenta uerò & uehicula cum impedimẽtis milites sibi rapuerunt. Armorum uis magna in flumine est deperdita. Eorum quæ superfuerant, thoraces mille, scuta plus decem millibus ad Timoleontis tabernaculũ comportata sunt: quæ partim dicata in Syracusanis templis fixit, partim socijs, à quibus auxilia habuerat, dono dedit. Aliqua etiam Corinthum, uti in Neptuni templo donarentur, misit. Res omneis pretiosas, quæ sanè multæ inuentæ sunt, quũ argentea & aurea multa pocula aliaq; ornamenta, æstimationis maximæ, Carthaginienses prosua opulentia in castris habuerint, militibus in strenuè nauatæ operæ præmium condonauit. Qui uerò hostes cædi aut captiuitati superfuerant, magna cum difficultate ad Lilybeum se retraxerunt consternati adeò, ut nec ausi sint naues inscẽdere, quòd etiã in ipso mari Libyco ne aduersi aliquid sibi sustinendum esset, uerebantur. Tantæ huius cladis nuncius Carthaginem allatus, mirificè populum eum perterruit. Proponebãt namq; sibi in animo, Timoleõta quamprimùm cum toto exercitu ad se obsidendos transiturum. Idcirco Giscronem Annonis F. qui nunc exulat, ante omnia curarũt, in patriam reuocaretur, eumq; quòd animi ingentis, & bellicæ rei administrandæ scientissimus esset, Imperatorẽ declararunt. Ad hoc neciuium corporibus periclitarentur, uti milites exteri multi maximeq; Græci conducerentur, decreuerunt. Nec dubitabant ob famam pugnæ aduersæ diuulgatam, & opeis Carthaginiensium satis notas, multos adfore, qui ei militiæ darent nomina. Missi etiam sunt in Siciliam legati primores uiri, qui conditionibus, quibuscunq; daretur, pacem cum Timoleonte firmarent.

Spoliorũ elargitio.

Fracti Carthaginiensiũ animi.

## REGNI PHILIPPI ANNVS VIGESIMVS SECVNDVS.

SEQVENTI anno, quo principem Athenienses Lysimachidem habuerunt. Romæ Q. Seruilius, & M. Rutilius cõsules fuerunt, Timoleõ reuersus Syracusas, primùm omnium milites, qui ab se discesserãt Duce Thrasio, urbe, tanquàm desertores expulit. Hi transmiserunt in Italiam, oppidumq; ibi maritimum in Brutijs, & occuparunt & diripuerunt. Qua iniuria Brutij commoti, coactis magnis copijs, contra eos profecti sunt, oppidoq;, in quo erãt, ui potiti, omneis eos truci-

E darunt

*Postumius Pyrata.*

cidarunt. Huiusmodi improbitatis suæ præmium calamitosum sortiti sunt, qui contra Timoleontem defectionem commiserunt. Postumium etiam Tyrannum, qui duodecim prædatoriis nauibus mare nauigantibus infestũ reddebat, quum Syracusas amicitiæ prætextu uisset, Timoleon captum interemit. Accepit humanissimè eodem tempore quinque hominum millia à Corinthijs ad se missa, ut eis habitationem agrosq; adsignaret. His cõfectis, quum legati Carthaginiensium ad eum uenissent, multisq; precibus pro pace obtinenda, usi essent, his conditionibus quod petebant concessit: ut Græcas omneis urbeis liberas relinquerent: Lycusq; fluuius, suæ & illorum prouinciæ terminus medius esset: neue Tyrannis aliquibus Syracusas tentantibus, darent auxilia. Icetam deinde uictum, quum mortem obijsset, sepelíri curauit. Campanos qui Aetnam tenebant, interfecit. Nicodemum Centuripinorum Tyrannum, iniecto terrore, compulit oppressam seruitute urbem relinquere. Appolloniadem qui Agyrinensibus dominabatur, Tyrannidem coëgit deponere: liberatosq; eo modo populos donauit ciuitate Syracusana. In uniuersum autem Tyrannis omnibus, qui in tota insula erant, oppressis, ciuitates iam liberas, societate inita, sibi cõiunxit, & nuncios per omnem Græciam misit, qui Syracusanorum nomine & agros & domos, promitterent omnibus, qui in participatũ Reipu suæ uellent uenire. Propterea Græcis multis ad conditionem oblatam accurrentibus, in Syracusanam ciuitatem noui habitatores adquadraginta millia sunt recepti. In Agyrinensem, quòd ager ibi latissimus, magnaq; esset loci amœnitas, decem millia missa sunt. Post id leges, quas à Diocle conscriptas hactenus Syracusani seruauerant, corrigere aggressus, quæ ad priuatarum rerum cõtractus, & testamenta pertinebant, eas intactas uti erant reliquit. Sed eas, quibus aliquid de Repub. decernebatur, in suum propositum, sicut ei expedire uisum est, transtulit: autoremq; & emendatorem eius legum ordinationis habuit Corinthium Cephalum, uirum & doctrinæ & prudentiæ insignis. Ab hoc legum negocio quum se Timoleon liberasset, Leontinos Syracusas habitatum traduxit, coloniaq; Camarinam deducta, ciuitatem eam ita multum auxit. Omnibus denique Siciliæ locis, pace, quietq; reddita, effecit, breui ut urbes omnes magnum rerum incrementum consequerentur. Quum enim prioribus, nec his paucis, annis per seditiones & bella ciuilia, ad hoc Tyrannorum multitudine semper urgente, urbes habitatoribus uacuæ, agri cultorum negligentia uasti, ut fructuũ domesticorum non multum in eis inueniretur, facti essent, tunc habitantium magno numero inducto, pace; in annos multos firmata, ager iam diligẽter excoli, multosq; & uarij genetis fructus cœpit progignere, quos magno cum emolumento Siculi mercatoribus uenundantes, haud longo temporis interuallo, opeis suas auctiores fecerũt. Ea sanè tempestate ex magna diuitiarũ abundãtia, multæ & ingentes extructiones in hominum memoriam

*Quibus conditionibus pax data Carthaginiensibus.*

*Cephalus.*

*Quæ Timoleon in pace ægerit.*



memoriam confectæ sunt. Veluti Syracusis prope insulam domus, quam lectorum sexaginta cognomento dixerunt, omnia Siciliæ ædificia, & amplitudine & structura elegãti superãs principis Agathoclis opus. Eius molem, Deorum sacris ædibus eminentiorem fuisse, illud ferme indicio est, quòd diuino fulmine, quasi in inuidiam, sit icta. Et ad minorẽ portum, turres sunt, ad parteis eas, ubi inscriptiones uisuntur, è lapidibus exoticis constructæ. Appositus autem ibi est Agathoclis eius rei autoris titulus. Non multo etiam postea à Hierone Rege excitatum est Olympium non procul à foro, & iuxta theatrum sacra ædes, quæ in longum stadij spatio extendebatur, lata atq; ædita pro longitudinis ratione. In urbibus quoque minoribus aliquid factũ est sicuti Agyrinæ, quò ob soli fœcunditatem coloniam deductam esse, paulò antè docuimus. Theatrum, Syracusano excepto, omnium quæ in Sicilia sint, pulcherrimum. Deorum templa curiæ fora, turres ope egregio uisendæ, & monumenta, cum Pyramidibus plurimis, & ingentibus, & accurato artificio maximè æstimandis, extructa fuerunt.

## REGNI PHILIPPI ANNVS VIGESIMVS TERTIVS.

VERVMENIMVERO, quum Athenis Charondas imperaret, Romæq; consulatum inissent L. Aemilius, & Plotius, Macedoniæ rex Philippus, quamplurimis Græciæ ciuitatibus sibi amicitia iunctis, uehementer rei illi studebat, Athenienses uti clade aliqua deprimeret. Itaq; nullo repugnante, totius Græciæ Dux appellaretur. Propterea subitò Elatea occupata, omneis suas copias illuc euocauit, bellum contra Athenienseis moturus. Sperabat autem certissimam uictoriam se cõsequuturum, quòd illos, ob fœdus percussum, imparatos offensurus esset. Idq; planè contigit. Capta siquidem Elatea, noctu quidam Athenas excurrerunt, renunciantes urbem eam captam, quòdq; Philippus cum exercitu in agrum Atheniensem rectà esset uenturus. Ibi rei bellicæ Duces, ex re adeò inopinata ualde consternati, accitos ad se tubicines, per omnia urbis loca dimiserunt: uti tota nocte per signum cunctos commonefacerent. Fama ita per domos quascunq; disseminata præ timore ciuium animi arrecti sunt, quam primum; cœpit lucescere, populus uniuersus in Theatrum conuenit ante, quàm à magistratibus de more accerseretur. Tunc Duces nuncium, qui aduenerat, in concionem produxerunt, réque ab eo exposita, silentium & timor ingens omneis corripuit. Neque eorum, qui ad populum concionari solebant, quispiam aliquid censere audebat, & præcone sæpius admonente, uti quispiam de communi salute ageret, nullus omnino comparebat, qui sententiam suam in medium uellet proferre. In tanta perplexitate, atque

*Magna Ph. expeditio cõtra Ath. et Theb.*

Elatea

omnium trepidatione, totus populus oculos in Demosthenem coniecit, qui
*Demosthenis sententia.* suggestum conscendés, populum, uti bonum animum haberet, adhortatus,
docuit oportere quamprimùm Thebas legatos mitti, qui gentem eam ad
bellum pro Græciæ libertate suscipiendum inducerent. Non enim temporis
angustiæ permittebãt ab alijs Græciæ ciuitatibus auxilia implorare, quum
Philippum intra biduum in Atticam irrupturum esse appareret: cui quum
iter per Bœotiam esset faciundum, Thebanos solos in tanto periculo opis
aliquid aduersus illum afferre posse constabat. Nec illud rursus in dubiũ uer-
tebatur, Philippum, utpote amicum & socium Bœotis in transitu eos tenta
turum, ad ineundum secum bellum contra Athenienses. His rationibus po-
*Demosthenis legatus.* pulus persuasus, Decretum de legatione in uerba Demosthenis scribi iussit.
Sed muneri ei obeundo, uir, qui facundia præstaret quærebatur. Tunc De-
mosthenes, pro communi omniũ commodo, uoluntati populi paruit, sum-
*Iuit, persuasit, redijt.* maq; celeritate iuit, psuasit, & Athenas redijt. Ad eum modum ciuitas, im-
petratis Bœotum auxilijs, quum exercitum suum priorem ad duplum auxis
set, animum & spem resumpsit. Statinq; belli ducibus Charete & Lysicle no-
minatis, milites omneis armis instructos, in Bœotiam iussit contendere. Hi
ætate florentes, & animi promptissimi ad dimicandum, confecto strenuè iti
nere, Chæroneam, quæ est in Bœotia peruenerũt. Tantam Athenicnsium
celeritatem admirati Thebani, & ipsi nihil diligentiæ intermiserunt: arma-
tiq; illis occurrentes, simul castrametati sunt, aduenientem hostem ibi expe
ctantes. Philippus autem initio ad Bœotum concilium legatos miserat, in
*Pytho.* quis maximi nominis erat Pytho, qui eloquentia plurimum ualere existima
batur. Et in petendis auxilijs Demosthení apud Bœotos opponere sese nõ est
ueritus Ibi omnium quidem aliorum præstantissimus, sed inferior longè ap-
paruit ipso Demosthene. Isq; ueluti arduam rem cõfecisset, in orationibus
suis multum gloriatur, de sua contra Pythonem actione, hisce uerbis: Tunc
*Demosthe. uerba.* ego Pythonem audacia se efferẽtem, & flumine quodam uerborum in nos
irruentem non subterfugi. His peractis quum Philippus Bœotum auxilijs se
destitutum uideret, nihilò secius cum utroq; hoste prælio decernere statuit.
Itaq; expectatis, quæ ponè sequebantur, copijs in Bœotiam contendit: cum
peditatu millium plus triginta: equitum haud minus duobus millibus. Erãt
copiæ utrinq; certaminis committendi auidissimæ, nec sensu, alacritate ani-
mi, aut uirtute alteri alteris cedebant. Sed militum numero, & rei militaris
scientia rex multum præualebat: quippe qui multis, uarijsq; rebus belli ge-
stis, inq; his ferme omnibus semper uictor, maximam eorum, quæ in bello
administrando usui esse solent, experientiam haberet. Athenienſium rursus,
qui optimi existimabantur, duces mortem tunc obierant: Iphicrates, Cabri-
as, & Timotheus, & eorum qui superant, Princeps Chares uel consilio dan-
do, uel negocijs obeundis, in officio imperatoris, nihilò uulgari, aut plebeio

cuipiam



cuipiam uiro præstabat. Ad primum autem lucis ortum, acies instrui cœpe
runt, rexq; Alexandrum filium, ætate iam puberem, uirtutis & promptitudi
nis in rebus agendis manifestissimæ, alteri cornui præfecit, adiunctis ei duci-
bus, quos meliores in exercitu habebat. Ipse autẽ electos milites secũ habens,
partem alterã exercitus regendã accepit: omnibus, quæ ubiq; disponẽda es-
sent, cõmodissimè, pro temporis ratione ab se præparatis. Athenienses ex ad-
uerso acies secundũ gentium diuersitatẽ partiti, Bœotis partẽ unam attribu
erunt, reliquæ administrationẽ sibi retinuerũt. Itaq; manus ad multũ tem-
poris acerrimè cõserentes, & plurimis utrinq; cadentibus, aliquãdiu pugna
ipsa ancipite uictoriæ spem habuit, donec Alexander summo ardens studio, *Virtus Alexãdri in Chæronensi pugna.*
specimen aliquod uirtutis suæ patri ædendi, eo desyderio præter modũ eum
urgente, quũ etiam fortissimos bellatores propè adiutãteis haberet, primus
facto impetu hostiũ aciem perrupit: multisq; interfectis, quicũq; sibi erant
obuij, eos grauissimè premebat. Idem ijs qui cũ eo erant, facientibus, omneis
hostiũ ordines ibi turbati sunt. Iam uerò ingenti cadauerũ strue facta, prima *Philip. victoria.*
Alexandri acies urgendo, hosteis pedem coẽgit referre. Rex itidem ipse ante
omneis periculis se offerens filio uictoriæ partæ, titulũ nequaq̃ concessurus,
initio impressione facta, hostem è loco deturbauit: tandemq; eodẽ in fugam
cõpulso, uictoriæ autorẽ se fuisse ostendit. In eo prælio Athenienses plures mil
le cæsi, & duo millia capta sunt. Bœotũ pariter multi interempti, nec paucio-
res in captiuitatẽ uenerunt. Philippus certamine finito, Trophæũ excitauit:
defunctorũ corpora sepulturæ mandauit: Deis, in uictoriæ concessæ gratiã,
sacrificia fieri curauit: eos, qui strenuè pugnauerãt pro cuiusq; merito hono
rauit. Traditũ est à quibusdã Philippũ, peracta liberali potatione, multo re-
pletũ mero cum amicis saltationẽ iocosam ex uictoriæ gaudio iniuisse, atq;
ita per mediã captiuorũ turbam, pgressum, cõtumelioſius uinctis illis calami
tatem, quam patiebant, exprobrasse: tunc̃q; oratorẽ Demadẽ, qui eo tẽpore
in custodijs erat, sibi, quin loquendi audacia uteret, non tẽperasse, uerbumq;
ad regis petulantiã retundendã accõmodatissimũ protulisse. Id autẽ (ut aiũt)
dixit, Quũ ô Rex fortuna Agamẽnonis psonam tibi adposuerit non ne pudo *Acerrimum Sconma.*
re afficeris, Therſitæ actiones referens? Ea hominis dicacitate pulsatus Phi
lippus, adeò sese immutasse fertur, ut totũ priorẽ animi habitũ reliquerit, co-
ronis abiectis, alioq; saltationis ornatu, qui totus in uictos erat contumelio-
sus, contrito. Virũ autẽ, qui tam audacter secũ loqui ueritus non fuerat, mul
tum admiratus, à captiuitate eũ liberauerit, honorificeq; tractauerit. Tan- *Gratia Attica.*
dem gratia illa Attica per Demadem mitigatus Philippus, captiuos omneis
citra redẽptionẽ dimisit, prorsusq; inflatos illos ex uictoria spiritus deponẽs, *Philippi clemẽtia in hoſteis.*
legatos ad populũ Athenienſem misit, per quos cum ea Repub. societatẽ &
amicitiã iniuit. Thebis etiam quum præsidiũ imposuisset, eo deducto pacem
& genti illi concessit, Athenienſes uerò, post tantã cladem acceptã, Lysiclem,

Lycurgus. qui in co prælio dux fuerat, capite damnauerũt, deferente eũ oratore Lycurgo, qui ea tempestate inter alios oratores maximæ erat æstimationis, & annos duodecim cum magna laude, Reipub. uectigalia administrauerat, totumq; uitæ cursum uirtutibus omnibus celebratũ traduxerat, acusator acerbissimus in dicendo. Eius sanè orationũ dignitatẽ & amaritudinẽ poterit aliquis coniicere ex illis quæ in Lysiclis accusatione dixit. Quum O Lysicles in bello prætor fueris, & ciuiũ tuorũ mille occubuerint, duo millia incaptiuitatem uenerint, trophæum, in huius urbis dedecus, erectum, Græciæ uniuersæ seruitutis iugum impositum sit, hæcq; omnia, te duce, te belli administratore contigerint, audes uiuere, & Solis huius lumẽ intueri, atq; pudoris & probri patriæ tuæ monimentum, in forum prodire? Ea autem tempestate res utiq; rara euenit. Quando enim ad Chæroneam conflictum est, eadem die & hora in Italia certamen aliud est commissum, inter Lucanos & Tarentinos, quo in prælio Archidamus Lacedæmoniorum rex, pro Tarentinis pugnans, interemptus est. Circa id tẽporis Timotheus Heracleæ Ponti Tyrannus, mortem obijt: principatus sui anno decimo quarto. Successit ei filius Dionysius, qui ibi dominatus est annos duos & triginta.

Vehementißima uerba.

Res rara.

Timotheus.

## REGNI PHILIPPI ANNVS VIGESIMVS QVARTVS.

IAM uerò Athenis imperante Phrynicho, & Romæ consulibus T. Manlio Torquato, & P. Decio, Philippus ex uictoria Chæronensi, quum spiritus maiores haberet, uideretq; clarissimas urbeis ab se cõsternatas esse, laborabat toto animo, uti totius Græciæ Dux deligeretur. Eiusmodiq; sermones passim iactabat, se uelle bellum pro Græcis contra Persas suscipere, quorum impia facinora in res sacras ulcisci deliberaret. Per quæ beneuolos maximè Græcos sibi reddebat, humanè super id, ac liberaliter eos omneis publicè & priuatim tractans. Tandem ciuitatibus Græciæ denũciauit, aliqua se cupere de communi omnium commodo consultare. Itaq; Corinthi conuentus habitus est. In quo multum de bello contra Persas loquutus, spemq; bonam eius rei faciẽs animos eorum, qui conuenerant, ad negocium cõprobandum induxit. Nouissimeq; à Græcis omnibus Dux, & potestatis summæ Imperator appellatus, apparatũ magnũ inire cœpit copiarum, quæ contra Persas ducendæ essent. Imperato igitur ciuitati cuiuis militum numero, quem dare deberet ad bellum Persicũ, in Macedoniam reuersus est. Et ea quidem à Philippo curabãtur. In Sicilia autẽ Corinthius Timoleon, quũ res omneis Syracusanorum & Siculorum bene disposuisset, diem suum obijt anno octauo imperij. Eum Syracusani, ob egregias uirtutes, & ingentia beneficia, maximè diligẽtes, cum summo honore sepeliuerũt. Quũq; iam cadauer efferri inciperet, coacta ibi magna hominum

Philip. Græciæ imperator

Timoleõtis mors.



num multitudine, promulgatũ est Syracusani populi decretum, quo singulis annis, in omne tempus, Timoleontis memoriã, musico, equestri, & gymnico certamine honorari iubebat. Tunc autẽ minarum ducentarũ summam in funus cõstituebat, quòd Barbaros in Sicilia debellasset, maximas Græcas urbeis habitantiũ frequentia repleuisset libertatẽq; Siculis reddidisset. Per ea tẽpora mortuus est Rex Ariobarzanes, qui annos uiginti sex regnauerat. In Regnũ successit Mithridates, qd annis quinq; & triginta tenuit. Et Romani, iunctis cũ Latinis & Campanis prælio ad urbem Suessam uictores fuerunt. Victis partem agri ademerunt. Manlius, qui ei pugnæ consul præfuerat, triumphauit.

Decretũ Syracusanorũ pro Timoleonte.

## REGNI PHILIPPI ANNVS VIGESIMVS QVINTVS.

SEQVENTI anno, quo Pythodorus Athenis princeps, & Romæ Q. Publius, & Tib. Aemilius Mamercus cõsules fuerũt, Olympias undecima supra centesimam acta est, fuitq; uictor in stadio Cleomãtis Clitorius. Tunc Philippus assumpto Græcorum imperio, uti bellum contra Persas iniret, Attalum & Parmenionẽ cum parte copiarum in Asiam præmisit: de mandata eis Græcarum urbium libe ratione. Ipse autem cupiens, secundũ Deorum assensum, tanto bello manum imponere, Pythiam num Persarum Regem sibi uincere daretur, consuluit. Ea huiusmodi Oraculum reddidit:

Oraculum.

Ecce coronatum est, qui Taurum mactet ad aras.

Anceps hoc dictum Philippus in rem suam interpretatus est, uelut ab Oraculo prædiceretur, Persam uictimæ instar mactatum iri. Sed res secus se habebat, contrariumq; significabatur. Philippum scilicet in hominũ conuentu, inter ipsa Deorum sacrificia, uti coronatũ taurum, interfici debere. Lætus proinde agebat Philippus Deos sibi auxiliareis, ad Asiam inseruitutẽ Macedoniæ trahendam, fore existimãs. Subito igitur ampla sacrificia in Deorum honorem peregit, & Cleopatræ ex Olympiade uxore filiæ, Alexandro Epirotarum regi Olympiadis fratri desponsatæ, nuptias celebrare instituit. Vtque plures ex tota Græcia ad genialem epulum conuenirent, magnificentissima certamina, musica, & conuiuia, ad amicos, & hospites accipiendos, lautissima facere deliberauit. Inuitauit ad hæc, ex omnibus Græciæ locis, hospites suos, admonuitq; amicos, qui penes se erant, uti pariter & ipsi acciret, quos iure hospitij notos habebant, quamplurimos. Maximè enim studebat, humanitatem suam Græcis testatam esse atque ex beneficio traditi imperij, benigna saltem oratione, gratias eis rependere. Ex omnibus igitur locis ingenti hominũ turba confluente, & Aegis Macedoniæ urbe nuptijs & certaminibus celebratis, non tantũ singuli clariores uiri, coronis au-

reis Philippum honorarũt, sed & insigniũ ciuitatum cõplures idem fecerunt. Inquis fuit & ipsorũ Atheniẽsium. Eam coronã quum præco publicè uerbis cõmendaret, inter alia dixit: Si quispiã Philippi uitæ insidiatus, Athenas serè ceperit, eũ statim ad pœnã deditum iri. Per famam eam, ultro diuina prouidentia erumpentẽ, uisus est Deus imminẽs tunc Philippo periculũ significare. Accesserũt & aliæ ueluti diuinitus æditæ uoces, obitum Philippo denuntiantes. In Regio siquidẽ conuiuio Neoptolemus resonãti uoce, & magni nominis tragœdus, Philippo ei iniungẽte, poëma aliquod pridem compositũ recitaret, quod ad expeditionẽ contra Persas accõmodari uideret, existimãs huiusmodi rei aptum se inuenisse, ut Philippi susceptũ negociũ laudaret, & Persarũ Regis fortunas maximas eleuaret, quæ licet magnæ & celebres essent, nihilominus in pessum ruere casu aliquo possent, tale exorsus est carmen.

*Præsagium.*

*Neoptolemus tragœdus.*

Vos qui ætheris summum, patenteis latius
Agros, domorum & celsa culmina nimio
Inuaditis studio, temerè uitæ datum
Cursum tenentes, nunc sapere par est. Iter
Hic ecce nunc apprendit ignotum sibi.
Spes nanq; longas amputans luctu grauis,
Extrema de improuiso adest mortis dies.

Addidit & alia, quæ ad eandẽ sententiã omnia tendebãt. Verũ Philippus multum inde oblectatus, in audiẽdis his, quæ recitabantur totus erat, omnẽ suã cogitationẽ ad interitũ Persarum Regis cõuersam habẽs. Recordabatur simul Oraculi à Pythia reddíti, quod ab his, quæ canebant, haud uidebat dissentire. Tandẽ finito conuiuio, & insequentẽ diẽ certaminis initio dilato, turba maxima, durante adhuc nocte, in theatrũ conuenit. Sed prima luce pompa duci cœpta est, in qua, sup maximũ alium apparatũ, duodecim Deorum simulachra inuecta sunt artificio, & ingentibus diuitijs, mirificè exornata. Cum his & tertium decimũ ipsius Philippi signũ diuino habitu gestatũ est. Qua in re dignitate parem duodecim Deis Rex ostendere se uoluit. Pleno igitur theatro, ipse candidatus prodiuit, speculatoribus suis, ut se iunctim, & longè abs eueniret, monitis. Per hoc enim omnibus significabat, Græcorũ cõmuni benecuolentia sibi munito, haud esse opus corporis defensoribus. Tanto eminentẽ fastigio, ab omnibusq; & laudatũ & beatissimũ iudicatum, præter omniũ opinionẽ, nullis prius apparens indicijs, insidiarũ conatus simulq; ipsa mors oppressit, cuius rei narratio uti aptius cognoscat, altius paulò insidiarũ eiusmodi causam explicabimus. Pausanias erat quispiã genere Macedo, eius gẽtis, quæ Orestis nuncupat, adlectus inter eos, quibus regij corporis tuendi officium incumbit, Philippo, ob formæ elegantiã, charus ualde. Hic, quũ alterũ Pausaniam sibi cognominem, à Rege amari animaduerteret, probrosis conuitijs eum grauiter insectatus est, ancipitis sexus hominem appellans: quòd

*Phi. Dijs parẽ se ostendit.*

*Insidiæ aduersus Philippũ.*

amantium



amantium libidini se exponeret. Is cõtumelioſa maledicta iniquissimo animo ferens, rem pro tempore silentio continuit. Attalo autem uni examicis, quid deinceps fieri deberet, quum indicasset, ultro, & miro modo uita se abdicauit. Post paucos enim dies Philippo prælium contra Pleuriam Illyrici regem ineunte, hic ante suum Regem consistens, quæcunq; in eum tela mitterentur suo corpore excipiens, mortẽ ita obijt. Qua re diuulgata, Attalus inter aulicos & potentiores uiros multum pollens apud Regẽ, inuitauit Pausaniam ad cõuiuium. Ibi mero multo eum oneratũ, mulionibus, qui per contumeliam corpus temulentum stuprarent, tradidit. Illecum ex ebrietate conualuisset, agerrimè illatam iniuriam ferens, Attalum apud Philippum detulit, qui multum quidem ex rei turpitudine est motus sed Attalo ob magnam familiaritatem, & quòd eius opera tunc uteretur, ut noceret induci haud potuit. Erat etiam Attalus, ob Cleopatram proximè à Rege in matrimonium acceptam, arctissima ei iunctus cognatione Copiarumq; in Asiam præmissarum, Dux fuerat delectus: uir in rebus bellicis egregiæ fortitudinis. Idcirco Rex potius, uti Pausaniæ animũ, iustissimo dolore incensum mulceret, intendit, datisq; ei magnis muneribus, loco insuper honestiori inter corporis sui defensores honorauit. Sed ille implacabili ardens ira, decreuit nõ tantum de eo, qui sibi iniuriam fecisset, sed & qui ulcisci noluisset, pœnam summere. Confirmauit maximè hanc eius deliberationẽ Hermocrates Sophista, quẽ quũ Pausanias frequẽtaret, semel in diatriba pcunctatus est, quanam uia aliquis clarissimi nominis posset euadere. Respondit Sophista, si uirũ, qui res maximas gesserit, interficiat: dum enim illius mẽtio habeat eius etiã, à quo interfectus sit, meminisse oportere. Sermonẽ eiusmodi Pausanias iræ, quã coquebat, adduxit in subsidiũ. Neq; sententiæ acceptæ dilationẽ aliquã interponens, in ipsis certaminibus uim Philippo inferre tali modo instituit. Parauit equos ad portas urbis, dein ad theatri aditũ se recepit, cum gallico gladio, quẽ occultũ tenebat. Ibi Philippũ amicos, qui ponè sequabantur, inuitantẽ, ut in theatrũ, pgrederentur, speculatoribus procul amotis, quũ solum relictũ uideret, ad eũ cucurrit, perq; latera uulnere adacto, mortuũ eũ, pstrauit, ad portasq;, ubi fugæ equi parati erãt, ppere cõtendit. Satim uerò qui pro rege soliti erant excubare, partim ad regiũ corpus festinarũt, partim se ad Regis pcussorẽ insequendũ effuderũt. Sed Pausanias prægressus equo insidẽs, facilè insequentes euasisset, nisi intercurrendum, uitæ quadam hærente ad calceum, retentus decidisset. Ibi eum conantem de terra surgere, qui erant cum Perdicca, inuadentes confoderunt. Philippus itaq; Regum omniũ, qui suo tempore in Europa fuerint, maximus, qui ũc, imperij sui amplitudine, duodecim Dijs parem se adnumerare ausus est, talem uitæ exitum habuit, cum annos quatuor supra uiginti regnasset. Cognitum planè est, Regem hunc tenuibus fauentis fortunæ adiumentis in principatu comparando usum, amplissimum

*Hermocrates.*

*Quomodo clarus aliquis fieri posſit.*

*Philippi mors*

*Pausaniæ mors.*

amplissimum illum etiam inter, Græcos stabilisse, atq; in eo augendo non tam armis & fortitudine, quàm sermone comi, & benignitate in excipiendo summa profecisse. Fama etiam est, Philippum ipsum ex prudentia & astu imperatorio, neque minus ex successu, quem in conciliandis hominibus habuisset, magis multò, quàm ex copiarum & auxiliorum uiribus gloriari solitum. Quòd rerum bene in præliis gestarum laus sibi cum his, qui secum militassent, communis esset: sed eorum, quæ orationis comitate rectè trãsegisset, titulum sibi uni retineret. Nos autem quum ad Philippi obitum uenerimus, librum hunc, uelut in principio indicauimus, eius rebus proprium adscribi uolumus. Sequẽtis uerò initium ab Alexandri successione in paternum Regnũ facturi. omneis eius gestas res libro uno complecti conabimur.

EXPLICIT LIBER DIODORI SICVLI DE GESTIS PHILIPPI, REGIS MACEDONIAE.

DIODORI



# DIODORI SICVLI
## SCRIPTORIS GRAECI LIBER DE REBVS GESTIS ALEXANDRI MAGNI, ANGELO COSPO INTERPRETE.

SVPERIORI LIBRO, QVI TOTIVS nostri operis sextus decimus est, principium ab inita Philippi Amyntæ F. Regni administratione fecimus, comprehendimusq; in eo ipsius Philippi ad obitum usq;, pariter & Regum, Ciuitatum, Gentiumq; aliarum res gestas, quotquot uiginti quatuor annis, quibus ille regnauit, contigerunt. In hoc uerò materiam continentem tractaturi, ab Alexandri Regno incipiemus, quæ ab eo principe, quo adiuuante, gesta sint, simulq; eadem tempestate, quæ in alijs orbis terræ celebrioribus locis sint facta, colligentes. Ita enim præcipuè arbitramur res memoria facilè retineri, quando per sua ueluti capita dispositæ, finem principio adnexum habent. Sed enim Rex Alexander, magna breui temporis spatio confecit, suaq; uirtute, & prudentia Reges omneis, quorum per cuncta secula mentio habeatur, operum suorum magnitudini imparcis esse demonstrauit, qui andóquidem intra annum duodecimum non paruam Europæ partem, Asiam uerò ferme totam consequutus, celeberrimum nomẽ suum reddidit: ut ueteribus illis, qui Heroës, aut Semidei nominati sunt, se prorsus exæquauerit. Verũ nobis haud est opus in præfatione quidpiam eorũ, quæ à Rege laudabiliter facta sunt, præripere, quum ea suis locis singillatim patefacta, amplissimam Principis gloriam planè sint indicatura. Alexander sanè paterno genere Herculem, materno Aeacidas contingebat. Visusq; est, & naturã, & uirtutem, maiorum suorum ueluti hereditariam, sibiq; ingenitam retinere. Sed iam temporarebus, quas scribendas sumimus, cohærentia proponentes, ad ipsam historiam explicandam conuertemur.

*Memoriæ auxilia.*

*Alexandri excellentia.*

*Alexandri origo.*

REGNI

# REGNI ALEXANDRI MAGNI ANNVS PRIMVS

QVVM Euænetus Athenis imperaret, Romæq; L. Furius, & C. Manlius consl. essent, Alexander accepto patris defuncti regno, primò omnium, qui eius mortis causa fuerant, grauibus pœnis affecit. Deinsepulturæ eiusdem maximam impendit diligentiam. Principatum uerò multò melius, quàm quispiam existimasset, confirmauit. Iuuenis enim, atq; ob ætatem adhuc teneram ab aliquibus cõtemptui habitus, uulgus ipsum humanissimis sermonibus in sui beneuolentiam conciliabat. Regis nomen duntaxat immutatum dicens, cæterum omnia haud deterius, ac sub parente solebant, absse administratum iri. Legationes etiam benignè excipiens hortabatur Græcos, ut in amicitia quam cum Philippo patre habuerant perfisterent. Militibus armorum uim magnã distribuens, & bellicis meditationibus eos exercens, cunctũ exercitũ sibi obsequentem ualde reddidit. Quunq; regno suo aduersum, & nouarum rerum cupidum Attalum Cleopatræ, quæ Philippo nupserat, fratrem cognosceret, eũ de medio tollere deliberauit. Etenim Philippo paucis diebus ante, quàm decederet, natus erat ex Cleopatra filius. Ipse autem Attalus cum Parmenione copijs præfectus, in Asiam missus fuerat, ibiq; quum & beneficijs, & blando sermone, militum fauorem captaret, magnam in toto exercitu sui charitem effecerat. Proinde non sine causa Alexander, ne is aliquid contra se moliretur, inita cum Græcis, quos sibi aduersos nouerat, societate, uerebat. Propterea ex amicorum numero Hecatæum delegit, quem in Asiam cum iusto exercitu misit: dato ei negocio, ut uiuum maximè, si posset, ad se Attalum ducat. Sin parum id procedat quàm primùm per insidias eum interficiat. Ille profectus in Asiam, Attali & Parmenionis exercitui suum iunxit, cœpitq; opportunum tempus patrandæ rei ordinatæ obseruare. Alexander autem, quum resciuisset multas Græciæ ciuitates rebus nouis studere, solicitudine magna erat implicatus. Athenienses enim, quum Demosthenes frequenter ad populum contra Macedonas uerba habuisset, Philippi morte multum lætati, non amplius Græciæ Imperium Macedoni cuipiam concedi uolebant. Præter hæc, missis ad Attalum legatis, societatem cum eo clàm inuenerant, aliasq; ciuitates ad libertatem uendicandam incitabant. Aetoli Acarnanum exules qui sub Philippo solum uertere fuerant coacti, in patriam reducere decreuerant. Ambracienses autore Aristarcho præsidium à Philippo sibi impositum eiecerunt, urbemq; ad gubernationẽ popularem traduxerunt. Pariter & Thebani regium præsidium Cadmea pellere, ne ùe amplius Græcorum Imperium penes Macedonas esset, decreuerunt. Arcades, qui soli prius Philippo assentiri noluerant, nec Alexandrum Imperatorẽ diligendum tunc censebant.

*Comes prudentia Alex.*

*Attalus.*

*Hecatæus.*

*Motus Græciæ cõtra Alexandrum.*



censebant. Aliæ Peloponesi gentes, uti Argiui, Elei, Lacedæmonij aliiq; ue quidam pro libertate retinenda consurrexerant. Barbaræ etiam nationes non paucæ ultra Macedoniam, commissa defectione, graues tumultus excitauerant. Sed licet negocium, & trepidatio maxima regno Macedoniæ ex tantis motibus imminere uideretur, ipse tamẽ Alexander in iuuenili ætate, præter omnium opinionem, breui temporis spacio, eas omneis difficultates expediuit, illorumq; aliquos comi & blanda oratione demulctos, sibi conciliauit. Quosdam terrore iniecto, ad officium reuocauit. Nonnullos per uim sibi parere compulit. Thessalos præ omnibus, cõmemorata ueteri cognatione, quæ sibi cum illis per Herculẽ esset, sermonibusq; humanissimis, uti magna ab se sperarẽt, persuasos induxit, cõmuni totius Thessaliæ decreto ipsum Græciæ Ducem ut adsumerent. Conterminas itidem eis genteis quum in parteis suas traxisset, supatis Thermopylis, ad illas transgressus, coactis Amphictionibus, fecit, uti cunctis eorum suffragijs Græciæ Dux decerneretur. Cum Ambracienses per legatos humanissimè egit, data eis spe propediem uel o libertatẽ ab se concessum iri. Sed ut eis, qui contra se peruicaces essent, terroris aliquid incuteret, Macedonicum exercitum instructissimũ magnis itineribus in Bœotiam duxit: positisq; prope Cadmeam castris, Thebanos magna effecit trepidatione. Tunc Athenienses, audito Regis transitu in Bœotiam, non amplius eum nihili facere ausi sunt. Tanta enim in iuuene celeritas, atq; in rebus agendis efficax diligentia, omneis, qui per contemptum ab eo erant alienati, perterrefecit. Igitur Athenienses de cõportandis in urbem rebus deq; mœnibus bene firmandis decretum fecerunt, simulq; legatos ad Alexandrum miserunt, deprecantes, quòd in eo Duce nominando tardiores fuissent. In ea legatione quum esset Demosthenes, ad Alexandrum cum cæteris legatis nõ peruenit: sed à Cythærone Athenas reuersus est: siue correptus timore, quòd frequenter in sua repub. cõtra Macedonas uerba fecisset: siue ut Regi Persarum se omnis suspicionis immunem seruaret. Magnam enim pecuniam ab illo cum accepisse fama erat, uti Macedonum causam apud ciueis suos oppugnaret quod ab Aeschine exprobratum ei esse aiunt, quum in oratione quadam de muneribus acceptis, ita dicat: In præsens sanè Regium aurum sumptus huic suppeditat. Sed hoc deinceps haud sufficiet, quum nullæ opes moribus improbis satis esse possint. Alexander autem benignè Athenienses legatis respondens, magno metu eam rempu. liberauit, accersitisq; Corynthum & legationibus, & ijs, qui essent concilij Amphictyonum, postq; conuenerunt, differens ibi oratione, quæ æquissima usa est, persuasit eis, ut decreto Imperatorem Græciæ se esse iuberent, uti ùe expeditionem contra Persas, pro eorum ultione, quæ in Græcos commississent, auxilijs iuuarent. Quo honore impetrato, cum suis copijs in Macedoniam rediit. Sed Græciæ rebus tractatis ad ea quæ in Asia gerebantur, transitum faciemus. Ibi auditu Philippi morte, Attalus nouis rebus animum intendit, cõtraq; Alexandrum

*Dux Græciæ Alexander.*

*Demosthenis timiditas.*

*Nullæ opes improbis satis sunt.*

*Imperator Alexander.*

fœdus cum Athenienſibus firmauit. Poſtmodũ pœnitentia ductus, Demoſthenis epiſtolam adſe miſſam, Alexandro deferendã dedit, uerbiſq; blandis obiecta ſibi crimina diluere conatus eſt. Verũ cum regio iuſſu Hecatæus per inſidias eũ oppreſſiſſet, Aſiaticus Macedonũ exercitus, non ulteriusrebellare cogitauit: quippe Attalo extincto, & Parmenione erga Alexandrũ bene affecto. Nos uerò, de Perſarũ imperio mentionẽ habituros, ſuperiora hiſtoriæ tempora aliquantulum repetere, operæpretium uidetur. Quum Rex Philippus adhuc uiueret, Perſis Ochus impabat: populis ſuis ob mores truces & ſanguinarios parũ acceptus. Itaq; eum multis ex ſua aſperitate odioſum Bagoas, militum mille præfectus, ſpado quidem, ſed tamen natura & ſceleſtus & bellicis rebus tractandis idoneus per medicũ quendam, data potione medicata, interemit. Filiumq; Regis iuniorem, Arſen nomine, in Regnum intruſit, eius fratribus, qui omnes iuuenes erant, ſublatis è medio: quo Rex ſolus relictus ſibi obſequentior eſſet. Iam uerò adoleſcente Rege animũ ad patrata ſcelera adijciente, quum palàm eſſet, de tot flagitiorum autore pœnas eum ſumpturũ eſſe, Bagoas inſidias ſibi intentatas eſſe, in uulgus iaciens, Arſen, qui iam annum tertium regnabat, cum omni prole extinguit. Ita domo regia in ſolitudinem redacta, quum nullus eius gentis ſupereſſet, cui regnum per ſucceſſionẽ deberetur, delegit eunuchus unum ex amicis, cui Dareo erat nomen, eumq; Regem fieri curauit. Erat autem Dareus Arſani, qui Ocho Perſarum regi frater fuerat, filius. Sed Bagoæ caſus quiſpiam ſingularis, & memoratu dignus contigit. Quum enim in conſuetudinem parricidia committendi ueniſſet, Dareum etiam ueneno interimere aggreſſus erat. Verum dolo cognito, Rex comiter adſe Bagoam inuitat, poculumq; in ſe paratum eiporrigens, uti uenenum ebiberet, coẽgit. Exiſtimatus autẽ eſt Dareus regiæ dignitati ſuſtinendæ idoneus eſſe, quòd Perſis omnibus uirtute præſtare crederetur propter huiuſmodi facinus. Quum Artaxerxes antea Rex Perſarum, contra Caduſios bellum ſuſcepiſſet, ibi quodam è numero hoſtium, cuius robur & animi conſtantia in orco omnium erat, inuitante ad certamen ſingulare Perſarum aliquem, quum nullus progredi auderet ſolus Dareus periculoſe obtulit: aduerſariumq; uictum interfecit. Qua ex re munera ingentia è Rege, & à Perſis omnibus exiſtimationem eam retulit, ut ſibi fortitudinis quædam prærogatiua tribueretur. Principatum itaq;, quem ſtrenuè ſe gerendo meruiſſe uiſus eſt, per ea ferme tempora Dareus accepit, quibus Philippo mortuo, Alexander in Macedoniæ regnum ſucceſſit. Quunq; fortuna talem uirum Alexandri uirtutibus aduerſarium oppoſuerit, euenit, uti plura & aſpera certamina de laudis principatu inter eos cõmitterentur, quæ omnia, rebus ſuo ordine explicatis, innoteſcẽt. Interim ad narrationis ſeriem redibimus. Dareus, quum ante Philippi obitum Rex eſſet factus, cogitabat de bello in Macedoniam transferendo. ſed illius morte audita, omni cura liberatus eſt, quòd Alexandri adoleſcentiam non magni æſtimandam iudicaret.

Attali mors.

Status Perſarum.

Ochi mors.

Bagoæ ingenium.

Arſes.

Dareus.

Res memorandæ.

Darei fortitudo.

Verum



Verum poſtquàm magna in agendis rebus induſtria, neq; minor celeritas Alexandri effecit, uti à Græcis omnibus Dux decerneretur, ianq; iuuenis Alexandri uirtus paſſim prædicabatur, Dareus ex iis, quæ fieri uidebat, attentior factus, magnam diligentiam exercitui comparando cœpit adhibere. Triremeis multas inſtruxit. Magnam militum multitudinẽ coẽgit, ducesq;, quos penes ſemeliores habebat, delegit. In quis fuit Rhodius Memnon uirtute, & rei militaris ſcientia præſtantiſſimus. Huic rex millia quinq; mercennariorũ militum dedit, iniunxitq;, ut ad Cyzicum oppugnandam contenderet, num ũe eius potiri poſſet, periclitaretẽ. Memnon cum ea manu profectus eſt per Idam, quem montem nonnulli fabulantur ab Ida Meliſſei appellationẽ eam ſortitum eſſe. Eſt ſanè omnium, qui circa Helleſpontum ſint montes, altiſſimus, habetq; adſui medium, uelutí Deis accipiendis extructum, antrum ubi trium Dearum iudicium ab Alexandro factum eſſe prædicant. In hoc tractu Dactyli Idæi, qui primi ferrum excudere cœperunt, eam artem à Deorum matre docti, nati eſſe creduntur. Sed enim rariſſimum, ſupraq; omniũ opinionem eſt, quod monti huic uſu uenit. Circa exortum Canis in ſummo eius uertice aër tranquilliſſimus circunquaq; efficit, ne ea pars flatum aliquẽ uentorum ſentiat Ibi, nocte etiamnum durante, Sol radios ſuos emittens conſpicitur: non quidem ut circularis illius forma, ſed potius ut fulgor latè in partes multas ab eo diffuſus appareat: uelut ſi multus ignis terræ horizonta corripuerit. Pòſt paulò totus ille ſplendor in unam magnitudinem coarctatur, donec dimidiati ſtadij ſpatium conficiat: tunc̃q; die adueniente, iam plena integraq; Solis amplitudo, dici lucem inducit. Superato igitur monte hoc, Memnon ſubitò in Cyzicon urbem inuadit, parumq; abfuit, quin eam caperet. Ea ſpe deiectus, agris uaſtatis, ingentem prædam acquiſiuit. Interea Parmenio urbem Grynium ui occupauit, captiuoſq; multos fecit. Pitanen etiã oppugnare cœperat, ſed Memnone ſuperueniente, Macedones perterriti ab incepto deſtiterunt. Callas autem qui Macedonico, & mercennario militi in Troade præerat, conſeruit manus cum Perſis: numero militum ſe longè ſuperioribus, uictuſq; in Rœteum ſe retraxit. Dum hæc in Aſia gererentur, Alexander ſedatis motibus, qui in Græcia erãt exorti, cõtendit in Thraciam. Ibi populos, qui tumultum fecerant, terrore iniecto, compulit, uti in fide manerẽt. Progreſſus déinde in Pœoniam, Illyricum locaq; iis finitima, deuictis gentibus aliquot Barbaricis, quæ rebellauerant, totum eum tractum ſibi obſequẽtem reddidit. Hæc ei agenti ſuperueniunt nuncij, multos in Græcia res nouas moliri, ciuitatesq; non paucas, & præ omnibus Thebanos ab eo defeciſſe. Qua re motus Alexander in Macedoniã eſt reuerſus, ut factum in Græciæ tumultum reprimeret. Thebanis autem conantibus præſidium Cadmea depellere, ipſamq; arcem obſidentibus, Rex cum exercitu magnis itineribus profectus, non longè à Thebis cum omnibus copijs cõſedit. Sed priùs, quàm id accideret, Thebani prælatis foſſis, & munitiſſimo uallo Cadmeam cinxerant:

Memnon.

Mira de mõte Ida.

Dactyli Idæi.

Alexandri expeditio contra Thebanos.

cinxerant: ut nec auxilia, neq; cõmeatus intrò comportari possent. Miserãtq; ad Arcadas, Argiuos & Eleos qui auxilia ab eis peterẽt. Quunq; etiam Athenas, ad idem petendum quosdam legassent, à Demosthene magnam uim armorum gratuitò acceperunt, quibus inermes eis milites instruxerunt. Eorum autem, à quibus subsidia Thebani implorauerãt, Peloponnesiaci copias aliquas ad Isthmum miserunt, quæ ibi Regis aduentum, cuius expectatio erat, morarentur. Athenienses decretum quidem fecerant, suadente Demosthene, uti auxilia Thebanis darent: sed nullos adhuc miserant, expectantes quam in partem belli illius fortuna flecteretur. Philotas uerò præfectus præfidij, quod erat Cadmeæ, cernens magnum Thebanorum apparatum ad oppugnationem ineũdam, mœnia diligentissimè communiuerat: telorumq; omne genus multitudinem magnam comparauerat. Verum postquàm Alexander præter opinionem ex Thracia cum toto exercitu aduenit, incertũq; erat, an auxilia aduentura essent, ac hostium ualidissimæ uires palàm conspiciebantur, Thebani Duces de belli ratione consultare cœperunt: omnibusq; est placitum, uti pro libertate retinenda decertarent. Idq; ipsum uulgi turba comprobante, sese magna promptitudine ad belli discrimen subeundum expediebant. Sed Rex suos continuit, quo illi moram pœnitendi talis consilij haberent: nullo pacto existimans ciuitatem unam contra tantas copias dimicare audere. Habebat enim Alexander peditum ultra millia triginta, equites q; ad tria millia: omneis in bellicis laboribus exercitatissimos, qui ũe sub Philippo patre stipendia fecerant, atque in nullis ferme prælijs uicti discesserant. Quorum uirtuti & audaciæ confisus Alexander, expeditionem contra Persarum Imperium susceperat. Sanéque, si Thebani, temporum fortunæ cedentes, legatos de pace ad Macedonas misissent, libentissimè Alexander eorum postulatis annuisset: omniaq; rogatus concessisset, quòd mirificè studebat, Græciæ rebus compositis, intactum bellum in Persas transferre. Sed cum se à Thebanis contemptui haberi existimaret, urbem eam funditus euertere, ut qui defectionibus studerent, inde perterrerentur, deliberauit. Itaq; exercitu animi ad dimicandum paratissimi instructo, palàm, clarèque admoneri fecit, si quis Thebanorum ad se transire, & pacis omnibus Græcis datæ societatem ingredi uellet. Ibi Thebani, ut sese hosti exequarent, è turri quadam alta inclamari fecerunt, uti qui cum magno Rege & Thebanis Græciam in libertatem uendicare uellent, & Græciæ Tyrannum extinguere, ad se transitionem facerent. Inde Alexander ingenti dolore correptus, in magnam prorupit indignationem, atq; pœnis grauissimis Thebanos afficere statuit. Itaq; ueluti efferatus animi machinas aliaq;, qbus hostes offenderet, expediuit. Tanti huius discrimínis quod Thebanis imminebat, haud ignaræ ciuitates Græciæ, ægerrimè quidem illorum calamitatem ferebant: sed suppetias aliquas ferre non audebant, temerèque & ullo consilio immanifestissimam cladem sese illos coniecisse iudicabãt. Quunq; animo alacri, & magno,

*Alexandri copiæ.*

*Proteruũ Thebanorũ facinus.*

Thebani



Thebani aduersa omnia sustinerent, cogebantur tamen nonnihil dubitare, ob rumores quosdam à uatibus diuulgatos nec minus ob signa quædam diuinitus facta. Ante omnia in Cereris templo tela quædam aranearum tenuis adeò extendi uisa est, ut pallij magnitudinem haberet, atq; in eius circuitu forma cœlestis arcus, haud absimilis ei, qui in aëre solet conspici, appareret. De qua re Oraculum delphicum huiusmodi responsum eis reddidit: *Ostentum.*

Ostentum hoc superi cunctis mortalibus ædunt,
Sed mage Bœotis, iuxtaq; colentibus urbeis.

Ab eo uerò, quod peculiare & patrium habebant Oraculum, uocem hanc audiuerunt: *Oraculum.*

Tela alij contexta malum, atq; alij bonum ea ipsa.

Signum hoc ante mensem tertium, quam Alexander Thebas peruenireț, accidit. Sub ipsum uerò eius aduentum, statuæ quæ erant in foro uisæ sunt sudorem guttis prægrandibus emittere. Præter hæc magistratibus renunciatum est, stagnum, quod erat Onchesti, ædidisse uocem mugitui cõsimilem, atq; in Dirce horrendam quandam speciem cruentatam insummo aquæ supernatasse. Non defuerunt & alij ex Delphis, qui dicerent culmen ædis, quam Thebani construxissent, à Phocẽsibus uisum esse sanguine suffusum. Qui conIectantes, ostentorum talium significationem exquirere solent, dicebãt portendere Telam illam, Deorum aburbe migrationem Cœlestis arcus speciẽ, molestiarum uarijq; generis perturbationem. Sudorem de statuis emissum, quòd extrema incommoda passuri essent: Sanguinem uerò, qui in locis pleriscq; comparuisset, cædis multæ ad Thebanam urbem committendæ indicium esse. Consulebant igitur, quum Dei aptissimè calamitatem urbi denunciarent, ne pugna bellum uellent decidere. tutius esse, num dictis conditionibus ab eo se explicare possent, quærere. Verũ Thebani nihilomagis animos demittebant ex aduerso potius mente arrecta, reducebant sibi mutuò in memoriam Leuctricæ pugnæ euentum, aliarumq; uictoriarum, quas sua uirtute præter spem, non sine admiratione consequuti essent. Ita elatione quadam animosa potius, quàm prudenti, Thebani inflati, ad patriæ internectionem præcipitati sunt. Rex autem quum tribus continuis diebus, quæ ad oppugnationem, quæ ũe ad aciem instruẽdam facerent, præparasset, in partes treis totum exercitum suum diuisit. Vnicq;, ut uallum ante urbis mœnia excitatum, superare niteretur: alteri, ut pugna Thebanos excíperet: Tertiæ, ut laborantibus subueniret, atq; succedendo prælium renouaret, demandauit. Thebani equitatum omnem intra uallum collocarunt. seruos libertate donatos, qui ũe peregrini aut exules ciuitatem incolebant, in ualli propugnationem hostibus opposuerunt. Ipsi uerò, cum Macedonico exercitu, qui penes Regem erat eosq; multitudine longè superabat, uti manus conserrent parati sunt. Pueri & fœminæ ad templa decurrerunt Deos supplicatum, ut patriam à discrimine impendenti tutarentur. Postquàm igitur Macedones sua *Prodigia.* *Prodigiorum enarratio.* *Pugna Macedonũ & Thebanorum.*

quiſq; in acie progreſſi ſunt, dato tubis prælij ſigno, utrinq; ſub idem tempus acriter concurſum, ac tela in hoſteis coniecta ſunt, occyusq; ijs emiſſis, omnes gladijs comminus rem gerere cœperunt. Ibi atrox inita eſt pugna. Macedones & hominum numero, & ipſius phalangis impreſſione tantam uim infere bant, ut uix ſuſtineri poſſent. Thebani corporum firmitate, & continua exercitatione, in gymnaſijs, atque animi quadam altitudine præſtantes, difficultatibus omnibus tolerandis ſufficiebant. Propterea multi ex utraque parte ſauciabantur: non pauci cadebant, uulneribus omnes aduerſis: ſentiebaturq; ſimul gemitus, clamor & adhortatio. In parte quidem Macedonum, ne, quæ prius ſtrenuè geſſiſſent, tunc aliqua turpitudine corrumperent. Apud Thebanos uerò, ne parenteis & filios in captiuitatis periculo, patriamq; ipſam, cui prorſus diruendæ intenti eſſent Macedonum animi, diſtituerēt, pugnaq; ad Leuctra & Mantineam commiſſæ, quorum facinorum fama ubiq; gentium celebratiſſima eſſet, recordarentur. Ad multùm proinde temporis, ob egregiam pugnantium uirtutē, quum prælij fortuna anceps fuiſſet, Alexander uidens Thebanos libertatis ſtudio promptiſſimè decertare, ſuosq; pugnando defeſſos eſſe, imperauit ijs, quos inſubſidijs ſe cauerat, uti laborantibus ſuccedentes pugnam exciperent. Qui derepente in Thebanos afflictos irruentes, grauiter eos, multis interfectis, perturbarunt. Neq; idcirco Thebani uictoria ceſſerunt, imo tun uincēdi ſtudio magis arrecti, quæcunq; aduerſa parum æſtimabant. Adeoq; ſtrenuè decertando euecti ſunt, ut iactarent Macedonas iam fateri, ſe Thebanis uirtute inferiores eſſe. Sanè quum alij omnes ſoleant, hoſtium ſubſidijs prælium ineuntibus, utpote quibus uires integræ ſint, perterreri, hi ſoli audentiores ad pericula omnia facti ſunt, ex quo recentes hoſtium copiæ in laborantium locum ſubiuerunt. Ita cum nullo pacto illorum animi ardor uinci poſſe uideretur, Alexander audiens anguſtam quandam portam, amota ſtatione, parum diligenter cuſtodiri, Perdiccam, datis militibus qui rei ſufficerent, miſit ad eam occupandam: ficq; uti in urbem irruerent. Eo negocio ſtrenuè peracto, Macedones per eam portam intra mœnia penetrarunt. Tunc Thebani, qui primam hoſtium aciem debilitauerant, ſecundæq; fortiter reſiſtebant, quū eſſent in bona ſpe uictoriæ conſequendæ, ſentientes partem urbis captam eſſe, non ulterius expectauerunt, quin ſe intra murum reciperent. Quod cum fieret, equites exemplo peditum in urbem concurrere cœperunt: inq; eo tumultu ſuorum multos obtrū cos interficiebāt, ac ipſi per eam trepidationem commixti in uiarum anguſtijs, aut in foſſas incidentes, ſuis armis cōficiebantur. Ad hoc, qui in præſidio Cadmeæ arcis erant, excuntes, magnam Thebanorum quos perturbatos ſunt adorti, cædem faciebant. Capta eo modo urbe Thebis, multa & uaria crudelitatis genera commiſſa ſunt. Macedones enim concitati ualde, ex inſolenti illa Thebanorum per præconem admonitione, aſperius etiam, quàm hoſtē deceret, in eos ſeuiebant grauiterq; miſeris inſultantes, nulli, qui occurreret, parcebāt, quin

*Adhortatio pugnantiū.*

*Thebanorum conſtantia.*

*Thebani uicti & urbs capta.*



quin ſtatim eum obtruncarēt. Neque Thebani idcirco tuendæ libertatis animum remittebant adeò, ut nullam ſeruandæ uitæ curam haberent: ſed ultro in aduenientes hoſteis incurrerent, atque illata ab eis uulnera alacriter excipe rent. In ea nanque urbis captiuitate, Thebanus nullus repertus eſt, qui Macedoni alicui, quo uitæ ſuæ parceretur, ſupplicaret: aut qui uictoris genua humiliter amplecteretur. Sed nullis uerbis calamitatem ſuam apud hoſteis miſerati, nec exiguum temporis momentum ad prolatandam ſupplicij crudelitatem captauerunt. Nihil autem in tota urbe immune fuit direptionis. Pueri, uirgines cum eiulatu magno, parentum nomina inclamantes, paſſim trahebantur. Familiæ cum tota ſtirpe, in uniuerſumq; ciuitas omnis in captiuitatem rapiebatur. Eorum uerò, qui ſpiritum adhuc poſt multam aliorum cædem retinebant partim ſaucio corpore, quum anima deſtitui inciperent, hoſtem aliquem complexi, non ſine ſolatio interempti ſecum inimici morie bantur. Partim lanceæ trunco innixi, in obuium quenq; hoſtium impetum faciebant nouiſſimaq; illa cōtentione, quam ſibi ſalute libertas potior eſſet, oſtendebant. Maxima igitur hominum nece patrata, omniq; urbis loco cadaueribus repleto, haud ullus uidebatur fore, qui ad tam dirum & calamitoſum ſpectaculum miſeratione non commoueretur. Tamē Græci homines, Theſpienſes, Plateenſes, Orchomenij, alijue nonnulli Thebanis inimici, ſub Rege merentes, poſtquàm in urbem irruerunt, priuatas ſimultates in illorū aduerſa fortuna exercuerūt. Itaq; immanitatis & iniuriarum genus nullū omiſſum eſt. Græci Græcorum manibus, citra ullam miſericordiam, mactabantur. Quiq; cognatæ gentis neceſſitudine iuncti erant, comparis ſermonis uſu nihil animos emolliente, cædibus mutuis conficiebātur. Tandem noctis initio facto, domus omnes penitus direptæ. Fœminæ, pueri & ſenes, qui ad templa confugerant, cum omnis ignominiæ dedecore abducti ſunt. Cæſorum Thebanorum numerus fuit ſupra ſex millia. Capti plures triginta millibus. Pecuniarū uis immenſa paſſim diſtracta. Rex autē Macedonas, qui plures quingentis occubuerant, ſepiliri curauit, Græcorumq; habito concilio, eis commiſit, quo modo in captam ciuitatem uindicandum eſſet, uti decerne rent. Ibi quum res tractari cœpiſſet, quidam Thebanis infenſi, extremo ſupplicio eos puniendos eſſe cenſuerunt, quos cōtra Græciam cum Barbaris fœdus iniuiſſe demonſtrabant. Xerxis enim temporibus, auxilia Perſis in Græciæ perniciem dediſſe: ſolosq; Græcorum omnium, ranq; opitulatores, apud Perſarū Reges fuiſſe honoratos, ut Thebanorū legatis, ſupra Reges ſedendi locus daretur. Multaq; alia huiuſmodi narrantes illi, cæterorū animos in Thebanorū odium inflāmarunt. Factumq; tandē eſt decretum de urbe euertenda, captiuis uenundandis, deq; ijs, qui aliquò aufugiſſent, uti ex omnibus Græciæ locis ad pœnā retrahi poſſent. Sententiā hanc cōſilij Rex ſequutus, urbe diruta, magnū timorē iniecit ijs q abſe defeciſſent. Venditis aūt captiuis, qui adringentorū quadraginta talentorum argenti ſummam coēgit. His peractis

*Thebanorū in mortem alacritas.*

*Miſeranda direptio.*

*Ex templis abducti Theba.*

*Thebanorum prærogatiua apud Perſas.*

*Thebæ dirutæ*

*Captiui uenundati.*

peractis. Athenas misit, qui decem Oratores, contra se ad populum concionatos dedi peterent. Conuocato igitur populo, cum legati introducti postulata Regis exposuissent, eis auditis, sollicitudine & dubitatione animi magna omnes correpti sunt. Cupiebant Reipu. suæ dignitatẽ tueri: rursus Thebanorum clade perterriti, ne malum aliquod sibi accerserent, aduersis uicinorum rebus facti prudentiores, uerebãtur. Quum uerò multi in concione uerba habuissent, exurgens Phocion, qui Demosthenis factionẽ agendo optimè sciebat retũdere, dixit eos, qui peterent, imitari debere Hyacinthidas & Leifilias, ultro scilicet mortẽ subeundo, ne eorũ causa, detrimenti aliquid patria sustineret. Atq; timiditatẽ & ignauiã multũ eis exprobrauit, qui pro ciuitatis salute, mori detractarẽt. Hunc ita agentẽ, populus ijs, qui incontrariũ dicebant, assentiẽs, facto tumultu è concione expulit. Quunq; Demosthenes meditatã orationẽ habuisset, taliũ uirorũ miseratione populus motus, eos se incolumes seruare uelle planè ostendebat. Tandẽ Demades quinq; talẽtis argenti, quæ ab amicis Demosthenis muneri accepit, corruptus psuadere cœpit, uti periclitantes illi seruarentẽ. recitauitq; decretũ ingeniosissimè abscõscriptũ, in quo oratorũ excusatio cõprehendebat, simulq; populi promissio recipientis se in illos secundũ leges animaduersurũ, si aliquod mereant supplicium. Populo id Demadis inuentũ placuit, statimq; Decretũ confirmarunt, atq; ipsum Demadẽ, & alios nonnullos ad Regem legatos miserũt, iniungentes, etiam ut precibus cum eo agerent, ne Thebanos exules sibi recipere non liceret. Demades profectus eloquentiæ suæ uiribus omnia perfecit, uti Alexander culpã ijs, qui in se deliquerant, condonarit: atq; populo Athenienſi alia omnia concesserit. Qui post hæc in Macedoniam cum exercitu reuersus, Duces & amicos suos præcipuos, in consilium uocauit, de transitu in Asiam uti consulerẽt, quibus copijs id fieri, & qua ratione bellum iniri oporteret. Censebant multi, Parmenione & Antipatro autoribus, debere prius Alexandrum liberis operam dare, postea tantã expeditionẽ aggredi cum posse. Sed ipse, qui rebus gerendis intentus erat, cuiusq; cessatio omnis displicebat, sententiam eam ualde respuit: se ab ipsa Græcia electum bello gerendo Ducem & qui paternas copias firmissimas haberet, nuptijs celebrandis uacare, donecq; filij nascerentur desidere, turpe esse demonstrans. Quunq; illos docuisset, quid sibi expedire uideretur, atq; rationibus multis ad bellum animasset, magnifica Deis sacrificia, in Dio Macedoniæ urbe, Iouiq; & Musis scænica fecit certamina, quæ ab Archelao superiorum temporum Rege instituta fuerant. Durauitq; ea celebritas in diem nonum, cum Musis singulis diem suum dedicasset. Scænam uerò tam amplam struxerat, ut centum lectos caperet, ubi amicos, & qui ordines in exercitu ducebant, legatosq; ciuitatum conuiuio accepit. Splendidissimi apparatus epulo ei cum multi interfuissent, militibus etiã omnibus sacrificiorum, & conuiuij partes distributæ sunt.

*Phocion.*

*Demadis consilium.*

*Alexandri in hostes pietas.*

*Iouì & musis certamina facta.*

REGNI



## REGNI ALEXANDRI ANNVS SECVNDVS.

ATHENIS autem imperante Cteſicleo, & Romæ cõsulibus C. Sulpitio, & L. Papirio, Alexander cum exercitu ad Helleſpontum profectus, ibi copias ex Europa in Aſiam trajicere inſtituit. Nauibusq; ſexaginta diſcedens Troadem uerſus, primus Macedonum omnium, è naui haſtam iaculatus littori Aſiæ eam infixit, ac ſtatim exiliuit de naui uiſus quodam modo, ope Deorũ captiuam terram occupare. Hinc ſepulchra Heroum, Achillis, Aiacis aliorũ ue inferijs cæteriſq; honoribus ueneratus, copias quæ ſecũ trãſmiſerãt, diligẽter recognouit, inuenitq; peditũ Macedonũ millia duodecim: auxiliariorũ ſeptem millia: mercennariorum quinq; millia. His omnibus præerat Parmenio. Odryſij, Triballi, Illyrij, ad quinq; millia ſagittarij, & qui Agrianes uocantur mille, cum etiã ſequuti fuerant, ut omnes triginta millia numero eſſent. Equites uerò Macedones mille & octingenti, quos Callas Harpali F. ducebat. Græci omnes octingẽti, quibus præerat Erigyius. Theſſali Thraces antecurſores, & Pæones mille & nongenti duce Caſſandro, repertiſunt. Equitatui omni numerus factus eſt quatuor millium & quingentorũ. Cum his copijs Alexander in Aſiam tranſiuit. In Europa ſub Antipatro reliquerat peditũ millia duodecim equites ad duo millia & quingentos. Mouens autẽ caſtra Rex à Troade, peruenit ad Mineruæ templum. Ibi ſacerdos Alexandri nomine, cum ante ædem Arioba zanis, qui Phrygiæ præfes fuerat, ſtatuam humi proſtratam aliaq; non parui momenti oſtenta uidiſſet, acceſſit ad Regem, eumq; in magno equeſtri certamine uictorem fore confirmauit: præcipuè ſi circa Phrygiam manus conſereret. Adiunxit etiam manibus ſuis inſignem hoſtium Ducem cum interemptũrũ eſſe, ea uerò omnia ſibi à Deo ipſis & maximè à Minerua ſignificari, quæ ei auxilio adreſ feliciter agẽdas futura eſſet. Sacerdotis huius prædictionem læto animo accepit Alexander, ac ſtatim Mineruam ampliſſimo ſacrificio honorauit, ſcutumque ſuum ei dicauit, & extemplo alterum, quod ſibi firmiſſimũ uiſum eſt, detraxit. Quo armatus pugnam primã iniuit: ubi ſua conniſus uirtute celebrem uictoriam repertauit. Sed hæc, paucis diebus poſt, geſta ſunt. Interea præfecti, & Duces Perſarum, cum tardi fuiſſent ad prohibendum Macedonum tranſitum in Aſiam, conuenerunt gratia conſultandi, qua ratione bellum contra Alexandrum gerendum eſſet. In ijs Memnon Rodius qui militari prudentia ualde æſtimabatur, cenſuit rem initiò in diſcrimen deduci non oportere, ſed agros uaſtando, neceſſariorum inopia, debere hoſtem prohiberi, ne ulterius progrederetur: ſimulq; in Macedoniam naualeis & pedeſtreis copias traduci, ut bellũ totum in Europam transferretur. Optimè prorſus uir ille conſulebat, ut de rerum euentu poſtea cognitum eſt. Sed duces cæteri haud quaquàm aſſentiri uoluerunt

*Prædicta Alexandro uictoris.*

*Cõſultatio Ducum cum Perſarũ.*

erunt: tanquàm diceret, quæ parum ingenteis Persarum animos decerent. Quum itáq; sententia ea, quæ dimicationẽ suadebat, superior fuisset, copias undiq; accersiuerũt, quæ numero hominum Macedonicis longè erant maiores. Cum his in Phrygiam ad Hellespontum progressi, prope Granicũ castra posuerunt, ripaśq; fluminis bene muniuerũt. Alexander de hostiũ profectione certior factus, magnis itineribus obuiam uadens, ex aduerso illorũ castra metatus est, ut tantum Granici aqua inter bina castra laberetur. Tunc Barbari ad montis latus retracti, expectabant, ut hosteis in transitu fluminis adorirentur: quòd ita, dissipata eorũ phalange, uictoria sefacilè potiri possesperarent. Sed Alexander audacia usus ad primum lucis ortum antè, quàm hostis se opponeret, copias traiecit, acieśq; ad conflictum ordinauit. Contra eas Barbari magna equitum multitudine obiecta, primum certamen absq; peditatu inire proposuerunt. Sinistram itaque exercitus partem Rhodius Memnon, & Arsames præfectus cum suo equitatu tenebant. Post eos Arsites, cui erant Paphlagones equites. Dein Spithrobates Ioniæ præses, cum Hyrcanis equitibus, positi erant. In cornu dextro erant Medi mille, & duo equitum millia sub Arrheomythre, totideḿq; Bactriani. Mediam aciem habebant gentium aliarum equites: numero quidem multi, sed, quorum uirtus explorata esset, ad decem millia. Peditatus uerò Persarum nihilò erat minor centum millibus hominum. Hi omnes post acies substiterunt, quòd equites crederent nr sufficere, ad Macedonum ui reis labefactandas. Concursu igitur equitum utrinq; facto, cum summa alacritate, Thessali equites, qui Parmenione duce in sinistro erant cornu, hostium impetum firmiter sustinuerunt. Alexander autem, qui in altero cornu delectos equites secum habebat, primus in Persas irruit consertiśq; acriter manibus, cædem hostium magnam faciebat. Barbari pariter strenuè pugnantes, arrigebant animos, quo Macedonum uirtuti resisterent. Ibi in locum unum, fortuna bello meliores ad contentionem, pro uictoria obtinenda, deducere uisa est. Spithrobates enim præfectus Ioniæ, genere Persa, quẽ Dareus generum sibi fecerat, egregiæ fortitudinis cũ magna equitũ manu in ipsos Macedonas inuasit. Quṹq; secum bellatores quadraginta uirtutis spectatæ, sanguine omneis sibi iũctos haberet, aduersos hosteis uehementia sua grauiter urgebat, aliquibus interfectis, & multis uulneratis. Atq; eo in loco tantã eius uim nullus uidebatur posse sustinere. Tunc Alexander conuerso equo in Barbarum contendit. Persa existimans, ueluti diuno munere sibi concessum, ut cum Alexandro singulari certamine congrederetur, quo Asiam omnem à grauissimo terrore liberare, simuĺq; audaciã illius passim iactatam reprimere posset, primus in Alexandrum coniecit telum, quod Sunium uocant, atq; summum eius dextrum brachium per thoracem uulnerauit. Rex statim extractum telum abiecit, calcaribuśq; acriter equum urgens, incursione & robore suo comissus pariter, in medium Persæ pectus lanceam inflixit. Ad quam rem, qui utrinq; aderant,

*Ordinatio copiarũ ad Granicũ & pugna*

*Spithrobatis uirtus.*

*Egregia Alexandri & Spithrobatis dimicatio.*

*Sunium.*



aderant, ex summæ fortitudinis admiratione exclamauerunt. Sed quum lanceæ ferrum, in thorace fractum, uulnus irritum fecisset, præfectus ense stricto in Alexandrum ferebatur, qui statim lancea alia arrepta in faciem Barbarum magno confecit uulnere. Ad idem temporis momentum, cadentis Spithrobatis frater, Rosaces, equo inuectus, ense tam grauiter caput Alexandri percussit, ut galea cedẽte ictus leuiter ad uiuum peruenerit. Ibideńq; iterum eum ferire conanti Rosaci, Clius niger cognomẽto, equo accurrens, manum abscidit. Prope duos fratres iaceteis cõsanguinei omnes subitò conglobati, telis omnes Alexandrum impetere cœperunt. Deinde cõminus congressi nihil non sustinebãt, ut eum aliquo modo opprimerent. Sed ipse, licet multis & magnis incommodis impeditus esset, nihilominus magnam hostium multitudinem fortiter sustinebat. Thoracem habebat duobus in locis perforatum. Galea etiam uno, Scutum, quod ex Mineruæ templo acceperat, ictibus tribus confixum fuerat. Tamen nunquàm pedem referre uoluit: sed animi magnitudine elatus, aduersa omnia parum æstimabat. Quum demum hostium multi Duces circa ipsum interfecti fuissent, quorum clarissimi erãt Atixyes & Pharnaces frater uxoris Darei Regis, & Mithrobuzanes ductor Cappadocum, atque ijs sublatis, ordines Persarum omnes per Macedonas fusi essent, primi qui aduersus Alexandrum erant, post eos & reliqui omnes in fugam compulsi sunt. In ea pugna, omnium confessione, præcipuam fortitudinis laudem Alexander obtinuit. Ab eo Thessali equites magnam cõmendationem ex eo sunt consequuti, quòd turmarum ordinibus bene seruatis, strenuissimè dimicassent. Profligato ad eum modum equitatu, pugna à peditibus utrinq; excepta est: quæ parum durauit, quòd Barbari ab equitibus suis deserri, animis parum consistentes terga confestim dederunt. E Persarum copijs peditum millia decem, equites non minus duobus millibus cæsi dicuntur. Capti sunt ad uiginti millia. Finito certamine Alexander suos, qui mortem oppetierant, magnificentissimè sepeliuit, quo, ad strenuè capessenda in præliꝭ pericula, eiusmodi honore cæteros inuitaret. Deinceps in Lydiã mouit castra, præfectóq; Mithrimne deditionem faciente. Sardeis arceśq;, cum thesauris ibi depositis, recepit. Quunq; Persæ, qui aduerso prælio superfuerant, Duce Memnone Miletum confugissent, Rex eò profectus prope oppidum castra posuit: continentíq; oppugnatione, nullo die intermisso, integros fatigatis submittens, non cessabat pro mœnibus decertare. Sed qui intus erant facile initio de muro se defendebant, quum militum magna multitudo essent, teloruḿq; & aliorum propugnationi necessariorum uim grandem haberent. Sed postquàm Alexander, machinis appulsis, intentius mœnia quatere, & terra, maríq; simul inita oppugnatione, per deuectã muri partem, intro Macedones irrumpere cœperunt, illi in fugam sunt conuersi Milesij cum supplicantium insignibus ad Regis pedes prouoluti sese, & urbem in eius fidem dediderunt. Barbarorum aliqui interfecti, nonnulli ex oppido se sub-

*Rosaces.*

*Clitus.*

*Firmus Alex. animus.*

*Nobiles cæsi.*

*Miletioppugnatio.*

sc subtrahentes aufugerant, reliqui omnes capti sunt, quos Alexander uendidit. In Melesios antè magna est usus benignitate. Quum uerò naualeis copias, parum sibi utileis esse, & maximo sumptu indigere animaduerteret, classem omnem remisit: pauculis nauibus retentis ad instrumenta oppugnationum deuehenda. In eo numero erant uiginti naues missæ ab Athenien sibus.

*Boni Imperatoris consiliũ.*

Aliqui dicunt ex usu rei bellicæ, Alexandrum missionẽ eam excogitasse. Quòd enim Dareum aduenturum, magnoq; prælio confligendum esse apparebat, existimasse Macedonas ardentius dimicaturos, si omnem fugiendi spem ablatam uiderẽt. Quod etiam in pugna ad Granicum commissa prouiderat. Ibi enim à tergo uti flumen haberent, curasse, quo nullus fugam tentare auderet uidens cedentibus omnibus in ipso fluminis alueo certissimam cædem paratam esse. Temporibus etiam insequentibus Syracusarum regem Agathoclem, exemplo Alexandri, magnam & insperatam uictoriam esse consequutum. Transgressum enim cum paruis copijs in Aphricã, nauibus omnibus incensis, fugiendi spem exercitui ademisse, atq; ut strenuè decertarẽt, per necessitatem induxisse. quamobrem Carthaginienseis, qui multa hominum millia contra se duxerant, superauerit. Capta Mileto, Persarũ multitudo ingens, milites q; conductici cum ducibus, qui optimi censebãtur, Halicarnassum se receperunt. Ea maxima est urbs omnium in Caria, Regum sedes, cui magnum ornamentum afferunt arces elegãter extructæ. In eo rerum statu, Memnon uxorem & liberos suos ad Dareum misit, ex eorũ traditione suspicatus pariter & suorum securitati bene prouisum, & Regem, tam bonis obsidibus acceptis, facilè omnium administrationẽ sibi creditũrũ esse, quod non secus euenit. Subito enim Darcus ad omneis, qui prope mare incolebãt, literas misit, quibus demandabat, uti Memnoni obsequentes essent. Atq; eo modo Memnon Imperio susceptо, quæcunq; oppugnationi sustinendæ usui erant, Halicarnassi præparauit. Rursus Alexãder mali oppugnatoria instrumenta & frumẽtum eódem comportari iussit: atq; ipse cum omnibus copijs in Cariam progredi cœpit. In itinere ciuitates humanis officijs sibi conciliabat. Sed Græcis maximè gratificari studuit: ciuitates eorũ, & liberas & immuneis à uectigalibus omnibus esse iubens, illudq; passim dictitans, pro Græcorum liberatione bellum se contra Persas suscepisse. Cum uero ei iter facienti fœmina, cui Adæ erat nomen, eius generis, ut in Cariæ principatum succedere deberet, obuiam uenisset, fatisq; uerbis de Regno, quod maiorũ suorum fuerat, uti ad id consequendum sibi auxilio esse uellet, orasset, Alexander eam Cariæ imperare iussit. Quo beneficio erga Adam Caras omneis sibi beneuolos plurimùm reddidit. Protinusq; ab omnibus ciuitatibus, ad eum honorandum missæ sunt legationes cum aureis coronis: promiserũtq; mandata omnia se facturas. Postea Alexander positis ad Halicarnasson castris, oppugnationẽ acrem & terribilem instituit. Initio enim continua, & identidem per succedenteis integros, renouata pugna, mœnia superare conati sunt Macedones,

*Agathocles Alexandrũ imitatus.*

*Ada.*

*Alexandri liberalitas.*

*Halicarnassi.*

*Halacarnassi oppugnatio.*

*Callidũ factum Memnonis.*



cedones, nullamq; dici partem, quin omnibus periculis se exponerent, intermittebant. Post id uarij generis machinis expeditis, testudines treis fossis, quæ ante urbem erant, superinduxerunt atq; ita arietibus turreis, murumq; interpositum quatere cœperunt. Quorum parte diruta, quod reliquũ manserat, consertis manibus in urbem prouerè fecerunt. Memnon strenuè Macedonas, qui primi in mœnia impetum fecerunt, repulit. Habebat enim magnum in urbe militum numerum. In machinas autem abductas, noctu cum multis eruptione ex urbe facta, ignem coniecit: acriq; ita prælio ante urbem inito, Macedones uirtute multum hostibus præstabant. Sed Persæ multitudine, & omni apparatu abundabant, eisq; decertantibus, multum, qui erant in muro, auxiliabantur. Hi iaculis & telis Macedonas partim interficiebant, partim saucicbant, simulq; utrinq; tubicines bellicum canebant, & magnus ex omni parte militũ clamor ædebatur. comprobantiũ quæ apud hos uel illos fortissimè fieri conspiciebant. Erant qui crescentem in machinis ignem extinguere conarentur: qui etiam comminus congressi, multam hominum cædem facerent. Alij in urbe noua mœnia in deiectorum locum multò prioribus firmiora excitabãt. Duces autem Persarum, qui cum Memnone erant, ubi plurimum periculi erat, se offerebant strenuèq; pugnantibus magna policebantur munera. Per quod fiebat ut pro uictoria obtinenda, omnibus animorum ardor incredibilis esset. Vidisses quosdã uulneribus saucios, defectis uiribus cadenteis, ex acie deportari. Alios proiacentium defensione, ut auferri possent, acerrimè prælio contendere. Aliquos periculi magnitudine fractos, pedem referre, sed Ducum adhortatione concitatos, audaciam & animum recipere. Tandem Macedones aliquot, ante ipsas portas interfecti sunt, & in ijs Neoptolemus ẽ Ducum numero uir magni nominis. Quũ dein turres duæ totidemq; mœnium interstitia solo æquata fuissent, noctu milites quidã Perdiccæ temulenti, in arcis murum temerè conatum facere sunt ausi. Qua hominum uecordia animaduersa, Memnon cum suis longè pluribus eos inuasit in fugam compulit, plureisq; interfecit. Eo cognito Macedones multi, atque hi, qui apud Alexandrum præcipui habebantur, auxilio suis accurrerunt: commissaq; acri pugna, Persæ superati in urbem se retraxerunt. Tunc Rex ppræconem Macedonas, qui pro muro ceciderant, ad sepulturam ut sibi concederentur, petijt. Ephialtes & Thrasybulus Athenienses, qui erant in Persarum auxilijs eos non dedendos censebant: nihilominus Memnon id ipsum Regi indulsit. Post hæc Persarum principes quum de summa rerum consultarent, Ephialtes dixit, sibi expectandum non uideri ut urbe occupata, omnes in captiuitatem uenirent, potius debere Duces ipsos cum hostibus congredi. prius q; milite conductitio belli fortunam experiri. Memnon, qui eius uiri maximam fortitudinem perspectam habebat, atq; spei plurimum semper in eius animi magnitudine, & corporis firmissimo robore posuerat, p misit, ut quod sibi expedire uideretur, id faceret. Ille delectis duobus millibus mercẽnariorũ

*Varia oppugnantium & propugnantiũ munia.*

*Neoptolemus.*

*Memnonis æquitas.*

*Ephialtis eruptio.*

militum, instituit, uti eorum dimidium ardenteis titiones teneret: alteri instructi cõtra hosteis essent. Subitoq; prima luce portis patefactis, secum ijs exportis effudit, ac ignem in machinas coniecit, qui protinus ingentẽ concitauit flammam. Cum alijs autem, qui acie densissima constiterãt, hostibus ad machinas seruandas festinantibus occurrit, Alexander hanc rem persentiens, Macedonũ præcipuos, in priori acie collocat, in subsidio delectos ponit milites, postremam aciem spectate uirtutis hominibus firmat, atq; ita ipse ante omneis hosteis, quorum impetum nulli ferre posse existimabantur, repressit. Misit & qui in machinis factum incendium restinguerent. Sed enim immensis undiq; æditis clamoribus, & tubis classicum personantibus, atrocissimum certamen initum est: quum uirtus & summum consequẽdæ laudis studium utrisq; non deesset. Ignem Macedones, ne ulterius in machinas serperet, prohibuerant. sed in ipsa pugna hostibus multò erant inferiores: Ephialtes enim corporis robore alijs omnibus præstans, quotquot sibi in manus incideren', interficiebat. Et qui erant in muro recens constructo, ingenti ui telorum coniecta, multos opprimebant. Turrim enim ligneam, altitudinis cubitorum centum repleuerant tormentis ad iacula & sagittas emittendas. Propterea quum Macedones multi cecidissent, alijsq; uitandæ telorum multitudinis causa pedem referrent, simulq; Memnon cum magno militum numero suis subsidio uenisset, Alexander in dubitationem magnam deductus est, ut quid consilij capiundum esset, nesciret. Ibi quum firmissimi iam essent Persæ, magna rerum immutatio in ipso prælio facta est. Veterani Macedones, qui per totum ætatis spatium semper in rebus arduis, & periculosis uersati erant, & sub Philippo merẽtes, frequenter uictoriam cõsequuti, ad summam fortitudinem ita profecti fuerant prudentia & rei militaris cognitione longè omnibus præstantes, tyronibus pugnam detrectantibus amarissimis uerbis ignauia exprobrata, ipsi in unum coacti, cõfertis simul clypeis, hosteis, qui iam se uicisse arbitrabantur, exceperunt, Ephialtesq; & multis alijs interfectis, reliquos, ut in urbem refugerent, compulerunt: cum quibus mixti Macedones, nocte incipiente, intra mœnia penetrauerant. Sed quũ Rex receptui cani iussisset, in castra omnes redierũt. Tunc duces præfectiq; Persarum, cum Memnone concilio habito, urbem relinquere decreuerunt. Igitur optimo præsidio, apparatuq; omnium rerum ideneo in arce posito, reliquã hominum multitudinem, & pecuniarũ uim secum in Conabdu xerũt. Quod quum Alexander ad primum lucis ortum intellexisset, urbem captam diruit: arcem, muro & fossa inductis, cinxit. His actis, cum exercitus parte, Duces in mediterranea misit, iniungens, ut finitimas omneis ciuitates in potestatẽ suam redigerent. Illi re strenuè gesta, terris omnibus usq; ad maiorem Phrygiam deuictis, ex præda capta exercitum sustentarunt. Alexander autem in maritima profectus, captis urbibus multis, & castellis, quæ munitissima erant, magno opere expugnatis, regiones omneis usque ad Ciliciam obtinuit. In his locis

*Pugna atrox.*

*Turris lignea*

*Veteranorum Macedonum uirtus.*

*Halicar. capta & diruta.*



locis, ut miro quodam, & singulari casu oppidi unius potitus fuerit, præteruendum non uidetur. Ad extrema Ciliciæ, rupem quandam munitissimam incolebant Marmares nuncupati. Horum pleriq;, faciente illac iter Alexandro, nouissimum eius agmen adorti, compluribus interfectis, nõ paruum hominum & iumentorum numerum abegerunt. Qua iniuria Rex irritatus, loci illius oppugnationem instituit, atq; omni conatu, ut eam gentem debellaret, contendit. Marmares, & fortitudini suæ, & oppidi situ confisi, fortiter oppugnationi resistebant. Ianq; biduum integrum, nunquàm pugna intermissa fuerat, apparebatq; Regem non prius cessaturũ, quàm rupem eam superasset. Ibi Marmarum seniores, iuuentuti persuadere tentarunt, ne uim experiri perseuerarent, quod fortasse negocium cum Rege componi posset. Illis huiusmodi sententiam respuentibus, cunctisq; simul cum libertate interire sibi proponentibus, senes aliud consilium hoc dederunt, uti pueros, fœminas, seneisq; omneis interficerent: ipsi, quibus ob corporis firmitudinem haud difficulter salus quæri posset, noctu per hosteis medios in mõtem proximum aufugerent. Comprobato hoc consilio à iunioribus, iussi sunt senes quisq; domum suam reuerti: ibiq; cum cognatis cibo & potu delicatiori refecti, mortem expectare. Visum est deinde iuuenibus, qui erant circiter sexcenti, à cæde cognatorum hominum abstinere: sed domibus ignem injecere, eoq; facto, portis patefactis discedere. Vt constituerant peractum est, cuicunq; suorum ciuium, ut incensa domus prosepulchro esset, fecerunt ipsiq; durante adhuc nocte, per hostium castra euadentes, in propinquũ montem se contulerunt.

*Marmares.*

*Consiliũ ferũ.*

*Impietas plus quàm barbara.*

## REGNI ALEXANDRI ANNVS TERTIVS.

RES eiusmodi anno hoc contigerunt, insequenti uerò, quo Athenis Nicocratus imperauit, Romæq; Valerius Cæso, & L. Papirius consules fuerunt, Dareus Rex ingentem pecuniam Memnoni misit, eumq; totius belli Ducem appellauit. Qui conducta magna militum manu, trecentisq; nauibus instructis, susceptam belli administrationem curabat. Chion in parteis suas traxit. In Lesbon cum classe traiecit, primoq; impetu Antissam, Methymnam, Pyrrham & Eresum occupauit. Mytilenem, quæ magna, & omni apparatu belli, firmoq; præsidio munitissima erat, dies complureis, non sine magno suorum militum detrimento cum oppugnasset, tandem per summas difficultates cœpit. Statimq; summa Ducis huius strenuitate diuulgata, multæ ex Cyladibus Insulis ad eum legatos profœdere miserũt. Fama etiam illa de eo in Græciam peruenerat, quòd ad Eubœam cum classe profecturus esset: adeò, ut eius insulæ urbes, magno timore correptæ fuerint: & qui ex Græcis, Persarum rebus studebant, sicuti Lacedæmonij, ad nouarum rerum spem arrigerentur. Verũ fortuna Memnonis

*Memnon Dux.*

*Cylades insulæ.*

nonis uirtutem ulterius progredi non permisit. In morbum enim grauem prolapsus, quũ indies eo magis premeretur, decessit. Idq; non mediocre Darei rebus detrimẽtum attulit: qui sibi pro certo persuaserat, bellum totum in Europam ex Asia translatum iri. Sed enim Memnonis morte audita, concilium amicorũ habuit, retulitq; ad eos, utrum Duces cum exercitu adres maritimas mitti censerent, an magis expedire uideret, Regem, adductis omnibus copijs in hostem progredi, & belli fortunam experiri. Tunc quibusdam suadentibus ipsum in aciem prodire, quòd Persæ omnes cupidissimo animo decertaturi essent. Charidemus Atheniensis, uirtute & omnibus artibus imperatorijs præstantissimus, qui sub Philippo rege meruerat, & in omnibus rebus obeundi princeps & consilio optimus erat, Dareum admonuit, ne temerè Imperium suum in aleam committeret, sed illud ipsum, quod longè & latè patebat, in officio contineret. Ducem autem, cuius prudentia explorata haberetur, contra Macedonas mitteret. Ad quam expeditionem centum millium peditatum sufficere dicebat ut eorum tertia pars essent Græci stipendio conducti. Quo uerò dictorum magis fidem faceret, pollicebatur sese bellum illud confecturum. Mouerant regem eiusmodi Charidemi uerba, sedregis amicis diuersa, quæ plus dignitatis habere uidebantur, consentibus, atque eam de Charidemo suspicionem Dareo inijcientibus, quòd belli administrationem sibi demandari cupiebat, uti res Persarum Alexandro proderet. Concitus ira Charidemus Persis ignauiam & timiditatem apertè cœpit exprobrare per quæ factum est, uti Rex offensus obiram, quid expedire uideret, parum prospiceret sed Charidemum zona comprehensum, quod est moris Persarum, apparitoribus interficiẽdum traderet. Qui quum ad supplicium traheretur, exclamauit breui Regem pœnitentia affectum iri, atq; iniuriæ sibi factæ amissione Regni pœnas daturũ. Eoq; modo Charidemus, propter malè tempestiuam loquendi audaciam, ab altiori fortuna & uita deiectus est. Rex postmodum sedata ira quũ mentẽ recepisset, grauiter scipsum facinoris impotenter commissi, incusauit. Sed quod iam erat factum, haud dabatur regia potestate infectum reddi. Itaq; secum, quanta Macedonum fortitudo esset, coniectãs uelutiq; ante oculos Alexandri ad omnia promptitudinem, sibi proponẽs, circumspiciebat quẽnam idoneum Ducem in Memnonis defuncti locum sufficeret. Quumq; nullum inueniret, coactus est ipse ad periclitandam regni sui fortunam descendere. Eo loci igitur omnibus copias euocat, iubetq; Babylona conuenire. Ex amicorum & affinium numero, quos meliores nouerat, delegit eosq; partim ordinibus decentibus præfecit, partim ut secum in certamen cõtra hostem proficiscerent, constituit. Quũq; dies præscripta aduenisset, totus exercitus Babylone coactus est. In quo peditum numerus erat ultra millia quadringenta: equitatus non minor centum millibus. Cum hac tanta multitudine Dareus Ciliceam uersus iter cœpit, secum ducẽs matrem, uxorem, filium unum, & duas filias. Alexander quũ ante

*Memnonis mors.*
*Charidemus.*
*Persicum, zona prehendere.*
*Charidemi mors.*
*Darei copiæ.*





Memnonis obitũ, Chion & urbes aliquot Lesbi ab eo receptas, Mytilenen per uim occupatam esse, atq; cum classe triremiũ trecentarũ & magno peditatu eum in Macedoniã transire uelle, Græcosq; multos ad defectionẽ paratos intellexisset, non mediocri solicitudine afficiebatur, qua omni liberatus est, ut primum de eius morte nuncium accepit. Sub hoc tempus in morbũ acrem incidit. Quunq; indies grauius premeretur, medicos accersiuit, qui omneis, excepto Philippo Acarnane, ut cum remedijs adiuuare possent, uerebantur. Ille medicamentis uehementibus, & præsentaneis uti solitus, promisit per medicatã potionẽ se eum à morbo curaturum. Alexander libenti animo hoc audiuit, imperata omnia facturus quòd iam fama erat, Dareum Babylone cũ omnibus copijs discessisse. Itaq; Philippus data potione, quum & ægrotantis natura, & adiumentũ artis pariter cõniterentur, à morbo prorsus Alexandrum liberauit. Propter quod beneficium magnificentissimè honoratus, atq; inter præcipuos Regis amicos receptus est. Mater autẽ Alexandri, quũ multa, quæ expedirent, filio per literas significasset, inter alia admonuit, uti ab Alexandro Lynciste sibi caueret. Erat is homo fortitudinis egregiæ & prudentia multa præstabat: atq; ei iuxta, ac alijs amicis Regis, fides in omnibus habebat. Accesserũt & rumores alij in eiusdẽ criminationem passim iactati. Idcirco iussu Alexandri, captus & in uincula cõiectus, custodiæ traditur, uti de eo cognitio habeat. Sed enim quũ Alexandro renunciatũ esset, paucorũ dierũ iter Dareũ abesse, Parmenionẽ cum parte copiarũ ad loca, per quæ illi erat transeundũ (portas nuncupabãt) præoccupanda misit. Profectus Parmenio, Barbaris qui iam arctiora ea loca insederant, deturbatis, ipse ibi uictor constitit. Dareus, ut exercitũ expeditũ duceret, impedimẽta, lixas: calonesq; gentem bello inutilem, Damasci quæ est in Syria, reliquit. Audiensq; Alexandrũ angustias locorũ occupasse, inde eum pugnã detrectare arbitratus, magnis itineribus progredi cœpit. Tũc regionum earum homines magna Persarum, multitudine perterriti, Macedonũ paucitatem cõtemnebant: eisq; desertis Dareo se adiunxerũt, cõmeatus, aliaq; necessaria, prompto animo ei subministrantes. Ipsorũ denicq; sententia Persis in manu certissima uictoria esse uidebat. Alexander interim Isson urbem insignem, terrore iniecto recepit. Ibi factus est certior ab exploratoribus Dareum septem millia passuum abesse atq; acie instructa cum ingenti omniũ terrore propius accedere. Existimauit ipse Deorum beneuolentia occasionẽ eam sibi offerri, qua uno certamine Imperium totum Persarum eruere posset. Itaq; oratione accommodata, milites, ad prælium uiribus omnibus ineundum, adhortatus, peditum atq; equitum ordines secundũ loci naturã disposuit. Ante agmen totũ equites constituit, peditum phalangem post illos, uelut i in subsidio esse iussit. Ipse in prima acie ad cornu dextrum cum fortissimis equitibus in hostem contendit. Cornu alterum tenebant equites Thessali, qui alijs omnibus & uirtute & usu præstabant. Postquàm acies ad teli iactum appropinquarũt, tanta uis telorum

*Alexandri ægrotatio. Philippus acarnanes.*
*Alexander Lynciſtes.*
*Portæ.*
*Gens imbellis.*
*Magnus conflictus ad Issum.*

uis telorum à Barbaris in eam partem, ubi erat Alexander, coniecta est, ut missilium densissima multitudo se mutuò collidens ictum inualidũ habuerit. Tubicines autem cum utrinq; bellicum personassent, Macedones primi ingenti uoce in læticiæ signum omnes conclamarunt. Barbaris rursus clamorẽ suum ædentibus, montes propinqui resonarunt, tantusq; fuit sonus ille, ut tubarum clangorem obruerit. Nec mirum, una enim uox quadringentorum millium hominum reddebatur. Alexander omneis hostium parteis circumspiciebat, ut Dareum nosceret. Quẽ ut uidit, subitò cum omni equitatu, quẽ secum ducebat, in eum inuehi cœpit. Neq; tam uictoriæ de Persis obtinendæ intentus erat, quàm ut ipse eius causa fuisse cognosceretur. Ineri enim cæteroomni equitatu simul decertante, multis ubiq; cadentibus, certamen obdimicantium fortitudinem ancipitis erat existimationis, quum & in hanc & in illam partem, factis alternis mutationibus, propenderet. Neq; quispiam aut iaculando, aut feriendo, frustra id ipsum conabatur: quum in tanta hominũ multitudine semper uulneri aliquis expositus esset. Multi aduersis confecti uulneribus cadebant: atq; ita, donec anima eos prorsus desereret, haud cessabant à pugna, ut spiritu prius, quàm pugnandi studio deficerentur. Ipsi uerò Duces ante ordines suos fortissimè pugnam capessentes, alios ad idem faciendum incitabant. Vulnerum species innumeræ, contentiones pro uictoria adipiscenda & diuersæ & magnæ conspici poterãt. Inter hæc Oxathres Persa
*Oxathres.* Darei regis frater, qui maxima fortitudine censebatur, uidens Alexandrum repulsis omnibus, in Dareum contendere, deliberauit eandem cum fratre fortunam experiri. Adsumptisq; secum equitibus, quos meliores ex suis ordinibus nouerat, in Alexandri turmas impetum fecit. Ratus autem pietatem erga fratrem magnum sibi apud Persas nomem comparaturũ, ante eius quadrigas pugnã excepit. Ibiq;, in tali re bene exercitatus, consertis cum hoste manibus, multos interficiebat. Nec Macedones, qui cum Alexandro erant, fortitudine illi cedebãt. Itaq; breui magnus cadauerum cumulus ante Darei quadrigas excitatus est. Quum enim omnes Regi manus inferre studerent, utrinq; acerrimè, absq; aliqua sui seruandi cura, pugnabatur. Ceciderũt in certamine eo multi insignes Persarũ Duces. Inter eos fuit Antixyes, Arrheomithres, & Tasiaces præfectus Aegypti. Macedonum itidem multi desyderati sunt, & ipse rex Alexander in femore est uulneratus, cum magna hostium uis se in
*Darei discrimen.* eum effudisset. Equi autem, qui ad Darei quadrigas iuncti erat, multis confecti uulneribus, & cadauerum aceruis consternati, frenum excusserunt, atque Regem ferme in medios hosteis rapuerunt. Tunc ipse tanto expositus periculo, præter suam dignitatem, & instituta Regum Persarum, coactus
*Persarum Reges habenas attigere haud decet.* est habenas, ad equos retrahendos, suis manibus apprehendere. Adduxerant regij ministri quadrigas alteras, in quas quum transcendere conaretur, & tumultu magno iuxta exorto, hostes uehementer ingruerent, magna animi perturbatione & timore correptus est Dareus. Quod quum à Persis quibusdam





dam in Rege animaduersum esset, ij primi se in fugam coniecerunt, proximisq; equitibus eos sequutis, reliqui demum omnes breui terga uerterunt. *Persarũ fuga.*
Quumq; per loca angusta & difficilia iter eis faciendum esset, mutuò se conculcantes, cadebant multiq;, citra hostilem offensam, interficiebantur. Simul enim coaceruati iacebãt inermes, armati, & aliqui gladios nudos secum habentes, quis multi confossi extinguebantur. Super eos prostratorum hominum cumulos multi cursu incitatos equos impellebant, uti in urbem aliquam amicã se reciperent. Excepit post id pugnam phalanx Macedonica & peditatus Persarum, sed breui certamen illud durauit. Profligati enim prius equites quoddam initium totius reliquæ suorum cladis dederant. Omnibus itaq; Barbaris fusis, quum tot millium turbam fugientem angustiæ locorum noncaperent, citissimè eorũ stratis cadaueribus, omnia sunt repleta. Sed no cte superueniente, data est Persis, qui superfuerãt, cõmoditas ad regiones suarias se conferendi, quũ Macedones, persequutione omissa, ad prædam diripiendam restitissent. Maximè omniũ in tabernacula regia cõcursus factus est, ob rerum pretiosarũ copiam, quæ in eis erat. Magna argenti, auri uis, &
*Persicæ mulieres maritimos in bellũ sequũtur.* uestes quamplurimæ, ac magnæ æstimationis illinc abreptæ sunt. Affinium etiam, amicorũq; Regis, & cæterorũ Ducũ res diuitissimæ multæ passim trahebantur. Nõ tantum enim regiæ mulieres, sed & eius necessariorũ uxores, curribus deauratis uectæ, de Persarũ more maritos in bellum sequi, proq; opum suarũ amplitudine, & pro delitijs quibus innutritæ sunt, apparatũ & mundum muliebrem sumptuosissimũ secum deferre solitæ sunt. Huiusmodi fœminarum captiuitas nulli non uehementissimã miserationem commo
*Miserabilis fœminarum captiuitas.* uisset. Quæ enim prius ob mollitudinem carpentis ornatissimis uix cõmodè uehebantur, & corporis sui nihil non tectum habebãt, tunc simplicem indutæ tunicam, eam manibus lacerabant. Cumq; eiulatu magno è tabernaculis se proripientes Deos inclamabant, & ad uictorum genua sese prouoluebãt. Aliæ manu uestem subleuantes, capillis passis, in loco quædam inuia discurrebant, obuiamq; simul factæ alteræ ab alteris opem implorabãt. Erant quæ miseræ ab hoste capillis traherentur, quibus ne discerpto uestitu innuda corpora uiolentæ manus inijcerentur. Et nonnunq; ima bastilium parte uerberabantur, omneq; genus cõtumeliarum in honoratissimam illam & celeberrimam Persarum fortunam effundebat. Sed Macedones, qui benigniores ingenij erãt, multũ, ad tantæ uarietatis fortunæ conspectũ, moti, infelicium fœminarũ calamitatem miserabantur quæ cõmodis, & maximis suis rebus priuatæ, in aliena hostilia q; omnia, in probrosam denique captiuitatẽ deuenissent. Maximè uerò adstantibus lachrymas & tristem animi ãffectũ excitauit
*Miserrimus status familiæ Darei.* Darei mater, uxor filiæ duæ nubiles, & filius teneræ adhuc ætatis. Immutatæ enim fortunæ & extremarũ calamitatũ illud manifestum spectaculũ, meritò inspicienti cuiuis sensum contristabat. Ignorabant illæ quomodo cum Dareo actum esset, num adhuc uiueret, an cum prælio occubuisset. Videbant

bant armatos hosteis ad tabernaculum diripiendum irrupisse: qui fœminarum conditionē ignorantes, indecora multa palàm committere nō uerebantur simulq; Asiæ imperium iuxta acipsas in alienam concedere ditionem. Dum Persarum uxoribus supplíciter ab eis opem petentibus, nihil adiumenti ferre poterant, sed uicissim ab illis implorabant, uti subsidio aliquo calamitatem suam subleuarent. Alexandri autē regis ministri, occupato Darei tabernaculo, lauacra & epulas, quibus ille uti solitus erat, parauerunt, lampadesq; multas accenderunt, & ita Alexandrum à Darei persequutione redeuntem susceperunt, ut Regis illius apparatu apprehenso, in Imperij Asiæ possessionem uenisse uideretur. Cæsa sunt in hoc prælio ad centum uiginti millia pedítum Barbarorum, equitum haud minus decem millibus. Macedones uerò pedites circiter trecenti: equites centum quinquaginta desyderati sunt. Huiusmodi sunt exitus prælij ad Issum Ciliciæ cōmissi, in quo uictus Dareus, equis identidem mutatis, ut in cursu sufficerent, fugam arripuit. Alexādri insequentis manus euitare, & ad superiores præfecturas peruenire maximè contendens. Eum rursus Alexander, cum meliorum, & quos præcipuè amicitia iunctos habebat, equitatu acriter insequebatur. summo potiendi eius studio ardens. Quunq; stadia ducenta progressus esset, ad suos nocte ferè media est reuersus. Vbi quum balneo se multo confectum, labore recreasset, quieti & deinceps cœnæ indulsit. Interea ad Darei uxorem & matrem accedens quispiam, Alexandrum à Dareo persequendo, quem cepisset redisse nunciatur. Indéque ploratus, & clamores magni à mulieribus excitati sunt: reliqua ue omnis captiuarum multitudo ad tam tristem nuncium in luctuosas prorupit lamentationes. Quod quum Alexander intellexisset, Leonnatum, unum e familiaribus suis, ad eas misit, qui tumultum sedaret, ac Sisyngambrim & alias, quæ cum ea erant, de uita Darei certiores eas faciens, quodq; Alexander earum dignitatis rationem habiturus, & prima luce eas salutaturus, atq; re ipsa humanitatem suam ostensurus esset, significans consolaretur. Eo peracto quum præter opinionem, & prorsus insperata melior fortuna captiuis mulieribus accidisset, omisso luctu, Alexandrum numinis instar uenerari cœperunt, qui diluculo primo secum assumpsit Hephæstiona ex amicorum numero honoratum ualde hominem, & ad illas intrauit. Quunq; eorum uterq; cōsimilem uestitum haberet, magnitudineq; & specie, Regi, Hephæstio præstaret, Sisyngambris eum Regem esse rata, supplex adorauit. His uerò qui adstabant, nutu & digito, qui nam Alexander esset, indicantibus, ob errorem commissum pudore affecta mulier, Alexandrum repetita salutatione uenerata est. Ibi Alexander: Nihil est inquit ô mater, quod solicita sis: hic enim etiam est Alexander. Qua humanissima appellatione matris erga mulierem grandem natu, manifestum clementiæ suæ specimen captiuis fœminis exhibuit: confirmansq; eam sibi deinceps secundam matrem fore. Quod dicebat, re statim certum fecit. Ornamenta enim, quibus Reginæ uti solent, omnemq;

*Cæsorum numerus.*

*Alexandri humanitas.*

*Hephæstion.*

*Hic etiam est Alexander.*



omnemq; pristinam dignitatē ei decenter honoratæ restituit. Famulatum, quem sub Dareo habebat, totū ei concessit, aliumq; insuper non minorē adiunxit. Virginū duarum uti nuberent, haud minorem curam Dareo patre se initurum, puerumq; nō secus, ac si filius sibi esset, educaturū spopondit. Quē accitum ad se exosculatus, cum aspectu firmo, & imperterritū esse eum conspexisset, conuersus ad Hephæstionē aliosq;, qui cum eo erant. Hic inquit puer sex natus annos uirtutē supra ætatem præse fert, longeq; patre suo est melior. Recepit etiā sibi curæ fore uxorem Darei, nequid indignū fortuna priore pateretur: multaq; alia misericordiæ & benignitatis plenissima loquutus, fecit ut mulieres ob insperatæ læticiæ magnitudinē, in effusissimas lachrymas profunderent. Ad confirmanda uerò omnia quæ dixerat, dexterā suam eis porrexit. Atq; ex tanta humanitate, nō tantum beneficio eius affectæ mulieres sed totus exercitus laudatione maxima eum est prosequutus. Ego quidem ex omnibus rebus, quas maximas & pulcherrimas gessit Alexāder nullam hac magis æstimandā & historiæ monumentis dignioré iudico. Expugnatæ enim urbes, cōflictus, & alia quæ ei prospera cuenerunt, fortunæ potius, quàm uirtuti eius imputāda uidentur. Quòd autē in licenti adeò potentia misericordiā calamitosis imptitus sit, solius prudētiæ eius id munus fuit. Pleriq; omnes fortuna aspirante felicem rerum suarū exitum nacti, inflantur, insolescunt, ac per superbiā humanos & cōmuneis casus parum consyderant. Indeq; non pauci conspiciunt secundam fortunam non secus ac grauissimum onus, minus cōmodè sustinere. Alexander igitur, qui ante hanc nostrā ætatem seculis multis uixit, iustissimā & maximè meritā in hac sua historia cōmendationem à posteritate consequat. Dareus quum Babylona peruenisset, eos, qui cladi ad Issum acceptæ superfuerāt, collegit, neq; animo in tanta calamitate fractus est, sed literas ad Alexandrū misit, uti fortuna prospera, humanè frueretur, & captiuorū redemptionē non negaret: magnā ab se pecuniarum uim propter id accepturus. Addit etiā, se omnem eam partē Asiæ, quæ est intra Halym urbeisq; ibi positas ei cōcessurum, si fœdus amicitiāq; secum habere uellet. Alexander epistolam hanc Darei suppressit, aliamq; in propositum suum, & quemadmodum expedire sibi uisum est, confixit, quam habito amicorum concilio ostendit: atq; ita legati re infecta discedere coacti sunt. Tunc Dareus, omni spe pacis per literas obtinendæ abiecta, apparatum belli maximum iniuit. Eos qui fugientes ex prælio arma reliquerant, armauit, delectum nouorum militum habuit, quos in ordines descripsit. Copias ex præfecturis superioribus, quas in priori pugna, ob studium proficiscēdi ocyus in expeditionem omiserat, accersiuit. Tantaq; cura in apparatum eum incubuit, ut hominū numerū, quos ad Issum habuerat, duplicauerit. Octingenta enim peditum, equitum ducenta millia coēgisse dicitur: præter hæc falcatos currus complureis. Hæc autem omnia præsenti anno gesta sunt.

*Infantis generositas.*

*Egregia Alexandri laudatio.*

*Secūda fortuna ut graue onus.*

*σπαρτήγματα.*

*Copiæ magnæ Darei.*

REGNI

## REGNI ALEXANDRI ANNVS QVARTVS.

SVCCEDIT annus, quo Athenis Niceratus princeps, Romæ M. Attilius, & M. Valerius consules fuerunt, & Olympias duodecima supra centesimã acta est: qua uictor in stadio fuit Gryllus Chalcidensis. Eo tempore Alexander Macedonas, qui in prælio occubuerant, & ex hostibus, quos strenuè pugnantes cecidisse intellexit, sepelíri curauit Deosq; magnificentissimo honorauit sacrificio. Illos qui egregiam operam in certamine nauauerãt, magnis muneribus est prosequutus. Aliquot uerò diebus exercitui ad quietem concessis, déinde in Aegyptum contendens ad Phœnicią puenit, ubi urbeis omneis facilè recepit locorũ cultoribus ultrò se ei dedentibus. *Magna Tyri oppugnatio.* Sed enim Tyrij, quum Alexander ad eos causa faciendi sacri in honorem Herculis Tyrij ire uellet, ut in urbem suam intraret, recusarunt. Quam rem molestissimè ferens Alexander, comminatus est, se eos expugnaturum. Illi nihil territi, oppugnationem sustinere, quo Dareo gratificarentur, deliberauerunt: eo pacto incolumem sese cum eo amicitiam seruaturos, atque insuper ex tanto beneficio, amplissima munera consequuturos esse arbitrati: quum obsidione diuturna & periculosa Alexandrum distracturi essent, ut Dareo spacium, ad belli apparatum perficiendum, daretur. Reponebant etiam plurimum spei in situ insulæ munitissimo, & omnium rerum bello utilium copia, quam habebant. A Chartaginiẽsibus quoq; stirpe nimirum sua, opis aliquid expectabant. Alexander autem quum mari haud facilè in urbem inuadi posse, quòd operibus mœnia essent firmissima, & classem Tyrij haberent, terra quoque rem ferme impossibilem esse animaduerteret, quum insula à continenti stadijs quatuor seiuncta esset, nihilominus pericula & labores omneis subire decreuit, ne ab una atque mediocri ciuitate copiæ Macedonum contemptui habitæ uiderentur. Confestim itaque Tyronueterem diruit, lapideisq; eius à multis hominum millibus comportari fecit, atque aggerem pedes ducentos latum extruere instituit. *Tyros uctus.* Accitis autem undiq; propinquarum ciuitatum hominibus, non multo temporis interiecto, per tantam operantium multitudinem, molem eam absoluit. Tyrij initio ad inchoatum opus nauibus accedentes, Regem irridebant, quòd Neptuni uires se coërcere posse confideret. Sed quum præter oppinionem iam illud creuisse conspicerent, pueros, fœminas & senes Carthaginem transportare decreuerunt. Iuniores firmi roboris ad mœnia propugnanda delegerunt: & triremeis octoginta, ut prælium nauale committerent, instruxerunt. Tandem quum festinantes puerorum & senum partem Carthaginem deuexissent, laborãtium ad opus ingenti numero, & hostili classe, quum ad resistendum impares essent, præuenti & in urbem cõpulsi sunt, atq; ita ex omni parte oppugnari cœperunt. Habebant autem prius tormenta, machinasq;



machinasq; propugnationi idoneas complureis, tuncq; nouas & uarias moliri non cessabant. Quæ res eis haud erat difficilis, propter fabrorum, qui machinas struerẽt, aliorumq; omnis generis artificum Tyri cõmorantem multitudinem, à quibus omnifariam & peregrina instrumenta multa excogitata & cõfecta sunt. Hisce circumcirca totum urbis murum Tyrij repleuerũt, *Tyrij inducstrij.* maximeq; ad eam partem, ubi agger mœnibus erat propinquior, quem ubi ad teli iactum iam Macedones produxerunt, ostentum à Deo quopiam, ad imminentem cladem denunciandam, immissum est. Fluctus enim è mari ad *ostentum.* molem eam incredibilis magnitudinis Cetum appulerunt, unde nihil incommodi factũ est Corporis enim parte altera aggeri acclinata, diutius ibi constitit, cum maximo inspicientium omnium terrore. Rursus demum in mare enatauit. Hinc q; religio maxima utrosq; occupauit, existimãteis illud portendere Neptunum sibi auxiliarẽ fore, animo utiq; in id quod optabant inclinato. Signa etiam alia, quæ merito anceps & trepidum uulgus redderent, *Facies cruentatæ.* contigerunt. Apud Macedonas, inter prandendum, panem mandentium facies cruentatæ uisæ sunt. In urbe quidã uisum huiusmodi sibi apparuisse narrauit, tanquàm Apollo dixisset, Tyriam urbem sibi deserẽdam esse. Id ipsum quum ab eo homine in Alexandri gratiam confictum fuisse plebs suspicaretur, ianq; lapidibus eum impetere iuniores quidam uellent, à magistratibus subtractus ille è medio in Herculis templum confugit, atque ita Dei præsidio, quem implorauit, ab imminenti pœna est liberatus. Sed nihilo magis Tyrij eius rei superstitione se exoluerunt qui catenas aureas Apollinis signo iniecerunt: ita impeditum non amplius è ciuitate posse eum demigrare censentes. Verum enimuerò quum aggeris incrementum iam Tyrijs formidinem faceret, scaphas complureis scorpionibus, catapultis, sagittarijs & funditoribus repleuerunt, atque ita ad eos, qui in aggere operabantur, appulsi multos uulnerabant, nec pauciores interficiebant. In densam enim illam, & inermem operariorum turbam, quum tela multa & omnis generis conijcerentur, nullus ictus, utpote in expositos & indefensos, frustra erat. Ad hoc non tantum aduersi, sed & à tergo, ob aggeris latitudinem angustam, feriebantur. Néque aliquis ab eo incõmodo sibi cauere poterat, quum utrinq; ab hostibus tela immitterentur. Tunc Alexander ad huiusmodi detrimẽtum amouendum, naueis suas omneis milite instruxit, ipseque primus eas in Tyriorum portum agere instituit, quo reditum his, qui suos inuaserant, intercipe- *Nauium Alexandri apparatus.* ret. Illi ueriti, ne Alexander portũ obtinens, urbem propugnatoribus uacuam occuparet, summa festinatione ad urbem se conferre cœperũt. Atq; ita maxima contentione utriq; ut præuenirẽt remulco connitebant. Ianq; Macedones portui appropinquabant, & parum abfuit, quin Phœnices omnes interficerentur: nauibus, quæ ultimæ erant, amissis. Reliqui in urbem euaserunt. Alexander magna spe deiectus, ad aggerem perficiendum se conuertit, nauibusque multis excubantibus, fecit, ut operarij tuti essent. Iam aggere urbi

proximo

*Cauri uirtus* proximo palàm erat de facili eam capi posse, ecce uentus Caurus uehemens obortus operis partem euertit. Tunc Alexander uidens etiam sine hostium ui per se molem fatiscere, multum animo est commotus: ut quid consilij capiendum esset non satis prospiceret, atq; oppugnationis cœptæ iam eũ pœniteret. Tandem laudis cupidine arrectus, arbores maximas in mõtibus concidi, & ad mare comportari fecit: demersasq; simul cum ramis eas aduersum fluctuum frangẽdam obiecit. Celeriter etiam ea aggeris parte, quæ decíderat, refecta, operãtium multitudine ita opus promouit, ut ex eo in urbem telum adigi posset. Positis autem in extremo machinis saxa in urbis murum conijciebat, & eos, qui in mœnium propugnatione erant, grauiter offendebat. Adiuuabant sagittarij & fundítores, per quæ oppidani multi uulnerabantur. Contra hæc Tyrij, apud quos consueti aquis homines, & machinarum artífices erant multi, remedium miri ingenij adhibuerunt. Vt enim capultis obsisterent, orbeis quosdam, crebris distinctos radijs, construxerunt, hosq; machinis subter mare immittentes, tela, quæ emitti deberent partim cõfringebãt, partim cripiebant, omnibusq; alijs, quicquid uirium in ipso ictu habere possent comminuebant. Lapides autem, qui in murum torquerentur, emollíente & macerantí quodam medicamine ita putridos reddebant, ut eorum impetus extormentis parum obesset. Rex autem, dum ita ad aggerem contendítur, cum classe tota mœnibus circumuectus, curiosè ea cõsyderauit, ut pro certo, & marí, & terra, eum oppugnationem initurum esse crederetur. Non ausi sunt Tyrij cõtra Macedonas in marí progredi, sed in faucibus portus naueis treis in certamen adduxerant. In eas Alexander conuersus, omneis superatas, confregit, deinde in castra mílites reduxit. Deliberauerant Tyrij mœnia urbis duplicia facere, quòd non crederent, quinq; cubitorum murum sufficere oppugnationi sustinendæ. Itaq; murum altero tanto latum extruere cœperunt inter quem & priorem, quod erat interualli, aggere & lapídibus complebant. Alexãder interim coniunctis aliquot triremibus, machinisq; omnis generis superimpositis, mœnia hostium aggressus, ad centum pedum spatiũ ea diruit perq; apertum locum irrumpere conabatur in urbem. Sed Tyrij densissimam telorum uim conijcientes, coẽgerunt, uti pedem cum suis referret. Atq; nocte superueniẽte, nouum murum in deiecti locum excitarũt. Iam uerò aggere urbi coniuncto, quũ Tyros peninsula facta esset, pro mœnibus, maxima & acerrima certamina cõmitti sunt cœpta. Oppidani enim immínentem sibi perniciem præ oculis habentes, & quodcunq; calamitatis genus captiuis accidere soleat, secum reputantes, eo animo periculis omnibus se offerebant, ut mortem susq; deq; facerẽt. Quunq; Macedones altas & mœnibus æquas turreis propius adduxissent, atq; inde pontibus muro applicatis multi in mœnium pinas audacter transirent, Tyrijs remedia multa contra hostium conatum, ex industría, & ingenie fabrorum, qui uaria instrumẽta bellica excogitarunt, suppetebant. Confecerant hi tridenteis maximos hamorum

*Alexander laudis auidus.*

*Mirę artis machinæ.*

*Tyros facta peninsula.*

*Tyriorum industria.*



morum instar aduncos, quos in Macedonas de turribus pugnantes iniijciebant. Quunq; clypeis infixi essent, eos funibus, unde reuincti erãt, ad se retrahebant. Erat igitur necesse, aut arma abijcere, atq; ita apertos cõtra tela, quæ innumera mittebantur, se exhibere: aut retentis ob pudorem armis, tractos è turribus altis cadere & mori. Alij etiam piscatorijs retibus hosteis inuoluentes, quum manus explicare non possent, attrahebant, atq; in terram deijciebant. Sed aliud quoddam acrius ad Macedonum uirtutem coẽrcendam excogitauerunt, quo fortissimos uiros multos dura & inexplicabili calamitate affecerunt. Scuta aliquot ænea & ferrea fabricati sunt, hisq; arena repletis flammam continuam subijciebant, donec ígnita & candẽs arena fieret, quam demum per machinam quandam in hosteis, audacius cæteris pugnanteis, effundebant, atq; supplicio extremo eos afficiebant. Illa enim intra thoraceis & tunicas penetrans, cutem grauissimè torquebat. Neq; ita cruciatis militibus subsidium inueniri poterat, quòd proximos, à quibus magno clamore opem implorabant, pestis eadem comprehendisset. Destituti igitur auxilio, cum uehementissimus ille dolor in furorem eos adigeret, miserabiliter interibãt. Eodem tempore ígnem, iacula, lapides innumeros in hostẽ Phœnices mittebant, ut magnæ telorum multitudini Macedonum fortitudo succumberet cogeretur. Asseribus insuper, quibus falces adnexæ erant, arietum armamenta abscindebãt ne deinceps ualidas in quatiendo uireis haberent. In hostium frequentiã, de machinis candenteis magnas laminas ferreas iaculabantur, quæ in tanta turba semper aliquos attingebãt. Coruis & manibus ferreis ex propugnaculis hosteis arripiebãt, omneis deniq; Macedonum machinas inutileis reddiderãt, pugnantiumq; magnum numerum ceciderãt: quum tamẽ in ea tanta rerum perturbatione, & difficultatibus adeò asperis, Macedonum animi minime reprimerentur, sed super suorum cadauera euntes, aliorum calamitatem nequaq; in terrorẽ suum uerterent. Interea Alexander ad catapultas consistens, saxa in murum torqueri, & ex ligneis turribus, per scorpiones ingentem telorum uim in oppidanos, qui mœnia summa tuebantur, conijci faciebat. Tyrij contra orbicularibus machinis (ut díximus) subter aquam immissis, catapultarum tela, aut cõfringebãt, aut aliorsum auertebãt. Consuta etiã corria ad excipiendum missorum lapidum impetũ, muro prætendebãt, & eosdẽ ui illa molliente dissoluebãt, ut nihil ictu suo offenderent. Omni igitur modo fortissimè propugnãtes quum uirorum dimicantiũ affatim haberẽt, iam in hostem audentiores facti, desertis mœnium turriumq; stationibus ad ponteis, qua Macedones transibãt, se conuerterunt, firmaq; acie cõtra hosteis instructa manus strenuissimè, ut patriæ salus exigebat, conseruerunt. Erant nonnulli ex ipsis, qui securibus pugnantes, ut quẽq; hostem obuium habebãt, ei expositam corporis partem detruncarent. Ibi Admetus unus è Macedonum Ducibus, magnitudine animi & corporis robore præstantissimus, dum Tyriorum conatibus alacriter obsistit, securi caput medium pcussus,

*Corui.*

*Macedonum pertinacia.*

*Admeti mors.*

subi duitam, Heroís instar amisit, ac reliqui omnes uictoribus Tyrijs cedere coacti sunt. Quod quum Alexander uidisset, nocte inita, per tubicines exercitum excitauit, oppugnationeq; omissa castra in Agyptũ mouere constituit. Postmodũ laudem, quam de superato hoste expectauerat, Tyrijs se coactũ relinquere ignominiosum existimans, sententiã mutauit, solusq; Amyntas Andromenis F. id ipsum cõprebauit. Itaq; rursus ad perficiendum, quod cœperat, conuersus, habita concione Macedonas est hortatus, ne se ipso deteriores esse uellent in hoste oppugnãdo, classemq; instructã urbi circunduxit, quò mari simul & terra Phœniceis premeret. Intelligẽs autẽ ad eam partem ubi erat nauale, infirmiora esse mœnia illuc triremeis cum machinis inuexit: atq; ibi rem ferme spectantibus incredendam facere est ausus. Eturri enim lignea ponte applicato, urbis murum solus conscendit, nihil ueritus, quòd sibi fortuna tacinus tam gloriosum inuidere posset, neq; acerbissimo hostium animo in se commotus, sed rem Macedonum suorum conspectu geri gaudens, eis subsequi iussis, ipse ante omneis, hostium resistentiũ, quosdã lancea, quosdam ense cõficiebat, nonnullos clypei impulsu deturbabat: quæ audacia multum animos hostium comminuit. Interim quum alibi aries pars muri magna fuisset diiecta, atq; intra urbem irrueren. Macedones, ianq; multi per pontem Alexãdro se adiũxissent, urbs tandem Tyros capta est. Oppidani nõ tunc etiam fortitudinis suæ oblíti sunt, sed mutuò se animantes, uiarum angustias cõmunierunt, ibiq; omnes, plures septem millibus, præter paucos cæsi sunt. Pueri & fœminæ in captiuitatem tracti iuniores qui erant ad duo millia, Alexander suspendi iussit. Captiuorũ tredecim millia numerata sunt, quũ tamen prius multitudo puerorum & fœminarum ingens Carthaginem fuisset comportata. Tyrij igitur strenuè magis, quàm prudenter oppugnationem subeuntes quum menseis septem sustinuerunt, in diram adeò calamitatem delapsi sunt. Apollíni catenas aureas, & compedes à Tyrijs iniectas, Alexander detraxit atq; Philalexandrum appellari iussit. Herculi magnificentissimum sacrificium peregit. Milites, qui egregiam operam in bello nauassent, honorauit. Mortuos honestissimè sepeliri curauit. Tyri Ballonynũ regem fecit, cuius mentionem accuratè facere, propter casum admirabilem, haud ui detur indignum. Erat prius in ea urbe Rex Strato, quo, ob Darei amicitiam de principatu iecto, Alexander Hephæstioni permiserat, uti hospitium suorum quem uellet, Tyri Regem deligeret. Is quo hospiti, apud quem diuerte bat, gratias referret cum principem nominari constituerat, qui & opibus & dignitate magna præditus, quum nullo cognationis gradu regium genus cõtingeret, beneficium oblatum recusauit. Tunc Hephæstioni, quis nam stirpis regiæ extaret, requirenti, indicat quendam à Regibus genus ducentem, prudentem, atq; optimum, sed paupertatis extremæ hominem superesse. Ad illum Regni tradendi causa protinus Hephæstio cum regali amictu contendit: inuenitq; in horto mercede aquã de puteo trahentẽ, crassissimo indutum panno

*Desperatio Alex.*

*Incredibilis Alexandri audacia.*

*Tyros capta.*

*Duo millia Tyriorum suspensa.*

*Apollo Philalexander.*

*Admirabilis Ballonyni fortuna.*



panno, ei quid moliatur Hephæstío exponit. Regía ueste atq; alijs decentibus ornamentís apparat productũ in forum, Tyrijs regem esse iubet populo líbenter eiusmodi fortuitæ & prorsus mirabilí rei assentiente. Atq; ita Alexandro amicissimus ille Regnũ tenuit: Fortunæ supra modũ uariantis, hominibus imperitis exemplum manifestissimũ. Nos uerò quuũ Alexandri res diutius tractauerimus, aliorsum enarrationẽ nostram cõuertemus. In Europa Agis Lacedæmoniorũ rex, receptis octo míllibus ære merentiũ militũ, qui ex prælío aduerso ad Issum euaserãt, nouis rebus, in Darei gratiã animũ intendit. A quo naueis & pecuniã magnã quum obtinuisset, in Creta trãsmísit: ubi urbeis cõplureis captas, in Persarum parteis traxit. Amyntas autẽ qui prius è Macedona ad Dareũ perfugerat, prelioq; ad Issum Ciliciæ facto interfuerat, cum persis exacie cum hominũ quatuor millibus, qui stípendia faciebant, incolumis discedens Trípolim, quæ est in Phœnicia prius, quam Alexander eò contenderet, peruenit. Ibi è classe naueis, quæ militi suo portando sufficerent, accepit, reliquas omneis incendit. Trajciensq; in Cyprum, & naueis & copías illinc obtinuit, cum quibus Pelusium uauigauit. Eiusq; potí tus, uulgo iactabat, Ducem se ad eos missum fuisse à Dareo, quum Aegypti præfectus in Ciliciensi pugna occubuisset. Deinceps Memphim profectus, regionis popularcis, qui in acie ante urbem constiterant, superauit. Postq; uictoriam quum milites eius populabundi, prædæ congerendæ solutis ordinibus intenti essent, ecce ibi facta ex ui be eruptione, oppidani & Amyntam, & suos omneis ad internectionem occiderũt. Eoq; modo Amyntas, qui res magnas tentauerat, à quibus minimè suspicabatur, oppressus est. Pariter & alij Duces præfectiq;, cum aliqua militum manu de pugna ad Issum euadentes, Persarum res non desponderunt, sed partim ad urbeis firmiores & opportunas secon ulerunt, easq; in Darei fide retinuerunt. Partim nationes & populos ad reparandas copias induxerunt, quibus cum tempore maximè necessario, afflictis rebus subueniebant. Amphictyones autem in Græcia legatos quindecim, qui auream coronam, rei bene gestæ præmium, Græciæ nomine afferrent, partamq; uictoriam gratularentur, ad Alexandrum mittere decreuerunt. Qui ad urbem Gazam persarum præsidijs bene firmatam castris motis, eam duorum mensium obsidione per uim occupauit.

*Amyntæ comatus magni & obitus.*

*Tripolis.*

*Amphictyonũ legatio.*

*Gaza.*

## REGNI ALEXANDRI ANNVS QVINTVS.

IAM Athenís príncipe Arístophane, Romani cõsules magistratum inierunt Sp. Posthumius, & T. Veturius. Tunc Alexander peracta Gazæ oppugnatiõe, Amyntam cum nauibus decem in Macedoniam remisit ut iuuenum, qui militiæ idonei ibi essent, delectum haberet. Ipse cum omnibus copijs in Aegyptum intrauit, urbeisq;

*Transitus Alexandri in Aegyptum.*

omneis, citra laborem quempiam recepit. Aegyptij enim, quòd à Perſis multa impiè in ſacra ſua commiſſa fuerant, crudeleq; illorum erat Imperium, læto animo Macedones ſuſceperunt. Compoſitis Aegyptijs rebus, Alexander ad Hammonis templum proficiſci cõſtituit, à Deo ſciſcire quædam ſummopere cupiens. Quunq; iam itineris dimidium progreſſus eſſet, Cyrenenſium legati ei occurrunt, coronã & munera ampla apportantes, in quis erant equi bellatores trecenti, & firmiſſimæ quadrigæ quinæ. Exceptis benignè eis Alexander & ſocietatem & amicitiam ſuam dedit. Poſtea cum ijs, quos comites ſumpſerat, ad templum occepit pergere. Quunq; ad terrã deſertam & aqua carentem, ubi arenæ uis immenſa erat, peruenirent, accepta ſecum aqua, illaciter faciebant. Intra diem quartum aqua omni, quam ſecum ferebant, abſumpta, defectu eius magnopere conficiebantur: ingensq; ſolicitudo omneis corripuerat. Tunc pluuia magna derepente facta eſt, qua præter expectationem quum à ſiccitate eſſent recreati, exiſtimauerunt eam Dei prouidentia ad ſe ſeruandos miſſam fuiſſe. Iterum igitur aqua de conualle quadam hauſta, quantum in dies quatuor ſuppeteret, ſecum portauerunt. Intra quod tempus regionem, quæ aquæ indigentia laborabat, tranſierunt. Quum uerò recti itineris ratio propter arenæ copiam non conſtaret, duces regem admonuerũt, crocitantes coruos ſemitam, quà ad templum eundum eſſet, demonſtrare. Id ipſum Alexander in omen fauſtum traxit, interpretatusq; Deum grate aduentum ſuum accipere, magna alacritate progrediebatur. Primò ad ſtagnum, quod amarum nuncupant, peruenit. Deinde ſtadia centum quum iuiſſet, urbeis, quæ Hammonis dicuntur, acceſſit. Illinc diei unius itinere facto, delubrum tandem attigit. Cuius regio undiq; deſertis, & aquæ egentibus, prorſusq; omni humano cultu carentibus locis circundata, ipſa tamen in latum & longum ſtadia quinquaginta patens, multis, amœnisq;, & potu ſalubribus aquis irrigatur, & arborũ omnis generis maximè, quæ fructus gignãt, referta eſt. Aëris clementiam, qualis propemodum ſolet eſſe uerno tempore, habet. Quunq; finitima omnia intolerandis æſtibus caleant, locus hic ſolus temperie ſua degenteis ibi mirificè recreat. Templum ab Aegyptio Danao poſitum fuiſſe aiunt. Regionem ſacram circumhabitant ad meridiem & occidentem Aethiopes, ad ſeptentrionem Aphri, qui Numidæ dicuntur, eisq; uerſus mediterranea coniuncti Naſamones. Interius loca omnia tenẽt Hammonij, in quorum medio eſt arx cum munitione triplici. Prima regiam, principum ueterum. Altera gynæceum, puerorum, fœminarũ propinquorumq; regis domicilia, loci totius propugnaculum, delubrum Dei, ſacrum fontem, in quo, quæcunq; Deo offerenda ſunt, prius abluuntur, continet. Intertia ſpiculatores, qui circa principem ambulare ſoliti ſunt, habitant. Ibidemq; eſt eorum militum receptus, bene firmatus munimentis. Haud longè ab ipſa arce, alterum extat Hammonis templum, multis magnisq; arboribus inumbratum, prope quod fons eſt, qui obid, quod ei accidit, Solis nuncupatur. Habet enim

*Profect. Alex. ad Hammonẽ.*

*Corui itineris duces.*

*Stagnum amarum.*

*Templi Hãmonis deſcriptio.*

*Danaus.*

*Fons Solis.*



enim aquam, ſecundum horarum ſpatia, mutationes mirabileis facientem, Ad primũ diei ortum, repida exit de fonte. Progrediente die ad horarum additamenta paulatim frigeſcit, donec meridie æſtuanti ipſa ad ſummam redigatur frigiditatem, quam rurſus per momenta ſua remittit ſenſim, uſq; ad ſolis occaſum nocteq; ineunte uſq; ad mediam, ſemper magis incaleſcit. Inde calore deficiente fit, ut circa lucem priſtinum ſtatum prorſus recuperet. Dei ipſius ſimulacrum ex ſmaragdis alijſq; gemmis eſt coagmentatum, æditq; oracula peculiari quodam modo. Circumfertur enim aurea naui ab octoginta ſacerdotibus, qui humeris Deum ultrò geſtant, quò ei uoluntatem progredi endi eſſe nouerunt. Subſequitur per uias omneis ingens uirginum matronarumq; turba pœanas canentium, Deumq; cantu patrio laudãtium. Alexander itaq; in templum à ſacerdotibus ductus cum diuinum ſimulacrum contemplaretur, Vates, uir grandis natu, accedens ad eum, Salue inquit ô fili, & appellationem huiuſmodi à Deo habeas. Suſcepit Alexander, Accipio eam ô pater, deinceps tuus dicar, ſi tamen mihi terrarum omnium dominiũ conceſſeris. Tunc uates in templum ſe retrahens, quum uiri, qui Deum ſublcuauerant, ad certa quædam uocis indicia moti eſſent, reſpondit firmiſſimè Deũ ei quod petebat, promittere. Ibi Alexander de cæteris etiam, quæ ſcire expeto, mihi inquit ô Numen reſpondeas: anſcilicet omneis parentis mei interfectores ultus fuerim, num ùe eorum aliqui pœnam euaſerint. Vates tunc exclamauit. Haud perperam loquaris: nõ enim eſt mortalium quiſpiam, qui genitori tuo inſidias poſſit tendere. Philippi quidem peremptores omnes ſupplicio ſunt affecti. Argumento uerò ſit tibi, quod è Deo ſis genitus magnitudo rerum, quas feliciter geſſiſti quodq; hactenus à nullo fueris ſuperatus, & in poſterum ubiq; inuictus ſis futurus. Delectatus mirificè Alexander his oraculis, ampliſſima Deo obtulit munera, inq; Aegyptum eſt reuerſus. Ibi quũ urbem ædificare decreuiſſet, eis quos negocio præfecerat, iniunxit, interpaludem & mare quem locum ipſe diligenter metatus & ad regiones urbis ponendas partitus fuerat, eam extruerent. uoluitq; Alexandriam de ſuo nomine appellari. Cuius poſitio commoda ualde electa eſt, ob uicinitatem portus Phari. Rectêque inuicis diſponendis illud fuerat conſyderatum, ut omnes flatu uentorum, qui Anniuerſarij dicuntur, inſpirarentur. Ii perlatiſſimum pelagi æquor effuſi, urbis aërem refrigerant, unde ſalubertima temperies redditur habitantibus. Circuitum ipſum mœnium, & magnitudine, & munitionibus, admirabilem prorſus effecit. Quum enim inter magnam paludem & mare poſita ſint, duos tantum terra aditus habent, qui bene firmati ſunt, ut facilè defendi poſſint. Oppidi forma prope chlamydi conſimilis, habet plateam, à qua ciuitas quaſi media diuiditur, magnitudinis & elegantiæ incredibilis. A porta enim ad portam pertingẽs in longitudinem ſtadia quadraginta, in latum pedes centum perficit: domibuſq; & templis magnificentiſſimis undiq; eſt exornata. Iuſſerat Alexander ut ipſa regia & ampla & operibus præ-

*Hammonis ſimulacrum.*

*Salue ô fili.*

*Alexãdriæ urbis ſitus & magnitudo.*

*Eteſiæ.*

claris admirabilis maximè fieret. Neque hic tantum, sed & succedentes ferme omnes Aegypti reges usque ad mea tempora, impendijs magnis eam auxerunt. Accepit uerò ea urbs citerioribus annis tantum rerum omnium incrementum, ut à multis prima omnium in toto terrarum orbe numeretur. Magnitudine enim, specie, redditibus amplis, copiáque omniũ humano uictui necessariorum, longè alijs omnibus præstabat. Habitantiũ in ea multitudo ualde superat degentium in urbibus alijs numerum. Quo nanque tempore in Aegyptum transmisimus, nobis dictum est ab eis, qui descriptionem habitatorum faciunt, esse Alexandriæ capitum liberorum plus trecentis millibus, regemque ex uectigalibus Aegypti capere ultra sex millia talentorum. Alexander itáque cum amicos suos quosdam cœptæ urbis ædificationi præesse iussisset, omnesque Aegypti res ordinasset, cum omnibus copijs in Syriam rediit. De cuius aduentu, ut primum Dareus certior factus est, undique copias suas euocauit, omniáque, quæ ad aciem instruendam opportuna esse uidebantur prouidit. Tela, gladiosque maiores, quàm prius habuisset, in exercitu fieri curauit, quòd ea res Alexandro in Cilicensi pugna ualde profuisset. Currus falcatos ducentos, perterrendis hostibus multum idoneos, ita construxit. Circa equum utrunque, qui loris reuincti currum trahebant, exterius in iugo infixa spicula trium palmorum longitudinis, cuspide in hostium faciem conuersa, constituebantur. Ad axes rotarum demissos, altera duo itidem hostibus occurrentia extabant: hæc & longiora & latiora erant prioribus, habebãtque in summo adnexas falceis. Omnino quum exercitum armis insignibus, & ducibus strenuis bene firmasset, Babylone mouit, cum peditatu millium octingentorum equitibus haud minus ducẽtis millibus, iterque, Tigri ad dexteram ad sinistram Euphrate fluminibus decurrẽtibus, habebat per opulentissimã regionem, quæ equis, iumentisque pabulum, hominibus alimentorum omne genus commodissimè posset suppeditare. Contendebat autem studio summo ut Ninum perueniret, ibique conflígeretur, quòd prope urbem eam planities erat, quæ latissima ingenti militum multitudini explicandæ locum maximè idoneum dare posset. Quum uerò ad uicum, qui Arbela nominabatur, castra metatus esset, ibi quotidie acies disponebat, meditationeque & exercitationibus continuis milites, ut imperatoris iussa audirent, assuefaciebat. Plurimum enim uerebatur, ne aliquo modo in tanta gentium, & linguarum uarietate, quum ad prælium ueniendum esset, seditio & motus quispiam in exercitu oriretur. Pro componendo bello quum prius missis legatis, qui Alexandro terras omneis intra Halym, insuperque talentorum duo millia offerrent, nihil efficere potuisset, iterum & alios ad eum legauit, gratias agens, quòd matrem eius, captiuosque alios tam honorificè tractasset, oransque, ut inita secum amicitia, quicquid citra Euphratem esset, talentáque tria millia & filiarum suarum alteram uxorem accipere uellet. Quod si obtinuerit, ut generum eum habeat, tunc filij sui gubernatione concessa, se admissurum quodam-

*Darei apparatus.*

*Currus falcati*

*Magnæ copiæ.*

*Arbela.*

*Legatio Darei ad Alexandrũ pro impetranda pace.*



quodammodo eum in totius etiam Imperij societatem, pollíciebatur. Alexander audítis legatis, amicorum consilium habuit, retulítque ad eos de his, quæ offerrentur, ut censerent quidnam eligendum uideretur. Rogabat, ut fidenter unusquisque sententiam suam in medium proferret. Ibi quum alij omnes ob rei quæsitæ magnitudinem haud satis regi consulere auderent, Parmenio primus, Ego (inquit) si essem Alexander, susciperem quæ concedúntur, fœdusque firmarem. Huic Alexander ita respondit: Et ego id facerem quod dicis, si essem Parmenio. Alijsque huiusmodi uerbis magnificis usus, Persarum orationem parem æstimauit: pluris nominis sui gloriam, quàm promissorum munerum utilitatem, faciens. Itaque legatis hoc respondit: Quemadmodum mundus, si duo essent Soles, nec ornatum nec ordinem suum haberet, itidem & terrarum orbis, duobus regibus principatum tenentibus, non facilè seditionum & tumultus expers erit. Idcirco iussit Dareo renunciarent: Si primas tueri esset ei in animo, uti ad certamen pro unico rerum omnium Imperio contra se ueniret: Sin gloriæ parum appetens, utilitatem, & quietis oblectamentum magis díligeret, Alexandro iubenti obsequeretur, in alios potestatem regiam, quam ei amplam ipse esset concessurus, exerceret. Missio consilio, uersus castra hostium cum exercitu est progressus. Interim cum Darei uxor mortem obijsset, decentissimo apparatu eam sepeliri curauit. Dareus autem cum Alexandri responsum accepisset, desperans uerbis rem componi posse, copias suas indies magis exercebat, ut in prælio committendo, ad omnia, quæ imperarentur, facienda prompte essent & Mazæum unum ex amicis cum electa militum manu misit ad transitum fluminis occupandum, ut posito præsidio eum defenderet. Alijs iniunxit ut loca omnia, qua hostibus iter faciendum esset, incendijs uastarent. Constituerat enim fluminis procursu munimenti uice uti cõtra hosteis. Sed Mazæus, altissimum & rapidissimum flumen nullo pacto transiri posse ratus, non multum diligentiæ ei custodiendo adhibuit: adiunctusque populatoribus alijs, longè & latè regiones quàmplurimas diripuit, omniaque corrupit; necessariarum rerum angustijs ita pressos hosteis propius accedere haud posse existimans. Verum Alexander quum ad Tigrim peruenisset, cognito per incolarũ loci indicia uado fluminis, copias omneis summo cum labore & periculo transduxit. Aqua enim alta, utpote summa pectoris attingens, impetusque uehemens fluminis faciebat, ut transeuntes multi abriperentur, néque uestígia in imo alueo firmari possent. Ad hoc clypeis impactus undarum decursus eos euertebat, uique ablatos ad extremum periculum deducebat. Tunc Alexander, quo fluminis uiolentiæ obsisteretur, monuit omneis, ut se mutuò manibus comprehenderent, corporumque ueluti molem quandam consertissimam in unum constringerent. Itaque transierunt, non sine magnis difficultatibus ut in discrimine summo Macedonũ salus fuerit. Quãobrem diem unum militi ad se recreandũ concessit: postridie acie instructa contra hosteis

*Scomma.*

*Ingẽtis animi responsum.*

*Mazæus.*

*Traijciẽdi fluminis modus.*

progressus est, quibus quum appropinquasset castra posuit. Ibi quum animo secum reputaret, ingẽtem Persici exercitus multitudinem, cladem, quæ maxima ex futura pugna imminebat, quodq; omniũ cõtentionum summa tunc uiribus decernenda esset, anxius mirificè de rerum exitu, noctem insomnem duxit. Circa excubias matutinas somno tandẽ est correptus profundo adeò, ut iam die clara expergisci nequiuerit: quæ res initio ualde eius amicis placebat existimantibus regem ita in prælio facilius labores omneis subiturum. Sed quum iam multum temporis somnus ille continuaretur, Parmenio grandior natu cæteris amicis regijs, Persarum exercitui, ut ad certamen se expediret, imperauit. Cuius edicto quum nulli parerent, ingressi ad Alexandrum amici difficulter cum excitarũt. Admirantibusq; cunctis eam Regis securitatem, causamq; rescire cupientibus, Magna (inquit) Alexander animi molestia Dareus me liberauit, quum uiros omneis suas in locum unum conduxerit: quãdoquidem die unica, semel de rebus omnibus decernetur, ut deinceps laborũ & discriminum, quæ alioquin diuturna erant futura, finem habituri simus. Oratione autẽ accommodata quũ duces omneis suos adhortatus esset, ut animo firmissimo aduersus imminentia pericula esse uellent, instructis copijs, cõtra Barbaros est profectus. Ante peditum phalangem ordines equitũ posuerat: in dextro cornu erat ala, quam Clitus Niger cognomẽto ducebat. Sequebatur altera amicorum, cui Philotas Parmenionis F. præerat. Post hanc & septem aliæ sub eodem duce. Deinceps erat peditum, quos Argyraspidas uocant, agmen, armorum elegantia, & uirtute hominũ præstantissimũ, hisq; imperabat Nicanor, filius Parmenionis. Pone stat im Cœnus Elimiotas, abeóque Perdiccas Orestas ducebat. Deinde Meleager cum suis sequebatur, & Polypercon, cui parebant quin nuncupantur Stymphæi. Erat Philippo Balacri F. suisq; ordinibus locus post hos omneis, & secundum eum Cratero. Equitatui autem, quem descripsimus, continenter adiuncti erant auxiliares equites Peloponnesiaci, Achæi, Phthiotæ, Malienses, Locrenses, & Phocenses, quorum omniũ præfectus erat Mytilenæus Erigyius. Hi cõtiguos habebant Thessalos, Philippo duce, quorum uirtus, & equitandi peritia, reliquis omnibus longè præpollebat. Additi erant Cretenses sagittarij, & qui ex Achaia stipendio merebãt. In utroq; autem cornu acies repanda, ut retro, & in latera respiceret, ordinata est, ne hostes, sua multitudine, exiguas Macedonum copias, possent circumuenire. Contra falcatos currus remediũ tale ab Alexandro excogitatum est: Pedites omneis phalangis commonuit, quãdo propius impulsi fuissent currus, ut clypeos coniungerent, sarissisq; eos uehementer pulsarent, eo strepitu consternatos equos quadrigas retrorsum rapturos. Quod siquæ nihilominus incitato cursu impetum fecerint, tunc uti aciem aperirent, locumq; excurrendi illis, ita nihil detrimenti illaturis, darent. Ipse autem dexteram agminis partem regendam suscepit, eaq; in obliquum uersa, ut totus pugnæ successus opera sua partus esse cognosceret, deliberauerat.

*Cencrosum dictum.*

*Ordinatio copiarum Alex.*

*Remediũ contra falcatos currus.*



liberauerat. Dareus suos ordines secundum gentium nationes distinxit, quẽadmodumq; Alexander fecerat, ipse etiã in primo agmine hostibus se opposuit. Quum igitur copiæ alteræ alteris appropinquassent, utrinq; classicũ tubicines personarunt, & clamore emisso, omnes in conflictum proruperũt: statimq; falcati currus magna ui impulsi, nõ mediocri metu & perturbatione Macedonas implicarunt. Mazæus enim equitum præfectus, cum turmis pleriscq; immissos eos currus sequutus, ut terribiliores uiderẽtur, effecerat. Sed phalange, ut ab Alexandro præceptum fuerat, subitò iunctos clypeos sarissis acriter feriente, tantus inde æditus est sonus, ut non pauci currus, equis perterritis, auersi fuerint: neq; ulla ui inhiberi potuerint, quin concitati retro in suos cursum caperent. Aliqui cum rectà in phalangem contenderent, hostibus aditum inter ordines dantibus, ruentes, aut multis telis obruti, aut euersi sunt. A nonnullis impetu adiuuante, ulterius inuectis, quum eorum ferramenta acutissima quicquid obuium esset, conciderent, multæ & uariæ mortis facies patratæ sunt. Violẽtia enim & acies telorum, quæ curribus erant inserta, tanta fuit, ut multis brachia simul cum clypeis abscinderẽt: alijs præcisa ceruice, capita in terram quam primùm deijcerent, oculorum & uultus habitu, qui uiuentibus erat, etiamnum durante, latera nõnullorum, ubi letalis maximè est ictus, uulnerata. Indeque subita mors eos sequuta est. Iam uerò sagittis, fundarum glandibus, iaculisq; effusis, quum pugna comminus geri cœpisset, primi equites congressi sunt, acriterq; in cornu dextro Macedones decertabãt. Dareus qui læuum sui exercitus cornu regendum acceperat, mille electos equites consanguineos, uirtutis & beneuolentiæ erga se exploratæ, in ala una propè habebat, qui strenuitatis suæ arbitrum regem nacti, quicquid telorum ab hoste in eum fuerat missum, audacissimè exceperant. His adiuncti erant Melephori, fortes uiri & multi numero, Mardi etiam Cissæiq;, corporum proceritate & magnitudine animi admirabiles. Tenebant & locum suum iuxta regem, milites circa aulam excubare consueti. Indiq;, qui uirtute egregia censebantur. Hi omnes cum ingenti clamore in hosteis impetũ fecerunt, ferocissimeq; pugnantes, sua multitudine Macedonas multum premebant. Mazæus autem, qui erat ad cornu dextrum, secunq; optimos equites habebat, in congressu primo, non paruum hostium numerum oppressit. Caduseos ad duo millia, Scythas mille strenuos equites misit ad hostium cornu circumeundum, iniunxitq; ut uallum castrorũ aggrederẽtur, & impedimenta ipsa diriperent: quod non segniter ab illis est factũ. Quunq; in castra irrupuissent captiui, qui seruabant ibi, armis sumptis, ad prædam faciendam, equitatui Persico se adiunxerũt. Inde clamore & tumultu ingenti, utpote in re, quæ præter omnium opinionem acciderat, per omnem partem castrorum exorto, captiuæ aliæ omnes fœminæ, ad barbaros concurrerunt. Sisyngambris Darei mater sola, etiam multũ per alias admonita, ut ad eam nouitatem assurgeret, haud se uoluit commouere, rumoribus, qui incredibiles

*Maximus Darei & Alexandri conflictus.*

*Clades illata per curr. falcatos.*

*Melephori.*

*Castra Alexandri occupata.*

biles uidebantur, non satis fidei præstans ad hoc magna in se Alexandri beneficia parum gratè prosequi nolebat. Scythæ tandem spoliis multis cõgestis ad Mazeum reuerterunt, quamq; sibi omnia prospere cessissent renunciarũt. Eodem tempore, & in parte, ubi Dareus curabat, equites quidam grauiter instantes, sua multitudine turmas Macedonum oppositas, in fugam coniecerunt atq; ita iam duobus in locis Persarum erat status pugnæ superior, quũ Alexander, cuius illud summum studium fuit, ut succumbentem Macedonũ aciem, per eum reparatam esse constaret, ad sumpta regia ala, equitibusq; aliis melioribus, in ipsum Dareum contendit. Cui fortiter hostilẽ impetum excepit, deq; curru pugnans, multos, qui in eum inuecti fuerant, cõfecit. Erat & cum eo bellatorũ magnus numerus qui non segniter manus conserebant, regesq; ipsi alter in alterum omni conatu irruebant. Tunc Alexander coniecto telo Dareum nisus ferire, oberrauit, prõque eo aurigam qui erat ante regem, interemit. Ibi, qui propius Darcum pugnabant, quum clamorem ingentem extulissent, creditum est à remotis ordinibus ipsum regem confossum fuisse, primiq; illi se in fugam dederunt. Eos proximi sunt secuti, & sensim usq; ad frontem agminis, ubi erat Dareus, continenter se milites à prælio subtrahebant, donec latere altero apertus, ianq; sibi timens & ipse fugam arripuit. Ex eorum præcipitato cursu quum magna uis pulueris altius esset excitata, statimq; Alexander cedẽtes insequeretur, factum est, ut propter densissimam, & latè fusam pulueris nubem, haud potuerit prospici, quorsum Dareus contenderet. Ad hoc lamentabiles morientium uoces, excurrentium equitum strepens tumultuatio, & crepitus per flagella excitati, undiq; audiebantur. Interea Mazæus in dextro cornu Persarum cum magno & fortissimo equitatu, quem ducebat, grauissimam impressionem in aduersos Macedonas fecerat, & Parmenio cum Thessalis equitibus, aliisq; in eodem cornu pugnantibus, hosteis strenuè exceperat: acriterq; dimicans Thessalorum uirtute hostem superare uidebatur. Tunc Mazæi agmine acrius & totis uiribus incumbente, Macedones grauiter urgeri cœperunt, multáque cædes committebatur, nèque Barbarorum impetus amplius bene sustineri poterat. Parmenio hoc uidens aliquot suorum equitum ad Alexandrum misit, qui dicerent, opus laboranti sibi esse ab eo succurrendum. Illi festinanter profecti, quum audiuissent Alexandrum cum magna copiarum parte ad hostem insequendum esse progressum ulterius, re infecta ad Parmenionem redierunt. Qui fortissima & diligenti Thessalorum opera adiutus, multis cæsis, Barbaros, iam de abscessu Darei certiores factos, tandem in fugam cõpulit. Dareus autem, qui rei militaris scientia multum præstabat, obscuritatem de puluere inductam sibi commodam nactus, non cursum rectà, ut Barbari alii, tenuit, sed in contrariam partem est profectus: tegenteq; eum aëre offuscato facilè euasit. Omnes etiam, qui eum sunt secuti, quum in pagos, qui erant à tergo Macedonũ se cõtulissent, incolumes ab omni seruauit periculo.

*Quã leuis cauia Persas in fugam cõiecerit.*

*Puluis obfuscans persequenteis.*

*Mazæi ac Parmeniones concertatio.*

Nouissimè



Nouissimè Barbaris omnibus fusis & fugatis, cum Macedones semper instando ultimos interficerent breui planities tota cadaueribus est repleta. creduntq; in ea pugna Barbarorum peditum & equitum plures nonaginta millibus, Macedones ad quingentos cecidisse, uulneratí fuisse quàm plurimi. Inis unus è primis Ducibus Hephæstio, qui regi corporis defensoribus præerat, brachium alterum iaculo est confixus, & Perdiccas, Cœnus, Menidas aliiq; nonnulli insignes duces saucíatí sunt. Huiusmodi exitum habuit commissum prælium ad Arbela,

*Cæsorum magnus numerus*

## REGNI ALEXANDRI ANNVS SEXTVS.

CIVIS fama, iam Athenis imperante Aristophonte, Romæ cõsulibus C. Domitio, & Aulo Cornelio, quum in Græciam peruenisset, ciuitates multæ auctam Macedonum fortunã formídare cœperũt. Dunq; Persis uires aliquæ superessent, libertatis suæ curam haud negligere decreuerunt, Dareo facilè, & auxilia, & pecuniam, unde magnas copias possent conducere, eis sumministraturo, & Alexandro nunquàm ad hoc uenturo, ut militum suorum partem cõtra Græciam mitteret, quod si ociosi extremam Persarum calamitatẽ spectare uelint, frustra deinceps solos relictos se aliquid pro obtinenda libertate molituros esse. Inuitabat eos Thracum exemplum, qui per id tẽporis ad res nouas cõsurrexerãt. Memnon enim Thraciæ cum exercitu præfectus, uir audax, concitatis Barbaris, ab Alexandro defecit, magnasq; copias ad bellum manifestum coẽgit. Ad quẽ motum opprimendũ Antipater per Macedoniã cum omnibus uiribus in Thracas contendit, ipsumq; Memnonem bello urgere cœpit. Is igitur cum in huiusmodi expeditione distineretur, Lacedæmonij, idoneum illud tempus bello parando esse arbitrati, Græciæ populos ad coniurationem pro libertate ineundam adhortabantur. Athenienses, qui præ cæteris Græcis omnibus ab Alexandro honoribus maximis affecti fuerant, in quiete se continuerunt. Sed ex Peloponneso complures, & alij nonnulli, conspiratione facta, delectus habuerunt proq; ciuitatum uiribus, iuniores bello idoneos scripserunt, ut peditum millia uiginti, equites ad duo millia coacti fuerint. Eo cum omnium administratio Lacedæmonijs concessa est, qui sub Agide Rege decreuerunt semel totius rei fortunam bello experiri. Antipater interea Græcorum apparatum persentiens, res Thraciæ, ut datum est, composuit, omneisq; copias in Peloponnesum duxit, & à socijs ciuitatibus Græciæ, auxilia impetrauit, ut exercitum non minorem millibus quadraginta hominum haberet. Commisso itaque magno prælio, Agis rex fortiter pugnans occubuit. Lacedæmonij admultum temporis cum difficultates omneis certaminis sustinuissent, socijs superatis, & ipsi tandem pugna cessérunt,

*Thracum defectio.*

*Motus Græciæ cõtra Alex.*

*Prælium Antipatris cum Agide.*

runt, Spartamq; sunt reuersi. Ceciderunt Lacedæmoniorum, sociorumq; in eo prælio plures quinq; millibus & trecentis, alterius partis millia tria & quingenti. Singularis & notatu digna res accidit in ipsa Agidis morte. Quũ enim egregiè dimicans, multis aduersis uulneribus affectus fuisset, per milites ablatus est, & in patriam referebatur. In itinere circumuentus ab hostibus quum iam salutem despondisset, ciuibus suis, qui eum ferebant, imperauit, ocyus abirent, secq; necessarijs patriæ usibus seruarent. Ipse autem armis resumptis, genu nisus, hostibus se obiecit, aliquotq; eorum cæsis, ibi confossus mortem obijt, regni sui anno nono. Nos uerò quum de his, quæ in Europa gesta sunt, aliquantulum meminerimus, ad Asiæ res explicandas reuertemur.

*Egregia Agidis uirtus.*

*Agidis interitus.*

Darcus accepta Arbelis clade, fugiens, ad præfecturas superiores contendit: ita ratus ex locis longinquitate, citra impedimẽtum, se uireis posse reparare, tempusq; idoneum habere, ad ea prouidẽda, quæ exercitui necessaria essent. Primoq; in Ecbatana Mediæ peruenies, ibi facta mora milites, qui fuga euaserant è manibus hostium recepit, inermes armauit, à finitimis gẽtibus militem nouum euocauit, ad Duces Præfectosq;, qui & Bactris & locis superioribus erant, misit admonitum, ne fidem & amicitiam erga se imminuerent. Alexander à uictoria cum defunctorum corpora sepelíri curasset, Arbela intrauit, ubi magnos commeatus, & ingentẽ opum pretiosiq; apparatus uim inuenit, in quis fuerunt argenti tria millia talenta. Coniiciens autem, ex cadauerum multitudine, facilè eius aëris tractum infectum iri, mouit cum omnibus copijs Babylona uersus, ubi ab incolis, oppidaniscq; liberaliter excepti, & in lauta hospitia inducti Macedones, bene recreati sunt e laboribus, quos antè sustinuerant. Commoratus est Alexander in ea urbe dies plus triginta, & rerum omnium abundantia, & benignitate hominum eum allicientibus. Deinceps discessurus, arci Babylonis, Agathonem Pydnæum cum præsidio Macedonum septingentorũ præfecit. Apollodoro Amphipolytæ, & Menitæ pellæo Babylona, præfecturasq; omneis Cilicia tenus administrandas cõcessit: datisq; talentis mille argenti, iniunxit, ut militem stipendio conducerent. Mithrinnem; qui Sardis arcem dediderat, Armeniæ præfidẽ fecit. De pecunia, quam recens acceperat, equitibus senas minas, auxiliaribus quinas, peditibus Macedonicæ phalangis binas, reliquo peditatui duorum mensium stipendium donauit. His peractis, quum castra Babylone mouisset in itinere ad eum peruenit supplementum ab Antipatro missum: Macedones equites quingenti, peditum sex millia, equites Thraces sexcenti, Trallienses ad tria millia & quingentos, Peloponnesiaci pedites numero quatuor millium, equites paulò minus mille. Aduenerũt & quinquaginta Macedones, filij omnes insignium uirorum familiarium regis. Hos parentes ipsi miserãt, ut in ordines regij corporis custodum adscriberentur. Quibus omnibus receptis, Alexander instituto itinere perexit, castrisq; sextis in Sitacinen præfecturam peruenit. In regione ea quum omnium necessariarũ rerum copiam uberem offendisset, plusculos

*Tria millia talenta recepit Arbela.*

*Donatiuũ militibus datum.*

*Sitacice.*



sculos dies ibi moram traxit, quo miles à labore itineris reficeretur: simul ut militarium ordinum rationem diligẽtem iniret, administrationesq; ducum & præfectorum ampliores faceret atq; ita exercitus, & militum multitudine, & uirtute ducum, ualidior efficeretur. Secundum igitur, quod animo deliberauerat, faciens eorum, qui optimè mereri uiderentur, accuratam rationem habuit. Multosq; è præfectis, summæ potestatis duces esse iubens: in uniuersum omneis ad altiorem honoris gradum, & ad uehementissimam erga suum regem charitatem perduxit. Necq; gregariorũ militum curam omisit, sed multis utiliter prouisis, in meliorẽ statum omnia reduxit. Per quæ factum est, ut totus exercitus beneuolentior erga eum, ad imperatoris iussa obsequentior, & uiribus longè, quam prius fuerit, ualentior redderetur. Ad reliquum belli próinde instructis ita copijs Alexander contendit. Quunq; in Susianam inuasisset, absq; periculo & difficultate aliqua celeberrimam urbem regiam Susa obtinuit: ultro, & citra cõsultationem aliquam, præfecto eius deditionem faciente. Licet nonnulli scriptum reliquerint, & eum, & alios, non imminuta fide, sed Darei ipsius iussu, ad Macedonas transiuisse. Illud autem Persarum regis fuisse consilium, magnis rebus Alexandrum distrahentibus, dum urbeis insigneis, & ingẽteis thesauros reciperet, se interim à fuga opportunum tempus exercitui comparãdo habere posse. Accepta autem urbe Susis Alexander in thesauris regijs inuenit, argenti & auri non signati plus quadraginta millibus talentis, quæ à multis temporibus intacta, ad inopinati alicuius magni discriminis subsidiũ, reges seruauerant. Præter hæc erant & nouem millia talenta auri sub Darica forma excusi. Hanc pecuniam Alexãdro recognoscenti præcipua res quædam accidit. Quum regiam sellam insedisset, eaq; esset sublimior, quàm ut corpori ipsius conueniret, puer quispiam, animaduertens pedes Alexandri haud mediocri interuallo solum non contingere, apportauit Darei mensam, pedibusq; regis pendentibus, eam supposuit. Quæ quum aptissime fuisset accõmodata, Alexãder ualde eius, qui id ægisset, ingenium commendauit. Tunc in adstantium turba, spado, qui tantam fortunæ uarietatem secum consyderauit, animo affectus, lachrymari cœpit. Alexander hominem quum interrogasset, quæ nam indigna res uisa, fletum ei excitasset, Ille in præsentia quidem (inquit) tuus sum seruus, sed quum prius Darei fuerim naturaq; dominos meos diligere soleam, non potui non dolere, rem, quæ tantopere abillo honorabatur, abs te nunc contemptui haberi animaduertens. Quæ ad uerba, animo adiecto Alexander, Imperij Persarũ quanta esset ruina, secum cœpit uolutare. Videbaturq; sibi ipsi insolẽs, neq; humanitati qua erga fœminas captiuas usus fuerat, compar facinus admisisse. Propterea famulũ qui mensam apposuerat, accersiuit, iussitq; uti eam auferret. Ibi Philotas nihil contumelioſius à Rege factum fuisse ait, quũ ipse illud fieri neutiq; mandasset, sed fauentis potius Dei cuiusdam prouidentia & uoluntate eam rem uideri euenisse. Traxit eiusmodi Philotæ dictum Alexander

*Ordinũ militariũ instauratio*

*Susiana.*

*XLIX. millia talenta Susis recepta.*

*Exemplũ memoratu dignũ*

xander in fausti omínis significationem, mensamq; , uti erat, subsolio permanere uoluit. Darei déinde matrem & liberos quũ Susis remanere, Græcáq; linguam, datis præceptoribus, doceri constituísset cum omnibus copijs castra mouit, quatuorq; dierum itinere, ad fluuium Tigrim peruenit. Qui de monte Vxiorum currens primò per terram asperam, & conuallibus magnis interruptam, ad mille stadiorum spatium, fertur. Exceptus postea campestri planitie, semper fluit placidior, peractisq; stadijs sexcentis in Persicum mare ingreditur. Flumine eo traiecto, Alexander in Vxiorum fertilissimos agros, & multis aquis irriguos contendit. Nascuntur ibi innumeri & omnis generis fructus, aduenientéq; subfrigido autumnali tempore, per Tigrim à mercatoribus Babylona fructus, quicunq; ad hominum oblectamenta facere possunt, illinc deuehuntur. Inuenit autem Rex aditus omneis occupatos, præsidijsq; firmatos à Madete, qui Dareo iunctus sanguine cum iustis copijs ei loco præfectus fuerat. Quunq; omnem situm diligenter explorasset, apparebant rupes esse prorsus inuiæ. Tuncuir quispiam indigena è gente Vxiorum, cui bene loca ex longo usu comperta fuerant, pollicitus est Alexandro, per semitam quandam, & difficilem, se milites eius illò ducturum, ut ipsis hostibus loco sublimiores essent. Libenter hæc audiens Alexander, cum illo mísit idoneum militum numerum, & ipse irruptionem, quà haud impossibilis fore uidebatur, moliri cœpit. Cõgressusq; cum hostium stationibus acriter, defessis integros summittẽdo, rem gerebat, donec, Barbaris omnibus in hoc certamen intentis, qui missi fuerant, de improuiso supra regionis angustiarum, propugnatores comparuerunt. Ibi perterritis Barbaris & in fugam coniectis, transitum ita liberum sibi fecit Alexander. Breuiq; oppidis omnibus Vxianæ terræ potitus, in Persidem iter arripuit quintisq; castris, ad Susiadas quas uocant petras, accessit. Eas Ariobarzanes cũ peditatu uiginti quinq; millium, & equitibus trecentis insederat. Alexander, arbitratus ui ab se aditũ posse apprehendi, nullo prohibente, in loca impedita & angusta cum exercitu ingredi cœpit. Hostes per aliquantum temporis eos progredi permiserunt. Vt uerò in medias loci angustias est peruentum, derepente facto impetu, ingentia & quàm plurima saxa supernè prouoluere cœperunt. Quæ in Macedonas decidentia, multos opprimebant. Multi etiam è rupibus altis tela conijcientes aliquos semper, utpote in conferta turba, feriebant: alij de manu lapidibus missis instantes Macedonas repellebant. Omninoq; locorum asperitate Vxios adiuuante Macedones multi interficiebãtur, nec pauciores, sauciabantur. Alexander quum tantis difficultatibus prouidere non posset, uideretq; hostium neminem, aut uulnerari, aut interfici, ex suis autem multos perisse, nullumq; ferme esse in prima acie non saucium, receptui per tubicinem canijussit. Et retro ad stadia trecenta cedens castra posuit. Exquirebat curiosè à regionis eius hominibus num aditus alter esset præter eum, quem infeliciter tentauerat. Omnes respondebant alium nullum inueniri, sed esse circuitum,

*Tigris.*

*Vxij.*

*Susiades petræ.*

*Alexander coactus pedem refert.*



tum, qui nonnisi multis diebus peragi posset. Hic Alexander turpe ualde esse insepultos suos, qui mortem obijssent, relinquere: rursum ab hostibus caduera petere ignominiosum, & quasi cõfessionem uicti esse, secum reputabat. Imperauit igitur captiuos omneis adduci ad se, inquis unus, qui linguæ Græcæ & Persicæ gnarus erat, ad Alexandrum ueniens, se Lycium genere esse, sed incaptiuitatem tractum pastoritiam rem annos complureis prope eos montes exercuisse dixit, propterea quum bonam totius regionis experientiam haberet, posse regium exercitum per nemorosa quædam loca ducere, ut à tergo hostibus qui circa aditus excubabant, superueniret. Alexander magnis muneribus promissis, eum ducentem sequutus, noctu montem superauit, non sine magnis laboribus: frequenter per altas niuis iter faciens. Regionemq; totam, rupibus præcipitem, lacunisq; & conuallibus profundissimis intersissam, tandem emensus, ad primas hostium stationes peruenit: ubi omneis facilè circumuentos interfecit. Insecundis uiuos comprehendit. Qui erant in tertijs, interim se in fugam coniecerunt. Et eo modo itinera omnia in suam redegit potestatem, quàmplurimis Ariobarzanis militibus occisis. Hinc Persepolim uersus discedẽs, litteras in itinere accepit à Teredate, qui ei urbi præerat, eis regem admonebat, uti festinãtius accederet recepturus ab se urbem, si prius, quàm Darei præsidia, quæ expectarentur, ipse eò peruenisset. Nihil propterea dilegentiæ aut laboris omisit Alexander, quin copias suas quàm primùm duceret, Araxen flumen ponte iungeret, militesq; trancere iuberet.

*Susiadas ruupes ui Alex. superauit.*

Dum ita progreditur, spectaculum rarum & prorsus miserabiles ei obijcitur, quod plurimũ inuidiæ & odij in ciusautores, erga eos autem, qui graui calamitate sine ullius subsidij spe afflicti erant, miserationem & propẽsum animi affectum meritò cuiuis excitare poterat. Venerunt enim obuiam cum supplicantium insignibus Græci, qui à superioribus Persarum regibus corpore turpiter mulctati fuerant, octingenti ferme numero, & pleriq; ætate senes, mutilati omnes. Hi quidem manus, alij pedes, quidam aures & nasum. Si qui scientia, arte, aut disciplina aliqua excellebant, his, membrorum omnium, exceptis quibus ad exercendas suas arteis uterentur, extremitates amputatæ fuerant. ut quicunq; prouectæ eorum ætatis dignitatem, & miseram corporum laceratione uiderit, non multum infelices hominum sortis miserari nõ potuerit. Præcipueq; ipse Alexander, qui & uehementer indoluit nec lachrymas ualuit cõtinere. Quũ uero illi uoce una exclamassent, rogassentq; Alexandrum, ut suæ calamitati adiumentum afferret, solatus est eos rex, curæq; sibi fore promisit: adijciens, quemadmodum suam animi magnitudinem decebat, curaturum ut in patriam honestè reducerentur. Ab hoc sermone Græci in unum conuenientes, habita simul de suis rebus cõsultatione præstare iudicarunt in eo loco, ubi erant, permanere, quàm reuerti in patriam: quòd restituti in loca diuersa discedere cogerentur paucíq; eorum simul degentes, dum per urbeis cum alijs ciuibus uersarentur, dolorem ex erubescẽtia

*Miserabile spectaculum.*

sui infortunij sensuri essent. Sed quum in Asia simul & eadem affecti calamitate uitam ducerent, solatium aliquod miseriarum suarum ex pari cohabitantium fortuna mutuò omnes percipere. Itaq; Alexandrum rursus adeuntes, quidnam deliberassent, exposuerunt, oraruntq; eum, ut præsentem suum statum adiumento decenti recrearet. Rex comprobato eorum cõsilio, tria drachmarum millia, uesteis uirileis quinq;, totidem muliebreis, duo paria boum, oueis quinquaginta, quinquaginta etiam tritici medimnos singulis dono dari iussit, immuneisq; omnium tributorum, quæ regi soluerentur, fecit. Præfectis suis iniunxit, bonam curam haberent, ne eis hominibus iniuriæ ab aliquo fierent. Tali beneficentia, ut liberali eius ingenio consentaneum erat, usus est Alexander, ad hominum infelicium calamitatem subleuandam. Habita deinde concione, militibus demonstrauit, Persepolim, quæ esset metropolis Imperij Persarum, præ omnibus aliis Asiæ ciuitatibus maximè semper nomini Macedonum infensam fuisse: propterea eam, excepta regia, diripiendam uulgo concessit. Erat ea urbs omnium, quæ sub sole sint, opulentissima, priuatorum hominum facultatibus ex longi temporis felicitate in immensum auctis. Tunc Macedones impetu facto, oppidanos ipsos interficere, & bona omnia inuadere, quæ multa & apparatu pretioso ornamentisq; omnis generis erant refertissima. Ibi argenti magna uis, nec auri minor diuersas in parteis auferebatur. Vestes purpura infectæ, aut prætextæ auro à ualentioribus rapiebantur. Ita magna urbs regia, per uniuersum terrarum orbẽ celebrata, contumelijs & cladi maximæ exposita fuit. Macedones autem, licet tum diem in direptione fuissent, haud poterãt tamen cupiditatem, semper plura affectantem, explere, tantaq; in rapiendo insolentia utebantur, ut inter se etiam dimicare cœperint, multiq; interfecti sint, quòd bona quàmplurima abstulisse uiderentur. Aliqui, inuentis rebus quibusdam magnæ æstimationis, auidi & moræ impatientes, partem sibi saltem gladijs abscindebant, & cum ea discedebant. Nonnulli contendentium pro re aliqua, uiq; retinentiũ manus ira concitati amputabant. Mulieres mundo suo ornatas, uiolenter in seruitutem adducebant. Quantum itaq; Persepolis urbeis cæteras fortunis antecedebat, tantum eisdem omni calamitatum genere præstitit. Alexander autem arcem ingressus thesauros qui ibi seruabantur, accepit. In eos à Cyro primo rege Persarum usq; ad hæc tempora, publici reditus semper congesti fuerant, ut argenti & auri magnam uim continerent. Inuenit sanè Alexander, auro ad argẽti rationem reducto, centum & uiginti millia talenta, cuius summæ partem secum ad belli usus portare, partem Susa mittere, ut ea in urbe custodiretur, deliberauit. Itaq; Babylone, è tota Mesopotamia & Susis mulos, qui & dorsuarij & iugales essent, quàmplurimos, & camelos ad tria millia adduci imperauit. Hac iumentorum multitudine tòtam pecuniam, quò decreuerat, comportari fecit. Nõ enim satis credendum terræ eius hominibus iudicabat. Ad hoc ipsam urbem Persepolim prorsus delere habebat in animo:

*Alexandri munificẽtia erga miseros Græcos.*

*Persepolis direptio.*

*Cupiditas semper plura affectat.*

*Cyrus primus Rex Persarũ.*

de cuius



de cuius munitissima & pulcherrima Regia breuibus meminisse haud inconueniens uidetur. Arcem iustæ magnitudinis cingebant triplicia mœnia. Quorum primus muri cinctus, magnis operibus extructus, altitudinem habebat sedecim cubitorum, supraq; pinnas, quæ ei non paruo erant ornamento. Secundus priori cætera consimilis, altero tanto altitudinis eum superabat. Tertius murus formam habebat, quadratam, & sexaginta cubita in altum erigebatur. Vnumquodq; quatuor laterum muri portam æneam, & ante eam uallum itidem æneum uiginti cubita extantem. Hunc quidem ad iniiciendum aspectu ipso terrorem, illam autem ad firmam loci defensionem habebat. Ad orientalem partẽ arcis, mons interuallo ferme pedum quadringentorum distabat, qui regius nuncupabatur, ubi regum inerant sepulchra. Saxum erat ingens excisum, in cuius medio plura facta fuerant domicilia, defunctorum regum sedes. Neq; aditus quispiam opere factus ducebat in locũ eum, sed instrumentis quibusdam sublata cadauerum conditoria illic reponebantur. In ipsa arce elegantissimæ & omnibus rebus instructæ ædes complures usebantur, ad reges & milites accipiendos. Thesauri, quibus seruarentur pecuniæ, ingeniosè ibidem parati fuerant. Alexander pro rebus bene gestis uota soluturus, sacrum splendidissimum in Deorum honorem fecit, & amicos prælauto accepit conuiuio. Eo & fœminæ, quæ corpore quæstum faciebãt, admissæ sunt. Crebris potationibus cũ bene indulsissent, ebrietas, & post eam insania multos corripiebat. Tunc è turba mulierum Thais quædam, genere Attica pulcherrimum esset (inquit) inter omneis res, quas in Asia gessit Alexander, si ipse Rex, nobiscũ inita saltatione ludicra, Persepolis regiam incendio absumeret: ut res nobilissima apud Persas, manibus fœminarum breui temporis spatio deleta prorsus fuisse diceretur. Exceptus est hic sermo à iuuenibus, & qui per temulentiam parum quid deceret possent prospicere. Itaq; unus agẽdum id ipsum, incensosq; torres afferendos exclamauit. Commissa in Græcorum sacras ædeis impia facinora, ut omnes ulciscerentur, admonebat. Comprobarunt hanc sententiam & cæteri, tantunq; opus Alexandro soli conuenire esse dicebant. Non defuit cœpto rex amicorum sermonibus excitatus. A potatione igitur exultantes, pro parta uictoria festiuitatem Liberi patris se uelle agere prædicabant. Subitoq; magna lampadum uis allata, & musicis mulieribus, quæ in conuiuio erant, accitis, rex primus in pompam cũ cantu tibijs & fistulis progressus est, meretricula Thaide rei totius autore & duce, quæ prima à rege ardentem titionem in Regiam coniecit. Idem quum à reliquis factum esset, cito ob ingentem flammam excitatam combusta est tota regia. Quodq; plurimum admirabile est, impietatem Xerxis Persarũ regis quam in Athenienses arcem cõmisit, una fœmina gentis eius, quæ iniuriam illam sustinuerat, post multos annos in festo ludicro eodem cladis genere ulta est. Peracta eiusmodi re, Alexander ad cæteras urbeis Persidis occupandas contendit. Earum aliquas ui apprehendit, alias, benignitatis suæ

*Persepolis Regia.*

*Mons Regius*

*Thaidis detestabile consiliũ*

*Incensa Persepolis Regia.*

fama iam passim uulgata per deditionem obtinuit. Inde in ipsum Dareum
Darei mors. castra mouit. Qui quum ex Bactriana alijsq; præfecturis militem cogere in animo haberet, festinansq; cum millibus triginta Persarum & Græcorum, qui ære merebãt, Bactra se ex fuga reciperet, à præfecto Besso, per seditionẽ captus & interemptus est. Alexander interim cum equitatu insequẽs, de eius morte certior factus est, curauitq; uti pompa & more regio sepeliretur. A quibusdam scriptum est, Dareo adhuc spiranti, Alexandrum superuenisse, eiusq; calamitatem uehementer indoluisse, cunctq; Dareus orasset, uti cædem suam ulcisci uellet, Alexandrum se id facturum recepisse, & in persequendo Besso multum operæ impendisse. Sed quum ille magno spatio iter præuertisset atque in regionem Bactrianam contenderet, regem assequi eum se posse desperantem, reuertisse. Dum hæc ab Alexandro geruntur, Lacedæmonij in Europa, magno prælio uicti, compulsi sunt legatos supplices ad Antipatrum mittere, qui dandum eis responsum quum in Græcorum conuentum reiecisset, Corynthum Amphictyones coacti sunt. Ibi multis in utranq; partem dictis, decreuerunt tandem, ut integra eius rei deliberatio Alexandro relinqueretur. Itaque obsides quinquaginta è primoribus Lacedæmonijs Antipater accepit, ciuitasq; legatos in Asiam misit: ad ea, quæ temerè commississent, deprecanda.

## REGNI ALEXANDRI ANNVS SEPTIMVS.

IANQVE præsenti anno elapso, Athenis Cephisophon imperare cœperat, Romæq; consules erant C. Valerius, & M. Claudius. Tunc Bessus, qui post Darei mortem fugiens cum Nabarno & Barxaente, alijsq; nonnullis Alexandri manus uitauerat, in Bactrianam peruenies, Satrapes eius terræ pridem à Dareo appellatus, propterea q; multis ibi notus & familiaris, gentem ea m ad libertatis studium adhortabatur: demonstrabat q; locum regionis, quæ ferme inuia erat, magno eis adiumento esse posse, multitudinem autem hominum ad libertatis propugnationem bene sufficere. Pollicebatur insuper totius belli administrationem se subiturum. Adeóque accommodata oratione usus est, ut se Regem nominari obtinuerit. Eo peracto, milites scribere, armis eos instruere, omniaque, quæ temporis necessitas exigebat, curare non omisit. Alexander autem quum animaduertisset, Macedonas militiæ finem sibi proposuisse Darei obitum ianq; eos animo ad reditum in patriam inclinatos esse, concione habita persuasit humanissima oratione, ne reliquo bello perficiẽdo deesse uellent. Accersitosq; auxiliares eis equites, quos à ciuitatibus Græciæ impetrauerat, ob ea, quæ strenuè gessissent, multum commendauit, emeritosque esse iussit: singulo talento equitibus, peditibus denis minis condonatis.

Bessus Rex.

Alexandri liberalitas erga milites.

Super



Super hæc stipendia hactenus debita exoluit, addiditq; uiaticũ, quo in patriam reuerti possent. Si qui eorum sub rege stipẽdia facere etiamnum maluerunt, eis singulis talenta tria est largitus. In uniuersumq; milites omneis magnis muneribus est prosequutus. Id quod tum natura, quæ eum animi magnitudine insigni decorauerat, tum facultate pecuniarum ui magna, dum persequitur Dareum, potitus, faciebat. Accepit à custodibus thesauri regij octo millium talentorum numerum: ex mil tibus Darei tum pecuniam, tum ornamenta & pocula, quæ tredecim millia talenta conficerent. Suppressa & ablata totidem & amplius fuisse existimatum est. Alexander motis uersis Hyrcaniam castris, intra diem tertium metatus est prope urbem opulentam, cui Hecatompylo est nomen, ubi, quum omnium necessariarum rerum abundantia adesset, exercitum additis aliquot, ut referetur, detinuit. Progressus deinde stadia centum quinquaginta castra posuit ad montem prælatum sub cuius radicibus antrum erat diuino quodam horrore uenerandum, unde fluuius Stibœtes nuncupatus erumpebat. Is ad tria stadia concitato cursu fertur. Hinc diuisus in parteis duas iuxta montem, cui mamillæ muliebris est species, in subterraneam & ingentem specum cum fragore magno, & undis in saxa illisis, spumosus penetrat. Itaque subter humum ad trecenta stadia currit, in loca demum aperta iterum effunditur.

Hyrcaniã.

Hecatõpylos.

Stibœtes flu.

Postquàm in Hyrcaniæ fineis Alexander cum exercitu intrauit, urbeis regionis eius omneis recepit usque ad mare, quod Caspium aliqui, alij Hyrcanum nominant. In eo multos & ingenteis angues gigni aiunt, pisces autem multorum generum colore plurimum à nostratibus diuersos. Dum ita Hyrcaniam Rex peragrat, peruenit ad pagos, qui fortunati nec abre nuncupantur. Ea enim terra fructuum abundantia cæteras multum antecedit. Vitem unamquamq; uini singulam metretam, arborem quamuis ficum tantum fructuum suorum, qui exiccati medimnos decem impleant, producere traditum est. Frumenta, quæ intermetendũ in terram decidunt, absq; aliqua semente, per se ita crescere & ad maximam frugum copiam peruenire dicunt. Arborem etiam habet gens illa, quæ à quercu haud multum facie differat, è cuius frondibus, guttæ mellis defluunt: idq; ab aliquibus colligitur, & in multos usus adhibetur. Est & bestiola quedam uolucris in eo tractu (Anthredonem appellant) ape aliquantulum minor, cætera multum cõsimilis, quæ in montanis pastus gratia multum degit, floribusq; omnis generis alitur. In cauatis autem saxis aut arborum latebris quæ plerunq; exictu fuliginis fieri solent, domicilium sibi è fauis construit, succumq; nobilissimum ibi cogit: qui dulcedine melli nostro haud multum cedat. Circuibat ita Alexander Hyrcaniam totam & genteis ei cõterminas. Interinq; duces multi, qui cum Dareo post aduersam pugnam fugerant, seipsos in Alexandri potestatem dedidêrunt, quibus humanissimè receptis, magnum sibi clementiæ nomen comparauit. Eâque res effecit, ut Græci, qui sub Dareo merebant, circiter mille

Mare Caspiũ.

Pagi fortunati

Arbores melli fluæ.

Anthredon.

I 4 & quingenti

& quingenti fortissimi uiri, & ipsi in Alexãdri fidem se crediderint. Eos rex, uenia condonata, in suos ordines distribuit: uoluitq; ut idem stipendium, quod ab hoste accipiebant, apud sẽ haberent. Sed enim quum Alexander per maritima Hyrcaniæ iter faceret, coactus est hostiliter in Mardorum terram irrumpere. Hi enim robore multum præstantes, tanti regis magnitudinem nihili faciebant: neq; legatione aut honore aliquo cum dignabantur. Itinera, quibus ad se intrari posset, octo millibus hominum firmauerant, Macedonumq; aduentum ita confidenter operiebantur. Alexander igitur prælio cum eis congressus, maiorem partem interfecit, reliquos usq; ad asperiora regionis loca est insequutus. Deinde igne totam eorũ terram uastare cœpit. Tũc pueris, qui equos regios ducebant paulum post regem euntibus Barbari aliquot facto impetu, equum, qui cæteris erat melior, abstulerunt. Hunc equũ regi donauerat Corynthius Demarathus, eoq; Alexander in omnibus prælijs Asiæ usus erat. Is, quum esset nudus, sibi etiã equisonem insidere patiebatur. At quum ephippijs, & regijs ornamentis erat instructus, sessorem alium nullũ quàm Alexandrũ accipiebat cui & ultro adstabat, corpusq; insidẽti reclinabat. Ob eiusmodi dotes equũ eum sibi ablatum esse ægerrimè ferens Alexander, iussit loci arbores omneis concidi, perq; homines eiusdem linguæ incolis denuntiari, nisi equũ restituerint, omnes eorũ agros & urbeis uastari, homines ad internectionẽ occidi debere. Hac cõminatione breui diuulgata, Barbari perterriti sunt, equũq; cum magnis muneribus p uiros quinquaginta remiserunt: orantes uti secum clementer agere uellet. Alexander acceptis obsidibus insignioribus uiris, pacem eis dedit, rursusq; in Hyrcaniam est reuersus, ubi Thalestris Amazonũ regina eum conuenit. Imperabat hæc regioni, quæ est inter Phasim & Thermodonta, pulchritudine & corporis robore excellens ualde fœmina, uirtute autẽ & animi magnitudine cuiuis gentis suæ præstabat. Reliquerat copias suas in Hyrcaniæ finibus trecentas tantum Amazonas bene ornatas secum adduxerat. Alexander reginæ aduentum inexpectatum, egregiamq; fœminarum dignitatem non mediocriter admiratus, interrogauit Thalestrim, cuius rei gratia, ad se uenisset. Illa se prolis suscipiendæ causa ad eum uenisse respondit. Quum enim ipse rebus gestis facilè omnium mortalium præstantissimus sit, se autem uiribus corporis & animi uirtute fœminas cunctas antecedere cognoscat: uerisimile esse, ex adeò excellentibus parentibus æditos liberos reliquis hominibus fore meliores. Pellectus est Alexãder, & plurimũ oblectatus talibus reginæ sermõibus. Quũq; dies tredecim simul uersati fuissent, magnis muneribus eam donatam rex, ut domũ rediret, dimisit. Cœpit nunc primũ Alexander indelicias & luxum Asiaticum descíscere, uidens Persarum Imperio, quod affectauerat, se potitum, neq; parto regno hostẽ aliquẽ timendũ imminere. Ante omnia apparitores quoscũq; aulæ in Asia natos homines esse uoluit. Clarissimisq; eiusdẽ gẽtis officiũ imũxit, ut circa se cũ telo ad corporis custodiã essent. Inijs erat Oxathres

*Bucephalas.*

*Thalestris regina.*

*Prolis causa ad Alexan. uenit Thalestris.*

*Alexãder Asiatico luxu uti cœpit.*

Darei



Darei frater. Diadema Persicũ capiti induxit, & alba tunica cum cingulo Persarum more utebatur, omnemq; prorsus habitum peregrinũ præter femineum & uelamen, quẽ Candym nuncupant, adsumpsit. Amicis etiã uestimenta distribuit, equosq; instructu Persico ornari fecit. Ad hæc concubinas secũ habere, ut Dareus consueuerat, instituit. Earũ numerus erat quẽ habẽt anni dies. Forma nõ nisi excellentissima, utpote è tota Asia electæ, adhibebanẽ. Hæ nocte quacunq; regio cubili adstabãt, ut optionẽ eius, quæ secũ cubitura esset, faceret. Huiusmodi autẽ uoluptatibus rarò Alexander usus est, licet inter eas uersarẽ. Timebat enim ne Macedonũ animos offenderet, quorum iam plerisq; cum eo expostulabãt. Hos Alexander muneribus cõmitigare studuit. Quunq; audiuisset Satibarzanẽ olim Darei præfectũ, milites, quos ab se acceperat, interfecisse, Bessoq; adiunctũ, decreuisse cõtra Macedonas bellũ gerere, expeditionẽ aduersus eum suscepit. Ille exercitũ suũ Chortacana, quæ est urbs eius regionis maximè insignis & naturali situ munitissima cõtraxit. Verum ut primũ Alexãder cò puenit, Barbarus Macedonũ multitudine, & strenuitate, quæ iam ubiq; gentiũ nota erat, perterritus, cũ duobus millibus eqtũ ad Bessum pfugit, petiturus ut q̃ primũ eius rebus auxilio uenire uellet. Reliquis suis psuasit, ut in montẽ quendã se reciperẽt, qui aditus haberet difficillimos, ubi etiã latebræ oportunæ essent, si hostiũ ui apertè obsistere non ualerent. Idq; factum est ab illis. Sed rex ingenita sibi in rebus perficiendis diligentia usus in præcipitem & firmissimã rupem eos reductos, acriter adeò oppugnauit, ut timore ad deditionem uenerint. Post hanc expugnationẽ, omneis eius præfecturæ urbeis intra diem trigesimum recepit. Postea discedens ex Hyrcania, in regiam urbem Dranginæ terræ se contulit, ubi moram aliquam facere & exercitum recreare constituit. Tunc temporis nefarium facinus, & eius bonitate prorsus indignum in ipsum Alexandrum paratum est. Quispiam enim è numero amicorum regis, Dimnus nomine, questus ei de quibusdam, atq; inde ira concitus insidias in eum moliri cœpit, adsumpsitq; in cogitatæ rei communionem Nicomachum, ab se habitum in delicijs, qui, ut pote iuuenis, Cebalinum fratrem de facinore eo celandum non putauit. Is audita tanti momenti re, uereri multum ne aliquis è conspiratis rem Alexandro indicaret, ideóque ipse primus hoc facere deliberauit. In aulam itaque ingressus Philotam conuenit, habitisq; colloquijs, eum rogauit, ut quàm primum regi rem notam faceret. Philotas siue conscius insidiarum, siue tarditate negocium iniunctum segniter perfecit. Intrans enim uerò ad Alexandrum, prolixos & uarios sermones cum eo habuit, nec tamen de his, quæ à Cebalino audiuerat uerbum fecit. Egressus dixit se idoneum tempus rei detegendæ non habuisse, sed postero die sibi esse in animo regem solum alloqui, certioremq; de omnibus facere. Sequenti die Philotas, ut prídie, rem in crastinũ distulit. Tunc Cebalinus timens, ne, enuntiata per alterius indicium conspiratione, periculum sibi immineret, dimisso Philota, ad puerum quendam regiũ accedens,

*Satibarzanes.*

*Chortacana.*

*Cõspiratio contra Alex inita. Dimnus.*

dens, singillatim facinus totum ei exposuit, orauitq; ut statim id regi significaret. Puer Cebalinum in armamentariũ introduxit, iussitq; ut ibi latitaret. Ipse ad regem, qui lauabatur, profectus quæ sibi dicta essent enarrauit. Rex commotus ualde, Dimnum statim comprehendi fecit, per quem omnia intellexit. Cebalinũ & Philotam accersitos diligenter interrogauit, resciuitq; quid actum erat. Tunc Dimnus se ipsum, metu grauioris pœnæ, interemit. Philotas fatebatur negligentiam sibi imputari posse, sed coniurationis nequaq̃ se participem fuisse asseuerabat. Remissa est à Rege cognitio hæc Macedonũ consilio. Ibi post multam disputationem decretum est tandem, Philotam aliosq; accusatos morte mulctandos esse. In quo numero & Parmenio ipse, qui inter præcipuos Alexandri amicos habebatur, comprehensus est. Aberat is quidem, sed creditum est Philotam ex uoluntate patris tale facinus moliũ fuisse. Excruciatus est primum tormentis Philotas, & confessus se regi insidias parasse. De eo demum & damnatis aliis secundum instituta Macedonum capitale est sumptum supplicium. Eadem fuit causa Alexandri Lyncistis, qui machinationis in uitam regis insimulatus, iam treis annos in custodia tenebatur. Prorogataque eius fuerat cognitio, in Antigoni gratiam, quo cum magnam familiaritatem habebat. Tunc igitur, quum in Macedonũ consessum uti iudicaretur uenisset, maleque negocium suum defensare sciuisset, pœna capitis affectus est. Rex autem per celeres camelos quibusdam missis, ut rumores de Philota extincto præuerterent, interfici curauit Parmenionem Philotæ patrem, fidei cuius, Mediæ Imperium & thesauros in Ecbatanis, ubi talenta centum & octoginta millia asseruabantur, commiserat. Post id è toto exercitu selegit eos, qui grauius contra se loqui uulgo solebant, & qui Parmenionis mortẽ inquo ferebant animo: eos etiam, à quibus asperiores literas in Macedoniam ad amicos de regijs negocijs scriptas fuisse comperat. Atque eorum agmen unum, quod Extraordinariorum appellabat, confecit, ne importuna & immodica sua loquacitate relinquam turbam inficerent. Expeditis his omnibus, atque ordinatis, quæ in Drangina erãt necessaria, mouit castra ingentem, quæ prius Arimaspi, tunc Euergetæ (id beneficos significat) nuncupabatur. Causa noui nominis eiusmodi fuit. Cyrus, qui à Medis ad Persas Imperium trãstulit, quum in expeditione quadam coactus fuisset intrare regionem desertam, & omnium uitæ necessariorum inopem, tam graue subiuit discrimen, ut sui milites obuictus indigentiam commilitonum corpora in cibum uertere compulsi fuerint. Ibi quum Arimaspi currus frumento onustos ad trigínta millia adduxissent, præter spem ab ingenti calamitate omnes sunt liberati: & Cyrus populum eum deinceps à tributis omnibus immunem esse uoluit, magnisq; insuper affecit muneribus, & priori dempto nomine, pro Armaspis Euergetas appellauit. Ad hos quum Alexander ducto exercitu peruenisset, humanissimè exceptus, donis decentibus eos est prosequutus. Idem quum factum esset à finitimis, qui Cedrosij dicuntur,

*Insidiæ detectæ.*

*Philotæ mors.*

*Parmenionis nex.*

*Extraordinariorum agmen*

*Quur Arimaspi Euergetæ dicti sint.*

*Cedrosij.*



dicuntur, experti sunt & ipsi Alexandri liberalitatem in referẽdis gratijs, duabus his gentibus Tiridates præesse iussus est. Hæc agenti regi nunciat Satibarzanem ex Bactriana cum magno equitatu ad Arios uenisse, eosq; induxisse ut ab Alexandro deficerent. Non cunctatus, partem exercitus, ducibus Erigyio & Stasanore, cõtra eum misit. Ipse cum reliquis copijs Arachosiam contendens, eam intra paucos dies superauit, oppidanosq; ad obsequiũ compulit: atq; ita annus hic exactus est.

*Satibarzanes.*

*Arachosia.*

## REGNI ALEXANDRI ANNVS OCTAVVS.

SEQVENTI, quo Athenis princeps Euthycritus, Romæ cõsules fuerunt L. Plautius & L. Papirius, atq; Olympias tertia decima supra centesimam decucurrit, Alexander in Paropamisadas, profectus est. Huius gentis terra posita est sub ipsos septentriones, atq; uniuersa maximis obruitur niuibus, gentesq; externæ, ob frigora ingentia, eam intrare non audent. Est maior pars plana, & ubi rarissima sit materia, ideoq;, quum pagis multis habitẽt, domuum tecta è lateribus conficiunt camera in angustum tendente. In summo culmine relinquitur foramen, unde fumus emittitur. Inferiores etiam ædium parietes omni ex parte bene extruũtur, ut habitatores undiq; sint muniti. In eiusmodi domicilijs maiorem partem anni se continent ueluti niuibus obsessi, præparantq; idoneo tẽpore, quæ uictui sunt necessaria. Vites & fructiferas arbores obtegũt terra, ut frigoris hyemalis uim sustineant. Quum demum germinandi tempus appetit, amota terra in apertum eas educunt. Facies uero eorum locorũ non uiridis, non amœna ut alibi fert natura, sed cana & micans est ex niue, & super eam congelata glacie. Idcirco neq; aues suo cantu homines permulcẽt, néque feræ ibi è lateribus excitantur, sed in hospita & prorsus inaccessa regio ea uidetur. Neq; tamen his tantis difficultatibus impediri potuit Alexander, quin Macedonum suorum animo & tolerantia asperitatem loci omnem superaret. Multi quidem milites & alij, qui extra ordines regem sequebantur, tantis incommodis non sufficientes, extincti sunt: aliqui ex præmicanti fulgore niuis, & nimiæ claritudinis refusione graueis offensas contraxerunt. Neq; semota res aliqua conspici poterat, nisi quum fumus exhalãs pagos ipsos indicabat, quos citra ullum certamen Macedones occupauerunt. Ibi quũ magnã commeatuũ abundantiam inuenissent, recreati sunt à laboribus, quos durissimos sustinuerant. Breui autem omnia eius tractus in Alexandri potestatem uenerũt. Dein progressus ad radices Caucasi castra posuit. Montem hunc alij Paropamissum uocant. Secundum eius latitudinem Alexãder sexdecim dierum iter fecit. Ibiq; prope aditum, qui in mediam ducit, urbem, quam Alexandriam appellarunt, condidit. Ad medium huius montis Caucasi est rupes,

*Paropamissadæ eorumq; regio asperr.*

*Alexandria.*

rupes quæ in parteis quaſcunq; ſtadia decem in altum quatuor protenditur ſtadia, in qua Promethei antrũ, & fabuloſæ illius aquilæ nidus, cathenarũq; ſigna ab incolis oſtendebantur. Extruxit & alias urbeis Alexander, prope Alexandriam ad unius diei iter, in quas colonos traduxit ſeptem millia Barbarorum, & hominum, qui eum extra ordines ſequebantur, tria millia. Si qui etiã militum ære merentium ibi remanere uoluerunt, eis poteſtatem fecit. Ipſe in Bactrianam cõtendit, Beſſum diadema regium ſumpſiſſe, magnasq; comparaſſe copias quum audiuiſſet, dum hæc ab Alexandro geruntur, duces miſſi contra Arios quum inueniſſent ualidum exercitum ab hoſtibus coactum, ducemq; illis eſſe Satibarzanem, qui & rei militaris ſcientia & uirtute multum præſtabat, non temerè agendum rati, prope hoſtem caſtrametati ſunt. Cõmittebanturq; frequenter leuia certamina, neq; magnis uiribus ad aliqd tempus congredi uoluerunt. Tandem Barbari inſtructis copijs omnibus in aciem pugnandi cauſa proceſſerunt. Ipſeq; Satibarzanes ſuis manibus galeã deponens è capite ſeſe quis eſſet oſtendit, atq; è ducibus hoſtium, qui ſecum uiriti m pugnare uellet, inuitauit. Accepit conditionem Erigyius: initaq; forti & planè heroica pugna Satibarzanes uictus eſt. Tunc Barbari ex ſui ducis morte perterriti, fide accepta, ſe in Regis poteſtatem tradiderunt. Beſſus autem, qui ſe Regem appellari fecerat, quum peractis in honorem Deorum ſacrificijs amicos conuiuio accepiſſet, interpotandum cum Bagodara familiari ſuo altercari cœpit, paulatinq; contentione creſcente exaſperatus Beſſus, eũ interficere, niſi amicorum caſtigationibus reuocatus fuiſſet, deliberauerat. Ille imminenti periculo uitato, noctu ad Alexandrum perfugit. A quo, quũ & ſalutem, & munera impetraſſet, inuitati ea liberalitate primi Barbarorum duces conſpirarunt, captumq; Beſſum ad Alexandrũ adduxerunt. Eos honorificis muneribus rex eſt proſequutus. Beſſum autẽ fratri Darei reliquiſq; eius conſanguineis, ut pro arbitrio ſupplicijs de eo ſummerent, conceſſit. Illi quum omnia contumeliarũ & cruciatus genera in cũ exercuiſſent, minutatim corpus conciderunt, membrorũq; fruſta fundis in parteis uarias proiecerũt. Regina autẽ Beſſi uxor, accepto iureiurando Alexandri, cuius magnitudinẽ animi plurimũ admirabatur, ingentis pretij munera ad eum miſit, ſeq; imperata facturã pollicita eſt. Mercennarij milites ex pacto confeſtim urbe decceſſerunt, progreſſiq; ad ſtadia octoginta, nullo prohibẽte, caſtra poſuerũt. quid nam de ſe ipſis futurũ eſſet, nihil dum certi habentes. Alexander, qui inplacabili contra illos indignatione feruebat, inſtructo exercitu in Barbaros inuaſit, factaq; derepentè impreſſione, multos interfecit. Tunc illi initiò cõtra iuſiurandũ ſibi uim inferri exclamare, atq; uiolatos deos implorare cœperunt. Alexander uoce alta ut audiri ab eis poſſet, ſe non impediuiſſe, quin urbe excederent, & eos non uerè Macedonum amicos eſſe cognoſcere, reſpondit. Mercennarij magnitudinem periculi cernentes, conſtrictos ordines in orbem reduxerunt: pueros & fœminas in mediũ receperunt, ut minori cum incõmodo hoſtibus

*Promethei antrum.*

*Duorũ Ducũ pugna ſingularis.*

*Beſſus Alexandro deditus, & crudeliter necatus.*

*Atrox pugna Alexandri cũ exercitu mercennario.*



hoſtibus omni ex parte reſiſtere poſſent. Quunq; ſpem uitæ prorſus abieciſſent, animoq; & uirtute, quam in multiſcei taminibus ſibi parauerant, præſtantes pugnã fortiter iniuiſſent, neq; Macedones aliquo pacto eis deteriores cognoſci uellent, res in magnum diſcrimen deducta eſt. Comminus enim ut manus conſerere cœperunt, & cædes & uulnera omnis generis quamplurima ædebantur. Macedones fariſſis barbarorum peltas penetrantes, in eorũ uitalia cuſpides infigebant. Et illi lanceas ſuas in confertiſſimã Macedonum turbam conijcientes nunquàm fruſtabãtur quum haud procul eſſent, quos telo petebant. Vtrinq; multi interficiebantur, nec pauciores ſaucia bant. Fœminæ uirorum cadentium arma ſibi induebant & pugnãtibus militibus auxiliabantur. Imminens enim periculum & rei difficultas faciebat, ut ſupra naturam auderent, & fortiter præliarentur. Aliquæ igitur armatæ, eodem ſtatu cum uiris pugnam ſuſtinebant, aliæ inermes, ſcuto duntaxat tectæ, hoſtibus aliquid moleſtiæ inferebant. Tandem omnes cum uxoribus ſtrenuè pugnantes, multitudine Macedonum ſuperati & cæſi glorioſam mortem oppetere, quàm turpiter captiui hoſtium uiuere maluerunt. Eorum inermis & inutilis turba, fœminæq; ſuperſtites omnes, equitibus, qui eos appellerẽt, ab Alexãdro dati ſunt. Multas quoq; alias urbeis eius regionis obtinuit quos ùe ſibi aduerſantes inuenit, eorum uitæ non pepercit. Confugerant in munitiſſimam quandam petram, cui Aorno erat nomen, circumiacentis terræ habitatores, uti ab hoſtium ui incolumes eſſent. Ad hanc quoq; Alexãder uenit. Quunq; fama eſſet antiquum Herculem eam quondam oppugnare adortũ, ob tremores terræ & alia prodigia, quæ eum perterruerint, re infecta diſceſſiſſe, eò magis hoc audito inflammatus eſt ad negocium perficiendũ ut Dei illius gloriæ æmulus appareret. Saxi eius circuitus erat ſtadiorum centum, ſexdecim autem in altum erigebatur, habebatq; undiq; æqualẽ & ſeſe in circulum uertentem ſpeciem. Partem, quæ ad Meridiem ſpectat, Indus, inter Indiæ flumina maximus, alluebat. Parteis alias profundæ ualleis præcipitẽ rupem cingentes tutabantur. Speculatus Alexander omneis loci difficultates, deſperabat ui ſe aliquid poſſe efficere. Tunc ad eum ſenex quidam cum duobus filijs acceſſit. Is erat homo extremæ paupertatis, multosq; annos in eis locis uixerat. Inhabitabat cauum quoddam ad radices eius petræ exciſum hactenus, ut treis lectulos caperet. Hoc ſenis & duorum filiorum erat domicilium. Qui poſtquàm regem conuenit, de toto ſtatu ſuo eum reddidit certiorem, pollicitusq; eſt per anguſtias quaſdam ad id loci eum ducturũ unde Barbaris, qui petram occupauerant, uim inferre poſſet. Magna munera ei rex, ſi id faceret, promiſit. Primumq; ducente ſene aditum, qui unicus in ſaxum ferebat, occupauit, præſidiumq; impoſuit, ut nulla alia patente uia, hoſteis ſpe auxilij deſtitutos expugnaret. Poſt id, operantium multitudine ingenti coacta, ſuperuallem & radices ſaxi aggerem iacere inſtituit. Qui quum in æditum iam ſublatus eſſet, acriter, & ſine ulla intermiſſione, Barbaros cœpit oppugnare,

*Fœminarum audacia.*

*Aornos petra.*

pugnare, sen per q̃ fat gatis, integros summittendo: dies septem & totidem noctes is ecs grauiter urgebat. Illi primò superioribus locis adiuti, Macedonas facilè repellebant, & si qui audacter manus conferere conabãtur, interficiebant. Sed postquàm aggere perfecto catapultæ, quibus tela in hostem mittuntur, aliaq; tormenta erecta sunt, & apparebat regem nullo pacto, nisi facta expugnatione, ab incepto discessurum, magnus terror obsessos corripuit. Tunc Alexander callidè, quid euenturũ esset, prospiciens, iussit præsidia, quæ loco imposuerat, ubi insaxum iter patebat, discedere, ut liberum discessum Barbari haberent, qui Macedonum uirtute, & Alexandri animo, ad laudem obtinendam pertinaci, consternati, noctu deserta petra aufugerũt. Eiusmodi strategemate usus Alexander citra aliquod detrimẽtum, saxo eo est potitus. Senì, quem autorem expugnationis habuerat, promissa munera liberaliter exoluit, atq; inde in ulteriores partes castra mouit. *Aphices.* Interim Aphices Indus cum uiginti millibus hominum, & elephantis tredecim, loca, qua Alexandro trãseundum erat, quum insedisset, interceptus est à quibusdam & ab eisdem caput ad Alexandrum portatum. Quos ob tantum beneficium rex humanissimè excepit, habuitq; in amicorum numero. Elephantos, qui uagabantur, conquiri, & ad se adduci iussit. Deinprogrediens ad Indum flumen peruenit, ubi triginta remorum nauibus constructis atq; simul iunctis pontem ad trajiciendum parauit. Quunq; exercitum dies triginta quiescere permisisset, & magno sacrificio Deos esset ueneratus, exercitum flumẽ transduxit. Vbi præterea spem res prospera statim ei euenit. Taxiles Rex pridem decesserat, filiusq; eius *Mophis.* Mophis, accepto paterno imperio, cum etiãnum Alexander in Sogdiana esset, nuncios ad eum miserat pollicitus, si in Indiam uenire uellet, se ei cõtra Indos aduersantes auxilio futurum. Tunc autem, legatis missis regnũ suum ei liberè obtulit. Aberat Alexander ad stadia quadraginta. Mophis agmine instructo, ueluti si in prælium proficisceretur, & elephantis adornatis, cum amicis suis obuiam regi processit. *Alexandri iusta suspicio.* Alexander magnum exercitum, acie facta, appropinquare conspiciens, uereri cœpit, ne Mophis pollicitationibus fraudulentis usus esset quo Macedonas de improuiso adoriretur. Itaq; tubicines bellicum canere imperauit, dispositisq; ordinibus aduersus Indos contendit. Tũc Mophis Macedonum concitatione animi aduersa, suspicatus qua de causa illud fieret, copias suas consistere iussit, cunq; paucis ipse eques progressus, omni errore Macedonas leuauit, & seipsum Alexandro dedidit. Quo facto multum delectatus Alexãder, regnum donatum ei restituit, Taxilemq; cognomento appellauit, & deinceps eo amico & socio semper est usus. *Liberalitas Alexandri.* Hactenus anni huius resgestæ sunt.

REGNI



## REGNI ALEXANDRI ANNVS NONVS.

SEQVITVR annus, quo Athenis princeps Chremes, & Romæ consules P. Cornelius & Aulus Posthumius imperarunt. Eo tempore cum Alexander milites suos in Taxilæ regno benè refecisset, castra mouit aduersus Porum, terræ finitimæ regem, qui *Pori copiæ.* peditum quinquaginta millia, equites adtria millia, bellicos currus plureis quàm mille, & elephantos centum trigínta comparauerat. Adhoc sibi sociũ asciuerat uicinum regem nomine Sabisarum, cuius copiæ Pori exercitu non *Sabisarus.* multò erant minores. Hunc Alexander audiuerat non adhuc Poro se adiunxisse, sed distare ad stadia quadringenta. Itaq; prius, quàm is appropinquaret, prælio cum Poro decertare deliberauit, castraq; propius iam contulerat. Tum Potus hostem sibi imminere sentiens, aciem q̃primũm instruxit. Equitatum omnem in cornua distribuit. Elephantos cum apparatu quodam terrifico, in fronte, paribus interuallis, constituit, ubi inter ipsas feras locus armatis militibus est datus, quibus iniunctum, ut pugnanteis elephantos adiutarent, tuerentq; ne à latere hostis iaculando eos offenderet. Huiusmodi erat totius Pori exercitus facies, quæ urbem representare uidebatur. Elephantes enim turribus milites in medio ferarum stantes, interiecto turribus muro haud erant absimiles. Consyderauerat Alexander hostis consilium in acie ordinanda, ipseq;, ut res exigere uidebat, copias suas disposuerat: atq; inito certamine primus equitum & curruum factus est concursus. Ibi quoq; quum & corporum mole, & ui magna elephantes impetum in hosteis fecissent, Macedones multi ferarũ pedibus conculcati, armis simul & ossibus contritis, extinguebantur. Alij promuscide apprehensi & in altum coniecti, ad terrã rursus illidebantur, & ita miserè peribant. Non pauci dentibus tota traiecti, corpora statim mortem obibant. Nec tamẽ tot difficultatibus pressi Macedones succumbebant, quin forti animo omnia sustinerẽt, & eos, qui inter feras manus conserebãt, sarissis passim interficerẽt, ut eo modo pugnæ discrimen æquatũ uideretur. Tandem quum belluæ telis multis confectæ, dolorem uulnerum perpeti non possent, Indi, qui insidebãt, eis regẽdis haud pares erant, reluctantesq; illæ in suos impetu, cui nulla ui obsisti poterat, ferebantur, ac multos ita prostratos comprimebãt. Magna autem ordinum inde orta perturbatione Porus sibi non defuit, quin imminenti detrimento prouideret. In elephanto nanq; fortissimo consistens, coẽgit secum alios quadraginta, qui nec cum consternati erant, cunq; ea belluarum uiolẽtia in hosteis impressionem fecit. Vt uerò corporis robore ante omneis milites suos erat, magnam hostiũ cædem *Magnitudo Pori regis.* faciebat. Eius magnitudo cubitis quinq; pectus in latum duplo eius, quod uiri robustissimi sit, porrigebatur. Propterea quæ cõsyciebat Sunia eo ferebantur impetu, quò ferme si ex catapulta fuissent intorta. Eaq; regis Indi fortitudo mirificè

do mirificè Macedonũ, qui obiecti ei erant, animos perterruerat. Tunc Alexander sagittarios & leuis armaturæ ordines accitos, iussit, tela omnia sua in Porum mitterent. Eo uti iubebatur ocyus facto, maxima missilium uis, eodẽ tempore effusa est, atq; omnia ferme, ob magnitudinem corporis, ipsum Porum attigerũt. Qui strenuissimè pugnans, quum undiq; totus uulneribus confectus fuisset, ac sanguinis multum amisisset, animo est defectus, pronusq; super elephantum, deinceps & in terram decidit. Creditum est tunc, & passim rumoribus iactatum, regem interemptum fuisse. Igitur Indorum exercitus facilè sese in fugam coniecit: plurimaq; eorum cædes interim per Macedonas patrata est. Alexander autem tam insigni potitus uictoria, receptui tubicines iussit canere. Inuentumq; est in ea pugna Indos plureis duodecim millibus occubuisse, in quis duo filij regis Pori, aliiq; duces & præfecti magni nominis fuerunt. Viui milites nouem millia, Elephanti octoginta capti sunt. Porus ipse adhuc aliquid spiritus retinens traditus est suis Indis, uti eum curarent. Macedones equites ducenti octoginta pedites plures septingentis desyderati sunt, quos Alexander sepeliri curauit. Viuentibus autem, qui fortem operam in prælio nauauerant, pro cuiusq; merito magna munera condonauit, Solemq; ipsum sacrificio est ueneratus, quòd sibi orientalem terram superare concessisset. Quũ uerò in uicinis montibus abietem, cedrum, piceam aliamq; fabricandis nauibus idoneam materiem multam esse comperisset, classem extruere instituit. Cogitabat enim, postquàm ad Indiæ fineis peruenisset, gentesq; omneis superasset, per Indum flumen in ipsum Oceanum nauigare. Vrbeis etiam duas construxit: unam in ulteriori fluminis ripa, quà traiecerat, alterã in eo loco, ubi Porum pugna superauit. Atq; utraq; cito ob multitudinem operantium perfecta est. Interim quum Porus adhibita curatione conualuisset, Alexander ei, propter egregiam uirtutem, Imperium totum, quod obtinuerat restituit: exercituiq; dierum triginta quietem indulsit: quòd rerum omnium necessariarum copia esset in eo loco. Mons uicinus imminebat, in quo mirum & singulare quiddam reperiebatur. Præter enim arbores, quæ nauium constructioni erant idoneæ, habebat multos & inusitatæ magnitudinis serpenteis cubitorum sexdecim. Genus etiam simiarum, quæ & quamplurimæ & prægrandes erant. Eis uenatione capiẽdis ars ex belluæ ipsius natura excogitata est. Sunt enim res, quaslibet fieri uiderint, imitandi plurimum studiosæ. Quunq; ualido corpore, & animi sagacitate præstent, haud facilè uiribus comprehendi possunt. Igitur è uenatorum turba quispiam melle sibi oculos perungere alius, belluis hæc omnia uidentibus, calciamenta sibi induere nonnulli alij specula capitibus solent applicare. Calciamentis innectunt laqueos atq; ita ea discedentes relinquũt. Pro melle uiscũ supponunt, & speculis adijciunt funes, quibus attrahi possint. Simiæ, post uenatorum abitum, conantur ea, quæ uiderunt, facere & ipsæ, sed frustra. Cilia enim uisco adglutinantur, pedesq; laqueis impediti, & corpora uincta remanent.

*Indorũ clades*

*Soli sacrum fecit Alex.*

*Alex. liberalitas erga Porũ.*

*Modus capiendi simias.*



nent. Sed enim Alexander Sabisarum, qui tardius cum auxilijs ad Porum uenerat, iniecto terrore ad obsequium, ut imperata faceret, compulit. Postea quum exercitu flumen traiecit, ubi uaria erant arborum genera, quæ septuaginta cubita in altum surgerent, crassitudinis tantæ, ut quatuor homines uix eas complecti possent, umbram ad trecentos pedes extenderent. Erat in eo tractu magna uis serpentum, qui haud magni corporum uarietate distinguebantur. Aliqui æneis uirgis specie erant consimiles. Nonnulli densam & hirsutam cristam arrigebant: atque omnium ea erat morsus uis, ut mortem citissimã inferrẽt. Si qui enim ab eis læsi fuerant, grauissimo torquebantur dolore, fluebatq; è toto corpore cruentatus quidam sudor. Magna prõinde cum difficultate à tanta peste sese Macedones tuebantur. Suspenderant ex arboribus lectos, multamq; partem noctis insomnem ducebant. Tandem à locis incolis radicem quandam, optimum ei malo remedium, docti sunt, illaq; usi incolumeis se à serpentibus seruarunt. Hinc Alexander castra mouerat quum ei à quibusdam nunciatum est Porum regem, Pori, quem debellauerat, nepotem ex fratre, deserto suo regno, ad Gangaridas se contulisse. Motus eo facto Alexander Hephæstionem cum exercitu in illius regnum misit, iussitq; ut occupatum, Poro, quem secum habebat, concederet: ipseq; in Andrestarum terram cum exercitu inuasit, & urbibus partim ui, partim per deditionem receptis, transijt ad Catharos, quæ gens legem illud scitum habet atq; obseruat, uti uxor cum marito mortuo incendatur. Idq; ob fœminæ cuiusdam ueneficium in maritum patratum, à Barbaris institutum ferunt. Ibi oppidum maximum & munitissimum summo cum labore Alexander expugnauit, atq; incendit. Inceperat & alterius oppugnationem, cum oppidani supplicantium insignia prætendentes post multas preces pacem impetrarunt. Exercitum post id duxit ad urbeis, quæ Sopithæ parebant, ac bonis legibus mirabiliter erant institutæ. In eis alia multa publice cum summa laude seruabantur. Sed corporis pulchritudo præ omnibus in magna erat æstimatione: atq; in ipsa statim infantia puerorum discrimen faciebant, ut qui membra ac naturam ad bonum corporis statum & robur idoneam habere uiderentur, eos educarent. Quibus corpora essent infirmiora, ijs alendi curam impendere superuacaneum existimarent ac mortem inferrent. Pariter & in matrimonijs contrahendis, neq; dotis, neq; magni apparatus, sed formæ duntaxat & procerit atis corporum ratio habebatur. Propterea earum ciuitatum indigenæ, cæteris hominibus specie honesta ualde præstabãt, & ante omneis ipse rex Sopithes & insigni forma & corporis magnitudine cubitis quatuor eminentiori spectabilis, tunc Alexandro obuiam è regia sua progressus est, seq; & totum regnum in eius potestatem dedidit, atq; illud à benigno uictore rursus obtinuit. Macedonas omneis aliquot dies honorifice apud se recepit, & Alexandro ipsi præter multa & splẽdida dona alia dedit centum quinquaginta canes, qui prægrãdes, robustissimi, alijsq; naturæ donis præstantes ualde erant,

*Ingentes arbores.*

*Serpentes.*

*Andrestæ.*

*Cathari.*

*Institutũ mirũ*

*Corporis pulchritudo in magna æstimatione.*

*Sophites regnũ donauit. & accepit.*

*Canes excellentes.*

atq; cum tigribus cõmiſceri dicebantur. Eorum uirtus ut Alexandro re ipſa innoteſceret, leonem fortiſſimũ intra ſepta duci fecit Sopithes, duoſq; imbecilliores è numero canum, quos donauerat, contra feram immiſit. Qui quũ ſuccumbere uiderentur, duos alios addidit ſimulq; quatuor leonem proſtrauerunt. Tunc à Sopithe quiſpiam cum gladio miſſus, crus dextrum unius canis cœpit abſcindere. Ibi Alexandro inclamante, regij ſpiculatores adcurrerunt, manumq; hominis retraxerunt. Iuſſit Sopithes a quo animo id ferret, pro eo cane treis ab ſe dono accepturi. Igitur uenator, reprehenſum crus paulatim concidere, neq; unquàm canis aut latratum, aut clamorem quempiam ædidit: tantum modo frendens dentibus, carnificinam eam ſuſtinuit, donec exanimatus ſuper leonem expirauerit. Interim Hephæſtio debellatis gentibus multis Indiæ cum exercitu ſecum miſſo ad Alexandrum rediit, qui cum obres egregiè geſtas, multum laudauit, atque cum copijs omnibus in Phegei regnũ inuaſit. Vbi à populis omnibus gratiſſimè eſt exceptus, & ipſe Phegeus cum magnis muneribus ei obuiam prodiit. Tanta hoſtis fiducia motus Alexander, uti regnum ſuum obtineret, permiſit: duoſq; dies magnificentiſſimè ab eo cum toto exercitu acceptus, ad fluuium uſque Hyphaſim perexit: cuius ſeptem ſtadiorum erat latitudo, profunditas ulnarum ſex, curſus autem concitatus adeò, ut nullo ferè modo tranſiri poſſet. Factus eſt ibi certior à Phegeo, trans id flumen terrã eſſe deſertam ad dierum duodecim iter, excipere tunc fluuium Gangem, omnium, quos India habeat, altiſſimũ, qui in latũ ſtadia trigínta duo pateat, ab eo gentes duas eſſe Tabræſios & Gangaridas ſub rege Xandramæ, qui equitatum uigínti millium, peditũ ducenta millia, curruum millia duo & elephantos bellico more inſtructos ad quatuor millia haberet. Videbantur hæc parum credibilia Alexandro. Itaq; accerſitum Porum, ſeuerius percunctatus eſt, quidnam de hiſce compertum teneret. Ille cætera omnia uera eſſe confirmauit: ſed regem ipſum Gangaridarum abiectum hominem, & nullius æſtimationis eſſe dixit: utpote qui tonſoris filius fuiſſe pro certo crederetur, quòd patrem eius ſatis uenuſtum, regina quum deperiret, regem maritũ fraude interfecerit, & tonſorem ita in regnũ induxerit. Intelligebat Alexander expeditionẽ in Gangaridas apprimè difficilem fore, nihilominus in cupiditate ſibi ſuetæ gloriæ conſequendæ, Macedonum ſuorum uirtuti confiſus perſtabat. Confirmabatur etiam oraculis, quæ acceperat, uictoriam contra Barbaros haud eſſe deſperandam, quum Pythia inſuperabilem eum appellaſſet, & uniuerſi orbis Imperium ei Hammon promiſiſſet. Sed quum militem ſuum bellis continentibus fatigatum ualde, iámque annos octo in laboribus & periculis maximis fuiſſe cogноſceret, oratione beneuola & accommodata, ſuorum multitudinem ad nouum bellum adhortari neceſſarium duxit. Mirifice ordines omnes, ob prælia identidem commiſſa, erant extenuati, néque bellorum finis quiſpiam uulgò ſperabatur. Abſumpta erant & diſrupta in longo itinere arma ferme omnia & equorum & hominum.

*Canis pertinacia.*

*Phegeus.*

*Hyphaſis.*

*Tabræſij. Gangaridæ. Xandramis magnæ copiæ.*

*Expeditiõis in Gangaridas difficultates.*



hominum. Veſtimentis Græcis non amplius utebantur. Barbarica adſumere, Indorum tunicas conciſas ſibi aptare coacti neceſſitate. Fortè etiam euenerat ut imbres magni & tonitrua cum fulminibus ad dies ſeptuagínta continenter tunc temporis fierent, quæ Alexander ad ſe terrendum facta fuiſſe exiſtimans, unicam deſyderij ſui ſpem habebat, munificentia milites ad id, quod moliebatur, induci poſſe. Itáque facta eis poteſtate eundi prædatum in hoſtilem terram, quæ omnium rerum copia affluebat. Interim dum abſunt in populatione uxores omneis, & filios eorum ad ſe uocauit, promſitq; mulieribus menſe quouis dimenſum frumentum: pueris autem militare ſtipendium, quantum eorum patribus dabat, perſoluit. Quunq; multis ſpolijs & omnis generis præda ditati milites in caſtra rediſſent, Alexãder in concionem eos uocauit, ibíq; oratione, quam meditatus fuerat, ne expeditionem contra Gangaridas detrectarent perſuadere ſtuduit. Sed cum illí nullo pacto aſſentiri uellent, coactus eſt à propoſito deſiſtere. Proinde quum ſtatuiſſet ſuorum bellorum ibi eſſe terminum, aras duodecim Dijs magnitudine quinquaginta cubitorum excitauit. Caſtrorum circuitum duplo, quam príus fuiſſet, ampliorem fieri iuſſit, ducta foſſa pedes quinquaginta lata, intra quam & agger & murus præaltus extructus eſt. Peditì cuiuis, ut in ſuo tabernaculo lectos duos quinque cubitorum: equiti, ut idem inſuperq; præſepes ſolitis altero tanto maiores facerent, iniunxit. Pariter & alia, quæ in diſceſſu relicturi erant, ſpatio auctiori produxerunt, quod à Rege curatum eſt, ut caſtra inſignia & planè heroica, opus ſuum, apparerent. Simul ut indicia & ucluti ueſtigia uirorum prægrandium, documento eius loci incolis forent, præſtantiſſimam Macedonum fuiſſe fortitudinem. His peractis, itinere eodem quo progreſſus fuerat, rediens diuertit ad fluuium Aceſinem, ubi naueis complureis inchoatas abſoluit: aliáſque conſtruere inſtituit. Ei negocio dum curam impendit, auxilia & milites ære conductos ſub ducibus ſuis è Græcia uenientes recepit. Erant pedites plures trigínta millibus: equites ad ſex millia. Cum ijs arma, quæ uigínti quinq; millibus hominum ſufficerent, & medicamentorum talenta centum ſunt aducta, quæ militibus Alexander diſtribuit. Nauibus autem cum armamentis omnibus, quarum ducentæ erant non tectæ, reliquæ minores ad miniſteria omnia obeunda agiles, octingentæ, atque eodem tempore urbibus duabus iuxta flumen perfectis harum unam, in uictoriæ partæ monimentum, Nicæam: alteram ab equi ſui nomine, qui in pugna contra Porum occiderat Bucephaleam nominari iuſſit. Ingreſſuſq; cum amicis claſſem, flumine Oceanũ uerſus Meridionalem nauigare incepit. Maiorem exercitus partem terra non longè à flumine ducebant Craterus & Hephæſtio. Peruentũ erat ad locum, ubi Hydaſpes, & Aceſines in unum confluunt. Ibi Alexander nauí egreſſus, contra Ibos ductis copijs contendit, quam gentem fama erat ab ijs, qui cum Hercule Aornon petram oppugnare adorti, re infecta diſceſſerant, atque in eis locis

*Expeditionis Alex. termini.*

*Aceſines.*

*Supplementũ miſſum ad Alex.*

*Nicæa. Bucephalea.*

*Ibi.*

permissu Herculis confederant, originem habuisse. Quunq; castra prope insignem loci eius urbem posuisset, exiuerunt ad eum primores oppidi ciues, commemorataq; ueteri cognatione, imperata omnia, ut consanguineos deceret, se promptissimè facturos dixerunt. addiderunt q; pretiosa munera. Accepit eos rex in suam amicitiam, ciuitatesq; omneis donauit libertate. Deinde in finitimas nationes cum exercitu profectus, reperit Agalasses coëgisse pe-
*Agalasses.* ditum millia quadraginta, tria autem equitum, initoq; cum eis certamine, uictor maximum cecidit numerum. reliquos, qui in oppida propinqua fugerant, expugnatos, in captiuitatem traxit. Contulerant etiam se uiginti millia eius terræ hominum, in magnam quandam urbem. Eò Alexander copias duxit, uiq; intra mœnia irrupit. Indi uiarum angustijs communitis, acriter ex ædibus resistebant adeò, ut non pauci Macedones inter oppugnandũ occubuerint. Tunc ira concitatus rex ignem domibus iniecit, ficq; maxima pars hostium est incensa. Qui periculum uitare potuerunt, in arcem se recipientes, pacem supplices ab Alexandro petiuerunt, atq; impetrarunt. Ipse
*Naufragio periclitatus Alexander.* rursus in naueis cum amicis ingressus, iter flumine continuauit, donec â duorum quos diximus, & Indi amnium confluenti classis excepta perturbari ualdè cœperit. Vbi enim concitati aquarum cursus simul collidebantur, uortices, & multi & tremendi abreptas naueis distrahebant, & nonunquàm opprimebant. Ad hoc impetus ipse præcipitatus & uehementissimus trium fluminum omnem nautarum artem seu industriam superabat adeò, ut prouideri non potuerit, quin longæ duæ naues summergerentur, & complures in terram conijcerentur. Nauis ipsa regia à rapidissimo fluctuum decursu comprehensa est. In summóque discrimine ita uersabatur Alexander, qui præsentem mortem uidens imminere, uestimenta exuit, nudúsque ad extremum natandi subsidium se expediuit. Regis amici, periclitanti nauis se appellebant, ut ea à fluctuum ui retracta Alexandrum reciperent. magnúsque eo in loco tumultus est excitatus: uiris & nauibus fluminum uiolentiæ se opponentibus: illis autem ingenium & uires humanas facilè superantibus. Tandem summa cum difficultate nauium succurrentium auxilio factum est, ut ad ripam Alexander impelleretur. Ita præter spem seruatus, Dijs sacrum fecit, quòd ueluti
*Expeditio in Mallos.* pugna cum flumine commissa, maximum euasisset periculum. Hinc contra Oxydracas & Mallos bellicosos & maximos populos castra mouit. Illico pias octoginta milliũ peditũ, decem equitũ, currus autẽ septingentos coëgerant. Quunq; ante Alexandri aduentum, bellum inter se habuissent, tunc externo hoste appropinquante, discordias omneis posuerunt: datisq;, & acceptis mutuò decem millibus uirginum, amicitiæ affinitatem adiunxerunt. Non tamen ita reconciliati simul in aciem uenerunt, sed dissensione orta, utros penes summũ esset imperiũ, in proximas quisq; suas ciuitates se recepe-
*Domophontes.* runt. Alexander quum propè totius regionis maximã urbem cõsedisset, eam absque mora aliqua oppugnare deliberauit. Tunc Demophon quidam ex his, qui



his, qui futura de ostentis & signis alijs solent cõijcere, ad regem accedens, ex augurij observatione se inquit adnotasse, magnum ei periculum portẽdi, ob uulnus, quod in oppugnatione accepturus esset. Propterea admonebat, uti pro tempore ab inuadenda ea urbe animũ adres alias conuerteret. Hominẽ
*Prædictionibus sinistris uirtus frangitur.* Alexander obiurgauit, quòd talibus consilijs uirorum fortium uirtutẽ frangeret, atq; his, quæ oppugnationi erant necessaria, prouisis, ipse primus sequentibus copijs urbem aggressus est, uehementer eam ui capere desyderãs. Ibi quum serius machinæ adducerentur, portam unam adoritus, perfregit, irrumpensq; in urbem multos interfecit, reliquos in fugam uersos usq; ad arcem est persequutus. Interim uerò Macedonũ multitudine adhuc intentãdis mœnibus occupata, non cunctatus, ipse scalam properè arripuit. & muro arcis applicauit, scutoq; supra caput prætento inscendere occepit. Tantam autem his omnibus celeritatem adhibuit, ut prius, quàm excubitores Barbari in muri custodiam uenirent, ipse iam in eum summũ conscenderit. Nõ audebant hostes propius accedere, ut manus cum eo conferrent sed eminus & iaculatores & sagittarij ita eum grauiter urgebant, ut uix missilium uim sustineret. Macedones scalis, quas duas apposuerant, frequentes scandere conabantur. sed eis pondere perfractis, omnes in terram deciderunt. Igitur omni
*Incredib. Alexandri audacia* destitutus auxilio, Alexander facinus mirum, & memorabile plurimum, ex equi ausus est. Quum enim indignum rebus abse felicissimè gestis existimaret, omnisso quod tentauerat, è muro ad suos redire, solus & armis oneratus in ipsam arcem desilijt, Indisq;, impetu facto in eum, incurrentibus, audacissimè restitebat. Dextra arborem prope mœnia positam, læua murum ipsum, ne circumueniri posset, sibi pro munimento accepit: atque ita cum hostibus manus cõserebat: eo animo, ut tanquàm rex tot clarissimis rebus gestis, summam uirtutem demonstraret, mortemq; gloriosam oppeteret. Multos gale
*Summũ periculum Alex.* a, multos clypeo ictus sustinuit. Tandem sagitta ei infra mamillam infixa, ui doloris in genua procumbere est coactus. Ibi statim Indus, qui uulnus intulerat securè ad hominem confectum accedens, ferire cum aggrediebatur, cum Alexandri gladio subter ilia transfixus, ob partem corporis quæ lætale periculum facilè contrahit, offensam, subitò mortuus concidit. Rex ramo, qui de arbore prope se pendebat, comprehẽso, adiutus surrexit, cœpitq; prouocare ex hostibus si qui secum uellent decertare. Interim Peucestes unus è custodibus corporis regij, scala mœnibus superatis, primus ad sui principis defensionem peruenit. Postq; alij plures qui ussi. Barbaros perterruerunt: atque à periculo Alexandrum seruarunt. Capta autem per uim, & urbe, & arce, hostes quicunque in Macedonum manus inciderunt, ob conceptam ex periculo regis indignationem, trucidati sunt: omniaq; loca urbis cadaueribus sunt repleta. Quum uerò in terra hac Alexãder multorũ dierum moram traxisset utí à uulnere curaretur, Græci qui Bactrianam & Sogdianam præfecturam incolent, diu antea ægrè tulerant conditionem illam uiuendi

inter

inter Barbaros, tunc de uulnere & obitu Alexandri rumoribus uulgatis, contra Macedonas surrexerunt: coactíq; in unum ad tria míllia, magno tumultu excitato, in patriam redire conati sunt. Postea Alexãdro mortuo, seditiosam eam omnem turbam Macedones interfecerunt. Iam Alexander à uulnere conualuerat, sacrumq; Dijs ob acceptam salutem fecerat, & magnificentíssimo epulo amicos suos acceperat. Ibi ex ipsa potatione res rara & memoratu digna euenit. Erat inter conuictores alios Macedo quidam Coragus nomine, qui corporis robore, & rebus strenuè gestis multum præstabat. Is uino incalescens, ad certamen singulare Dioxippum Athenienſem athletam, cuiꝰ obplerasq; insignes uictorias, coronæ præmium datum fuerat, inuitauit. Studijsq; omnium qui aderant, ut mos est, in alterutrius gloriam arrectis, Dioxippus conditionem suscepit, atque ipse rex certaminis diem constituit. Qui ut illuxit, multa hominum míllia ad eiusmodi spectaculum conuenerunt. Hinc Macedones & ipse Alexander populari suo Corago, illinc Græci suo Dioxippo omnibus uotis fauebant. Pregressi sunt in medium bellatores duo Macedo fulgentibus armis ornatíssimus, Athenienſis nudus atq; oleo unctus cum serto maximè decenti. Quunq; corporis uigor atq; fortitudo in utroque admirabilis esset, Deorum quodam modo certamen futurum uidebatur, ut statu ipso atque terrifico armorum apparatu Coragus Marti, Dioxippus autem firmitate membrorum, exercitatione pugnandi, & præcipuè ex claua quam gestabat, Herculi esset cõsimilis. Posq; igitur alter alteri cœpit ingruere, Macedo, mediocri distans interuallo, lanceam in aduersarium intorsit: quam ille paululũ reclinatus, euitauit. Post id sarissa intenta, ad eum feriendum contendens, ut propius accessit, Dioxippus claua sarissæ inflicta, totam eam confregit. Sicq; Macedonis conatus bis frustra fuit. Tunc gladio rem gerere deliberans manu educere eum instituerat, quũ assiliens Dioxippus præuenit, suáque sinistra manu illius manum, qua ensem stringere parabat, occupauit: dextra autem è statu suo eum deturbauit, cruribúsque subtractis in terram deiecit. Ibi super iacentis ceruicem pedem impressit, clauaq; inictum sublata, ad spectatores se conuertit. Qui incredibili & maxima uiri uirtute commoti, clamorem ingentem ædiderunt. Alexander iussit ut uicto parceretur, atque spectaculo finito illinc discessit. Macedonis casum ægerrimè ferens. Dioxippus aduersario suo incolumi dimisso, ob partam adeò insignem uictoriam, corona à suis popularibus honoratus est, existimatusq; communem Græcis omnibus gloriam acquisiuisse. Sed enim fortuna diutius hominem tanto gaudio frui non permisit. Rex enim semper postea ab eo fuit alienatus, omnesq; regi amici, & aulici Macedones, uirtuti eius mirificè inuidentes, id tandem excogitarunt, ut minister quidam ab se persuasus, poculum aureum Dioxippi puluino subijceret. Postmodum conuiuio mito, conqueri cœperunt, de furto patrato. Vestigantesq; poculũ ablatũ se inuenisse simularunt, cum magno pudore & probro Dioxippi. Qui Macedonum conspirationem

*Pugna singularis athletæ & militis.*

*Dolus nefandus.*



conspirationem contra se factam uidens tunc quidem periculi uitandi causa è conuiuio aufugit. Cæterum post paulò mori deliberans, epistolam ad Alexandrum de fraude in se commissa scripsit, amicisq; uti eam regi redderent, mandauit. Atq; eo facto uita se abdicauit imprudens, qui temere in certamẽ cum Macedone descendit, sed imprudentior longe, quòd sibi tam stultè uim intulit. Propterea obtrectatores eius, ad hominis demẽtiam coarguendam, illud passim iactabant: Haud facile euenire, ut quispiam ingenteis corporis uireis, & ingenium subtile habeat. Rex autem lecta epistola, grauiter illius obitum tulit: frequenterq; uirtutis eius desyderio tactus est. Et quem uiuentem abhorruerat, mortuum, quando id frustra erat, penes se habere cupiens: quanta eius fuisset innocentia, ex calumniantium scelere cognouit. At copijs ad ripam fluminis, uti secundum classem iter facerent, ductis, Alexander nauigationem cœptam, ad Oceanum continuare instituit. Progressusq; ad gentem, qui Sambastæ dicuntur, peruenit. Hi hominum multitudine, atq; egregia uirtute, nulli populo Indiæ postponendi, ciuitates liberas, quæ popularí administratione regerentur, habitabãt. Auditóque Macedonum aduentu peditum millia sexaginta, equitum sex millium, bellicos currus quingentos coëgerant. Sed cum flumine classem Macedonum appropinquare sensissent, nouo & inopinato genere accessus perterriti, quum etiam toties uictoris exercitus nomen uererentur, suaderẽtque seniores ne prælij fortunæ res committeretur, quinquaginta insigniores uiros legatos ad Alexandrum miserunt, oratum, ne adse, qui amici esse uellent, hostiliter ueníret. Rex laudato eorum consilio, pacem concessit, atque magna munera, honores autem plus quam humanos ab ea gente consequutus, in Massanos, deinde & Sodras, qui utranq; fluminis ripam tenebant, contendit. Quibus in locis secus flumẽ urbem Alexandriam condidit, decémque millia hominũ, qui eam incolerent, designauit. Hinc in Musicani regnũ ingressus, eũ captũ interfecit gentesq; deuictas sibi parére cõpulit. Transijt deinde in terrã, cui Porticanus imperabat, ubi primo impetu urbeis duas expugnauit, concessaq; militibus præda incendit. Porticanum, qui in arcem bene munitam confugerat, expugnatum oppressit, omneis eius urbeis ui captas euertit, ut ita magnum sui nominis terrorem finitimis populis injiceret. Vastauit eodem modo Sambi Regnum, oppidis compluribus occupatis ac dirutis, & hominũ millibus supra octoginta passim interfectis. Tantam calamitatẽ genti huic Brachmanum Alexander intulit. Cæteras, quæ supplices ueniam rogarunt, his tantum, qui sumendi arma præcipui autores fuerant, è medio sublatis, clementius tractauit. Sambus ipse Rex cum elephãtis triginta trãsmittens in ulteriorem Indi fluminis ripam, imminenti periculo se substraxit. Vltima erat Brachmanum ciuitas, nomine Harmata quæ & suorũ hominũ uirtuti & loco munitíssimo confisa, Alexandri gratiã parui æstimabat. Ad hanc pauci è regijs amicis missi sunt, qui lacessérent oppidanos, ut si ad exe-

undum

*Adagium.*

*Sambastæ.*

*Massani & Sodræ.*

*Alexandria.*

*Musicanus.*

*Porticanus.*

*Sambus.*

*Harmata.*

σπάτηγμα. undum elici possent, ipsi retrocederẽt. Erant quinquaginta numero, qui mœnibus appropinquantes, ob paucitatem contẽpti sunt atq; ex urbe ad tria millia insequendi gratia egressis, simulabant se perterritos pedem referre, donec ad uicinum locum hosteis perducerẽt, ubi Alexander instanteis Barbaros excepit, manibusq; acriter consertis, aliquos interfecit, reliquos uiuos comprehendit. In ea pugna quum Macedones pleriq; uulnerati fuissent, magnum ij omnes periculum adiuerunt, propterea quòd Barbarorum ferramenta letali ueneno fuerant illita, quæ res illis fiduciam ueniendi in certamen dederat.

Veneni confectio. Cõficiebatur id ueneni genus è quibusdam serpentibus, quos peruenatione conquisitos & interemptos poenebant in sole. Ibi syderis cœlestis ardore iacentia corpora, uti liquerentur, soluebat, atq; ita sudor quidam exprimebatur, qui nil aliud erat, quàm anguium ipsorum humor omnis uenenatus. Is igitur ubi peruulnus quempiam contigerat, eius corpus stupens cõtinuò reddebat. Post paulò acerrimi consequebantur dolores, contractioq; & tremor omnia membra inuadebat. Cutis ipsa frigebat cum atro colore. Vomitu bilis identidem reijciebatur. E uulnere prodibat nigra quædam spuma, & sanies inde facta cõfestim nobiliores corporis parteis attactu suo corrumpebat, morsq; ita miserabil is sequebatur. Neq; minus periculi aut cruciatus leuiter saucijs, quàm ijs, qui maiora subiuissent uulnera, accidebat. Eiusmodi peste quum Macedones absumerentur, Alexander non adeò cæterorum omnium miserebatur, quam unius Ptolemæi, qui succedentibus temporibus regnauit, tuncq; ei plurimum erat dilectus, casum dolebat. Contigit uerò rarum & uix fidem capiens quiddam in Ptolemæi salutem, quod omnes diuinæ prouidentiæ acceptum referebant. Omnibus, ob suas summas uirtutes, & cunctis gratificandi studium, æquè carus humanitate, quàm præstabat, condignam mercedem hanc reportauit. Vidit dormiens Alexander eam speciem, quasi draco, ore herbam quandam teneret, & eius naturam, uirtutem atq; locum, ubi nasceretur, doceret. Postquàm surrexit, repertã herbam cõtriuit, & Ptolemæi corpori applicauit. Dedit etiam potionem inde medicatam, per quæ bonæ ualetudini subitò eum restituit. Cæteri, qui ex uulneribus laborabant, cognito herbæ profectu, eadem usi curatione, conualuerũt. Ad urbem ipsam Harmata, & magnam, & munitionibus bene firmatam, cum exercitu oppugnandi causa accesserat Alexander. Ibi egressi oppidani supplicantes, seq; in eius potestatem dedentes, pacem & ueniam impetrarunt. Ipse nauigatione repetita, ad Oceanum peruenit, ubi quũ Insulas duas inuenisset, Deos, splendidissimo sacrificio in eis peracto, ueneratus est, magnaq; & multa aurea pocula simul cum libaminibus in mare ipsum cõiecit, Tethydi & Oceano aras, quòd sumptam expeditionem ibi finisset, excitauit. Ab Oceano rursus classe iter relegens, per flumen ad Hyala insignem urbem appulit: cuius Res pub. eodem ferè modo quo Spartanorum regebatur. E familijs duabus, Reges duo, per successiones adsumebant, qui belicæ rei præessent. In omnibus autẽ, quæ

Mirũ de salute Ptolemæi.

Sacra in Oceano fecit Alex.

Tethydi, & Oceano aræ.

Hyala.



quæ gerenda essent, præcipua senectutis erat autoritas. Incendit Alexander naueis eas, quæ labefactatæ multum erant, reliquas omneis Nearcho, alijs ue amicis quibusdam tradens, iniunxit, littoraleis genteis per Oceanum adirent: atq; ad obsequium compellerẽt, sibiq; ad Euphratis ostia occurrerent. Ipse autem cum terrestribus copijs latissimam regionem peragrans, contumaceis, & sibi aduersos debellauit. Qui imperata facere non recusarunt, liberaliter & in fidem accepit donecq; per Orbitas & Gedrosiam terram transiuit, nihil sensit detrimenti. Ab eis loca multa aquæ egentia, nec pauciora deserta ingressus attigit tandem Oridis finitima. Ibi exercitu in treis parteis diuiso, uni Ptolemæum ducem, alteri Leonnatum præfecit: ut hic mediterranea: ille, quæ secundum mare essent populabundi percurrerent. Ipse cum tertia in monteis & subiacentia loca, uastans omnia, inuasit. Quum igitur sub unum atq; idem tempus, multis in partibus, regio ea destrui cœpisset, ocyus igne, rapinis & cædibus omnia sunt repleta. Macedones ita magna præda sunt potiti, interemptorumq; numerus excessit multa millia. Vicinæ gentes tali perterritæ exemplo, in regis potestatem uenerunt: qui ad sui nominis incrementum, urbem iuxta mare extruere deliberauit. Quum enim portum naturali situ quietissimũ inuenisset, lociq; propinqui opportunitas placuisset, ibi conditam urbem Alexandriam nominauit. Postea itinere, quod sibi patentissimum fecerat, in Oritarum agros irrumpẽs, breui gentem eam totam sibi coẽgit parére, quæ mores & instituta reliquis Indis, cõsimilia habet, uno excepto, quod eis peculiare uix fidem capiat. Obeuntium apud eos cadauera, cognati, nudi, & lanceas gestantes, insyluam aliquam efferunt, atq; ibi uinciunt. Post id, uestimenta omnia, & totum funeris apparatũ diripiũt: relictisq; corporibus uti à ferís deuorentur, raptas uestes concidunt, ac loci eius genio sacrificant. Inde omnes domum reuertunt. Progressus est deinde Alexander in Cedrosiam, propius mare iter faciẽs, incidit q; ingentem quandam inhospitalem & prorsus feram, cuius homines à primo ortu ad senectutem usq; ungueis nutriunt, comam autem in unum collectam promittunt, quæ ob intemperatos Solis ardores eis est adusta. Pellibus ferarum amiciuntur. Cete, quæ marí ad terram eijciantur, eorum carne uesci soliti, pro cibo habent. Construendarum domuum eam habent rationem, ut parietibus excitatis, tectum è piscis eiusdem costis superimponant, atq; ex ea materia plerunq; trabeis decem & octo cubitorum instructura ipsa suspendant: squamis autem tegularum uice in cooperiendo tecto utantur. Laborauit Alexander hac in regione magnis commeatuũ angustijs pergens q; in desertam, & omnium, quæ usi sunt, inopem terram deuenit. Ibi cũ ex fame multi perijssent, mirificè Macedonum omnium animi fracti sunt & ipse rex dolore & curis ingentibus corripi cœpit: quandoquidem miserabile illud passim uidebatur, ut uirtute animi, & optimis armis instructissimi, homines in desertis, omnium

Orbitæ & Gedrosij.

Alexandria.

Oritarum bellicã instituũ.

Cedrosia.

egeni, turpiter occumberent. Quibus ut subueniret Alexãder, expeditos milites in Parthiam, Dranginam Ariam, cæterasq; desertæ terræ uicinas præfecturas misit, mandans, uti camelos celereis, aliaq; dorsuaria iumenta, frumento & rebus quibuscunq; necessarijs onusta, agerent ad Carmaniæ fineis. Illi properè euntes ad præfectos locorum, fecerunt ut magna commeatuum uis ad dictum locum comportaretur. Amisit in tiò Alexander milites multos obuictus inopiam, & postea in ipso itinere Oritæ aggressi agmen, quod Leonnatus ducebat, multis interemptis, in suam terram se receperunt. His omnibus difficultatibus circumuenti Macedones, superata tandem deserta ea regione, in habitabilem, ac rebus omnibus affluentem, peruenerunt. Vbi postea, quàm à toleratis incommodis recreati sunt, Alexander ipse septem dies continuos ornatus inter hominum multitudinem suo præiuit exercitui, ad ludicrum festum in honorem Liberi patris celebrandum, atque in uia media potationes, nec citra temulentiam, exercuerunt. Quibus peractis, quum præsides multos, quibus regendæ terræ ab se designatæ fuerant, impotenter, & præter æquum iniurijs populos afficere audiuisset, minimè id ratus ferendum, in præfectos & duces plerosq; animaduertit. Ea uerò regis in primores uiros seueritas, ut passim uulgata est, duces complures iniuriarum & patratorum scelerum conscij, uehementer sibi cœperunt timere, atque aliqui cum mercennario milite, cui præerant, à rege defecerunt: nonnulli coacta undiq; pecunia aufugerunt. Quorum factus certior Alexander, ad duces omneis & satrapas Asiæ scripsit, ut quàmprimum literas suas legissent, milites omneis stipendio merentes dimitterent. Eo autem tempore, quum moram traheret in maritima urbe, cui Salmunti erat nomen, ac scænica certamina in theatro spectaret, eò appulsi sunt, quos per Oceanum ad maritima obeunda miserat. Statinq; theatrum ingressi, regem salutarunt, ac quæcunq; egissent renuntiarunt. Macedones ex sociorum aduentu magna affecti lætitia, plausum ingentem ædiderunt atque ita effusissimo gaudio omnia diffluebant.

*Liberi patris festum.*

*Salmus.*

*Mira Oceani.*

Narrauerunt illi miros se in Oceano gurgites, quibus aqua sorberetur, & rursus effunderetur, fluctuum etiam uastas agitationes inuenisse, ac prope eos gurgites insulas magnas complureis ab extremo continenti prospici, néque aditum ad eas modo illo patére, ob crebras æstuantis maris exundationes, uento uiolentissimo, ab insulis in terram perflante, quibus, ex spumæ ui magna p fluctus idem excitata, species candida esse uideret. Quodq; magis admirabile, in multa & incredibilis magnitudinis Cete se incidisse, unde consternati spem omnem uitæ abiecerint: quippe qui arbitrarentur uiros omneis unà cum nauibus ab illis subitò absumptum iri. Sed postea animis resumptis, clamorem magnum omnes separiter ædidisse, simulq; armis collisis & personantibus tubis tantum strepitus fecisse, ut perterritæ belluæ subter aquam se demerserint. His acceptis Alexander, iussit uti ad nauigationem redirent,

*Cete grandia.*



redirent, pergerentq; usq; ad fluuium Euphratem. Ipse cum exercitu itinere per regiones uarias facto, ad Susianæ fineis peruenit. Circa id temporis Calanus Indus magni nominis in Philosophiæ studijs, & qui ab Alexandro multum obseruabatur, miro mortis genere se interemit. Quum enim annos treis & septuaginta, omnis prorsus aduersæ ualetudinis expers, uixisset, tũcq; morbo tentatus, indies grauius haberet, reputans felicitatis eius, quæ à natura, aut à fortuna accipi posset, terminum sibi iniectum esse, ab hac uita decedere deliberauit. Rogauit igitur Alexandrum ut pyram construi, ac postea quàm abse ea inscẽsa fuerit, per ipsius apparitores ignẽ subijci faceret. Conatus est initiò rex à proposito eum dimouere, sed ut in sententia permaneret uidit, se, quæcunq; orasset, curaturum recepit. Regióque iussu pyra statim est composita, & ingens hominum multitudo ad tam inusitatum confluxit spectaculum. Calanus uti se facturum asseuerauerat, summa alacritate pyram inscendit, atque ibi cum ea incensus, uitam finiuit. Quæ res ab astantibus uario modo excepta est. Hominis aliqui furorem, nonnulli inanem fortitudinis ostentationem damnabant. Erant & qui animi magnitudinem in contemnenda morte admirarentur. Alexander summo cum honore eum sepeliri curauit, ac déinde Susa profectus Statiram maiorem Darei filiam sibi iunxit matrimonio iuniorem Drypetim, Hephæstioni uxorem dedit. Suasit insignioribus amicis, uti exemplo suo spõsalia inirent, fecitq; ut nobilissimæ Persicæ puellæ eis nuberent. Dum hæc agerentur triginta Persarum millia Susa uenerunt, cui omnes & iuniores & corporibus bene compactis robustisq; electi, regis iussu simul ad idoneum tempus sub magistris & præfectis omnia belli munia perdidicerant: ac Macedonica armatura pulcherrimè instructi fuerant. Hi castra ante urbem posuerunt. Quunq; bellica usi meditatione, se in armis regi ostendissent, maximis ab eo muneribus sunt affecti. Quòd enim Macedones Gangem flumen trancere recusauerant, & frequenter in contionibus reclamare ei non uerebãtur, opinionémque de patre Hammone passim eleuabant, agmen hoc Persarum, quorum unus, & idem esset animus, ad Macedonicæ phalangis animos reprimendos, comparauerat. Atque his quidem rebus Alexander operam dabat. Harpalus autem, qui thesauris & uectigalibus seruandis Babylone præfectus fuerat, quum in India Alexandrum facilè intrasse audiuisset, in eam uenit sententiam, ut illinc eum haud ampliùs rediturum crederet. Itaque delicijs & intemperantiæ se dedens fœminis uim primò inferre, & omne libidinis genus cum Barbaris exercere incepit: cuius rei magnam facultatem, latissimæ terræ imperans, habebat. Pecuniarum autem uim magnam in turpium uoluptatum usum impendere, à mari siquidem usque rubro, quod maximè distat, pisces multos sibi afferri curabat, atque in omni uictu tantum prodigebat, ut inde passim malè audiret. Præterhæc Athenis ad se insigne maximè scortum, cui Pothynice erat

*Calani philosophi mors.*

*Statira Darei F. Alex. nupta*

*Persicus exercitus Alex.*

*Harpali mors.*

*Pothynice.*

erat nomen, acciuit, uiuentíq; munera planè regia donauit, & mortuam magnis sumptibus sepeliri fecit: condito ei in terra Attica pretiosissimo sepulchro. Hinc Atticalitidem alia muliere, quam Glyceram nominabant, uocata adse, in summa mollitudine & immoderatis impendijs uitam ducebat. *Glycera.*

Ad omneis uerò fortunæ casus, Atheniẽsem populum, quò, si opus esset, profugium haberet, sibi præcipuè demereri studebat. Quum igitur ex India reuersus Alexander, præfectos multos sibi delatos morte mulctasset, Harpalus idem de se timens, collectis quinque millibus talentis argenti, secum adsumpsit ad sex millia mercennariorum militum, ex Asiáque in Atticam contendit. Vbi quum à nullo reciperetur, ad Tænaron Laconiæ relicto milite, Athenas supplex cum pecuniarum parte est profectus. Superuenerunt ab Olympiade & Antipatro nuncij, qui eum ab Athenienſibus repoſcerẽt. Tũc ipse bonam pecuniam oratoribus, qui ad populum pro se agerent, dilargitus, *Harpali mors.* aufugit, atque ad suos milites iuit in Tænaron. Illinc in Cretam transmisit, ubi à Thibrone, uno è suis familiaribus, per insidias est interemptus. Athenienses habita de his cognitione, qui pecunias ab Harpalo accepissent, Demosthenem alios ue quosdam oratores, criminis eius damnauerunt. Alexander in *Exulum restitutio.* Olympicis ludis per præcones significari fecit, omnibus exulantibus, præter, quàm sacrilegis & homicidis, reditum in patriam ab se concedi. Atque è suo exercitu, decem millia seniorum hominum selegit, hisq; uacationem militiæ indulsit. Quunq; eorum multos ære alieno obstrictos esse intellexisset, die uno exoluit debita paulò minus decem millium talentorum. Macedones, qui *Audacia Alex. in seditiosos milites.* in ordinibus remanserant, contumacius se gerenteis, concionantíq; sibi obstrepere ausos, commotus acerrimè obiurgauit: iniectóque multitudini terrore, è tribunali desilire non dubitauit, ipsosq; tumultus autores, suis manibus comprehensos, apparatoribus puniendos tradere. Glíscente autem indies magis seditione, Alexander è Persarum lectorum numero duces adsumpsit, primosq; eis honores in exercitu concessit. Qua contumelia Macedones affecti, supplices, lachrymantesq;, à rege, summa cum difficultate, ne non ei reconciliarentur, impetrarunt.

REGNI



## REGNI ALEXANDRI ANNVS DECIMVS.

IAM uerò Athenis imperante Anticle, Romæ cõsulibus L. Cornelio, & Q. Popilio, Alexander ordines, qui militum interitu extenuati erant, è Persis suppleuit. Eorũdem & mille in aula ad sui custodiam esse iussit. In uniuersumq; Persis nihilò minus, quàm Macedoni cuiuis, fidendum censuit. Venit & tempore eodem ad regem Peucestes ducens funditores & sagittarios ad uiginti millia, quos prioribus copijs immiscuit, eaq; nouatione mixtum quendam exercitum & sibi audientem fecit. Macedonum filios, qui è fœminis captiuis fuerant suscepti, diligenter exquisiuit, inuentíq; numero esse ferme decem millia. Quibus omnibus, ut liberaliter educarentur, certam pecuniam de suo exoluí, utq; eis bene instituendis magistri & doctores præessent, constituit. Exercitu uerò interim bene recreato, Susis discessit, traiectoq; Tigri flumine ad pagos, qui Cari dicuntur, castra posuit. Ibi quatuor moratus dies in Sambana (id loci nomen) cõtendit. Septem dies ad quietem heic exercitui dati sunt. Postea castris tertijs ad Celonas peruentum est: qua in gente tunc etiam Bœotim proles supererat, ex his orta, qui de Xerxis exercitu ibi consederant. Hi igitur morum patriæ etiamnum memores, duplici utuntur sermone. Vno, qui sit indigenarum: altero, in quo plurima referant Græca uerba. Instituta itidem quædã rerum agendarum antiqua retinent. Expectauit Alexander uespertinum crepusculum, tuncq; eo ex loco discedens, rectum iter declinauit, ac Bagistamen uidendi loci causa est profectus. Ea regio amœnissima, & quæ dijs etiam oblectandis idonea uideri queat, fructiferarum arborum, cæterorumq; omnium, quæ usui & uoluptati esse possint, magnam habet copiam. Trãsijt postea in terram, quæ pascuorum ubertate, armentis equorum innumeris alendis sufficiebat. Dicebatur olim pastionis gratia equorum millia centum & sexaginta eò cogi fuisse solita. Sed tempore aduentus Alexãdri sexaginta tantum millia numerata sunt. Dierum triginta moram fecit in his locis. Deinde dies septem progressus attigit Ecbatana, quæ sunt in Media. Ducentorum & quinquaginta stadiorum ambitum ea habere, & totius Mediæ regiam esse factosq; ibi thesauros magnam pecuniæ uim capere prædicant. Plusculũ temporis in hac urbe fuit Alexander, militi quietem concessit, scænica dedit certamina, continenterq; potationibus inseruitum est. Tunc Hephæstione gis amicus, quum largius se inuitasset, crapula correptus in morbum incidit, unde obijt mortem. Agerrimè tulit Alexander casum hunc, defunctíq; cadauer Perdiccæ, utí Babylona deferri curaret, tradidit, amplissimo funere mortuum amicum sepelire habens in animo. Dum hæc ab Alexãdro aguntur, magni motus in Græcia exorti sunt, nouisq; rebus plericq; animum intende-

*Mixtus exercitus obsequentior.*

*Cari. Sambana. Celones.*

*Bagistame.*

*Ecbatana.*

*Motus Græciæ*

runt, unde bellum, quod Lamiacum nuncuparunt, huiusmodi initijs & ratione est conflatum. Quum rex per literas omnibus Asiæ præfectis imperasset, uti ab se milites mercennarios dimitterẽt, eoq; uti iussum erat facto, per Asiam uniuersam externi homines militia soluti passim uagarentur, & necessitate cogente uictum sibi ex depræda tionibus & latrocinijs conquirerẽt, contigit ut undiq; hi omnes ad Tænaron Laconiæ promontorium conuenirẽt. Perfidis etiam satrapæ & duces, qui regem ueriti aufugerãt, cum pecunia & militum suorum manu eôdem transmiserũt mari, omnisq; uireis simul iunxerunt. Nouissimè imperator duxq; omniũ adsumptus est Leosthenes Athenien sis, uir magnitudine animi præstantissimus & Alexandro plurimũ infensus. Is habito consilio quum de belli ratione disseruisset, talenta quinquaginta stipendijs persoluendis, armorum autem in omneis usus magnum numerum obtinuit. Ad Aetolos, quibus & Alexandro malè cõueniebat, legatos misit, qui rogarent auxilia. Et reliquis omnibus bello gerendo necessarijs mirificè intentus erat: quippe qui negocium magnum sibi imminere prospiceret.

*Leosthenes.*

*Expeditio in Cossæos.*

Interea Alexander in Cossæos sibi parẽre detrectãteis, cum expedito mouit exercitu. Ea est gens summa prædita fortitudine, quæ Mediæ mõtem incolens, loci difficultate & militari sua uirtute confisa, nunquàm externo principi se summittere uoluit, atq; à Persarum Regibus nulla ui ad obsequium compelli potuerat: tuncq; magna fiducia Macedonum uireis parui æstimabat. Igitur rex occupatis locis unde adiri poterant, ingressus in Cossæam terram ferme eam totam est populatus, frequenterq; manibus consertis, semp uictor magnam Barbarorum cædem fecit, ac longè plureis uiuos prehendit. Per quæ factum est, ut Cossæi tot aduersis prælijs & suorum magna captiuitate fracti, seruitutem, recipiẽdorum suorum causa, subire compulsi fuerint. Pax eis sub conditione imperata faciendi data est. Eoq; modo Cossæis intra diem quadragesimum debellatis, & ubi difficultates locorũ poscebant, oppidis extructis Alexander exercitum reduxit.

## REGNI ALEXANDRI ANNVS VNDECIMVS.

ROMAE consulibus L. Cornelio Lentulo, & Q. Popilio, illinc discedens, castra Babylonem uersus mouit, paruis itineribus, ne non exercitus reficeretur, contendens, identidemq; intereundum quiescens. Distabat ab ipsa Babylone stadia trecenta, quũ Chaldæi qui maximam sideralis scientiæ opinionẽ habebant, quòd per æternam quandam cœlestium obseruationem futura prædicere cõsueuerint, è suo numero seniores, quibus ue plus erat experientiæ, elegerũt. His datum negociũ, ut Alexandro irent nunciatũ, se nouisse ex diuinatione astrorum Babylone, ei mortis

*Chaldæi.*



mortis periculũ imminere, omniq; modo suaderent, ne urbem ingrederetur. Posse autẽ id discrimínis euitari, si Beli sepulchro, quòd à Persis dirutum fuerat, instaurato uia, quam docuerint ipsi introeat in urbem. Princeps eius legationis erat Belephantes, qui regẽ de tali re, ne fortè detrimentũ aliquod sibi inde accerseret, minimè ausus cõpellare, Nearcho uni ex amicis regijs, quo cum familiaritas ei intercedebat, negociũ totũ indicauit: utiq; regi id palam facere rogauit. Alexander à Nearcho Chaldæorũ denunciationẽ audiens, territus est. Quunq; eorum hominũ prudentiam, & magnũ nomen identidem secum reputaret, animo plurimũ frangebat. Igitur amicis pluribus in urbem missis, ipse in tempus aliud profectionẽ eam differre instituit: metatusq; castra stadijs ducentis procul Babylone, moram ibi trahebat, non sine omnium admiratione. Venerunt interim ad eum plures Græci homines, & præcipuè qui Philosopho Anaxarcho operam dabant. Hi rescisscentes, qua causa rex nõ progrederetur, rationibus philosophiæ uarijs acriter adeò disseruerunt, ut ille prorsus animũ mutauerit, omneq; diuinationis genus & maximè, quo utuntur Chaldæi, damnandũ iudicauerit. Ita Alexander animo undiq; oppugnato Philosophorũ uerbis psuasis Babylona cum exercitu intrauit. Vbi humanissimè à ciuibus, ueluti prius etiã factum fuerat, excepti, sese omnes ad otium & uoluptates conuerterunt necessariarũ rerum abundantia omnifariam suppetente. Hoc quidem anno res gestæ ita se habent.

*Anaxarchus.*

## REGNI ALEXANDRI ANNVS DVODECIMVS.

SEQVENTI, quo Athenis Aegesias imperauit, & Romæ cõsules fuerũt C. Popilius, & Papirius, actaq; est Olympias quartadecima supra centesimã, uictoræ Micina Rhodio. Ex omnibus ferè orbis terrarũ partibus legati ad Alexandrũ uenerunt. Aliqui ut ea, quæ feliciter gessisset gratularentur. Alij ut coronas offerrẽt: nonnulli amicitiã & societatem eius petituri. A multis splendidissima afferebantur munera. Quidã etiã de obiectis criminibus se expugnatũ uenerãr. Non tantũ nationes, populi, principesq; Asiæ diuersi legationes miserant, sed & pleræq; erant ex Europa & Aphrica. Hinc quidẽ Chartaginensiũ, Libophœnicũ, gentiumq; omniũ iuxta mare ad colũnas usq; Herculis habitantiũ. Illinc autem Græcarũ complurium ciuitatũ, Macedonũ, Illyriorũ. Missæ etiã sunt ab his qui uicina mari Adriatico incolũt à Thraciæ gentibus, ac Gallis cõterminis, quæ gens tunc primũ Græcis cœpit innotescere. Alexander auditis omnium legatorum uoluntatibus, constituit quibus primũ & deinceps per ordinẽ ab se respondendũ esset. Primi expediti sunt, qui sacrarũ rerũ causa uenerãt: Secundi, qui munera attulerant: Tertij, quorum tractatio erat de obsidibus: Quarti, quibus de priuatis negocijs agendum: Vltimus fuit locus exulum

*Legationes multæ ad Alexandrum.*

*Ordo respondendi legatis.*

restitutionem detrectantibus. Ante omneis autem Hammonij, Delphi, Corynthij, Epidaurij & alij quidam ob dignitatẽ sacrorum, de quibus agebant, cognitionem & responsum obtinuerunt. Cunctíq; in uniuersum legati, benigna ac liberali responsione, quantum eorum negocia patiebant, uti læti, ac bene erga se affecti dimitterent, studuit. Legatorũ reperfecta, totus se ad Hephæstionis funus celebrandũ conuertit. Tantáq; in eo diligẽtia est usus, ut non tantũ prioris ætatis quascũq; eiusmodi funebreis pompas superauerit, sed & posteris excedendi, quod ipse fecisset, facultatem nullam reliquerit. Illũ sanè tanto affectu dilexerat, ut eorum, quos amicitia iunctissimos fuisse fama prædicat, animi propensioni nihil cesserit. Post obitum autem nullo modo seruato honorauit. Donec uixit Hephæstio ante amicos omneis semper à rege æstimatus est, licet Craterus minus nihilò amaretur adeò, ut quũ semel à quodam familiarium, Craterũ, in Regis amicitia, Hephæstione haud minorem esse, dictum fuisset, Alexander responderit, Craterum esse Philobasilea, id est amicum regis: Hephæstionem Philalexandron, id est Alexandri amicum. Darei sanè mater quum in primo congressu exignorantia Hephæstionem pro Alexandro salutasset, ac monita sese ad Regem cõuerteret, illud ei dixit Alexander: Nihil curæ habeas ò mater, hic nanq; etiam est Alexander. In omnibus, & potentia, & quod familiaritatis multæ esse solet, loquendi fiducia adeò, ut ebatur, ut Olympiade per inuidiam infensa ei, & literis acerbius nonnunq; obloquente ac minante, non dubitauerit haud molliter ad eam rescribere, & in epistolæ fine illud apponere: In me calumnias moliri desinas, neq; amplius asperitate & minis mecũ utare. Sin perseueraueris, scito haud magnæ curæ mihi eam rem fore, quum (uti nouisti) Alexander æquitate omnibus præstet. Ad parandum itaq; tam cari hominis funus Alexander uicinas omneis ciuitates monuit, uti omnibus, quibus possent, præsentẽ pompam iuuarent. Gentibus autem Asiæ omnibus imperauit, ignem, qui sacer à Persis dicitur, extinguerent, donec funus esset absolutũ. Id autem apud Persas tantũmodo in regis obitu fieri solitum erat. Idcirco populi in malũ omen regiam iussionem traxerunt, ueluti Deus ita futuram regis mortem significaret. Contigerunt pariter ostenta alia quædam mira, quibus Alexandro uitæ finis est prænunciatus ut sepulchrali hoc honore explicato, à nobis narrabit. Duces & amici omnes regis sui uoluntati inseruientes, signa ex ebore, auro, & materia alia pretiosa, fieri curarunt. Ipse autem architectos & diligentiores fabros multos conquisiuit, ac primum mœnium stadia decem deiecit, lateresq; omneis colligi & exportari mandauit, quo locus ad pyram extruẽdam æqualis relinqueretur. Eam autem quadratam erexit, ac latus quoduis in stadij longitudinem produxit. Reliquam aream partitus est in domos triginta, quæ extructæ sunt cum tabulatis è ligno palmæ arboris. Totius aũt ædificij formam quadratã effici uoluit. Deinde circũquaq; ornamẽta applicabant.

*Alex. affectus erga mortuũ Hephæstionẽ.*

*Craterus.*

*Hæphæstio.*

*Ignis sacer.*

*Magnus apparatus funeris Hephæstionis.*

Ad imam



Ad imam quidem partem posita sunt quinque remium aurea rostra ducenta quadraginta numero. In eorum prominente utrinq; asserе, ut solet prorís nauium, sagittarij bini, quatuor cubitorum magnitudinis genu innitebantur. In medio quinque cubitorum statuæ armatæ erant. Loca omnia intermedia tegebantur obductis uelis purpureis. In secundo loco supra hæc erant quindecim cubitorum Lampades, quis circa partem quæ manibus capitur, adnexæ erant coronæ aureæ in summo, ubi ignis excitatur, aquilæ alas protendebant, ac deorsum uersus intuebantur: ad infima iacebant dracones Aquilas & ipsi inspicientes. Tertium superiorem locum, ferarum omnium, quæ uenando capiuntur, ingens tenebat multitudo. Quartus locus habebat Centaurorum pugnam factam ex auro. Quintus tauros & leones alternos aureos. Super hæc omnia in Sexto ordine erant ubiq; Macedonica & Barbarica arma: altera in uirtutis testimonium: Barbarica, uti gentium deuictarum darent significationem. Summum fastigium tenebant Sirenes introrsus cauatæ, in quis conditi homines funebrem næniam canerent. Totius operis altitudo credita est fuisse cubitorum plus centum triginta. Quunq; simul duces, milites, legati, & indigenæ homines summo studio pompæ eius apparatum adiuuissent, impensa sunt talentorum millia plus quàm duodecim. Ad magnificẽtiæ huius rationem, reliqua omnia in funere summo cum splendore sunt celebrata. Nouissimè imperatum, ut Hephæstioni tanquàm præsidi deo omnes sacrificarent. Fortéque tunc temporis Philippus unus è regijs amicis, Babylona ueniens, oracultum ab Hammone acceptum de Hephæstione, uti deo sacrificijs adorando renunciauit, quod plurimũ Alexãdro, quum sententiam suam à Deo comprobari uideret, placuit. Primus itáque ipse sacrum fecit, liberaliterq; hominum multitudinem ingentem suscepit, uarijq; generis uictimis ad decem millia mactatis. Honoribus autem mortuo amico exolutis, Alexander ad remissionem animi ac uitam lætiorem sese dederat: uidebaturq; potentiæ, & felicitatis humanæ summum attigisse fastigium: quum fati uiolentia, tempori, quod eius uitæ natura concedebat, terminum iniecit. Deusq; ipse & miris ostentis, néque dubijs signis, imminentem mortem demonstrauit. Quum enim Alexandro unctioni uacante, regia uestis cum diadematæ super tribunal fuisset posita, uir quidam indigena, qui uinctus tenebatur, ruptis compedibus è custodum manu clàm aufugit: ingressusq; aulam, nullo in portis prohibente, ad tribunal contendit: repertam uectem, & diadema induit, atq; ita ornatus cum summa animi securitate consedit. Audito hoc inusitato facinore, Alexander ualde est territus, ueniẽsq; ad hominem, qui nihil cõmotus, quietissimè sedebat, cum interrogauit, quisnã esset, & cuius causa rem talẽ fecisset. Illo simpliciter respondente, se nihil scire, uisum est regi de hoc facto aduates referre: quorum consilio hominem interfecit, ut, siquid aduersi eo ostento denunciatũ esset, in illius caput effunderetur.

*XII M. talẽtorum impensa in funus.*

*Hephæstioni uti Deo sacrificatum.*

*Signa Alexã. mortẽ denuntiantia.*

*Dij depulsores.*

retur. Alexander uestem recipiens, Dijs depulsoribus sacrum fecit, non sine magna animi tristitia. Et Chaldæorũ admonitionis identidem recordatus, Philosophos, qui sibi aduentum Babylonem in animum induxissent, detestabatur artem rursus & sapientiam magnam Chaldæorũ admiratione, & cultu dignam iudicabat, omnino q; cuius contra uim fati, argumentis, & copiosis disputationibus differenti, mirificè infensus erat, & obloquebatur. Haud multò post hæc signum aliud ad Regni mutationem pertinẽs diuinitus ædi tum est. Correptus cupidine uisendi paludem, quæ erat prope Babylonem, ingressus q; naueis cum amicis nauigare inceperat. Ibi regia naui à cæteris extracta, coactus est aliquot dies solus uagari adeò ut salutem quãdo q; desponderit. Interim per anfractus quosdam difficileis & multis impeditos arboribus, dum progreditur, à ramis supernè pendentibus retentum, diadema deinde in aquam cecidit. Tunc è remigum numero unus adnatans, receptum illud, ut securius ferret, capiti suo imposuit, atq; ad nauẽ uenit. Errauit ita Alexander dies treis & totidem noctes. Liberatus igitur à periculo, & diademate præter spem recuperato, iterum uates consuluit quidnam de eo, quod sibi euenerat censerent. Illi monuerant, ut magnis & insignibus sacrificijs Deos sibi propitios redderet. Tunc temporis Medius quidam Thessalus, unus ex amicis regijs, uehementer cum rogauit, uti ad geniale conuiuium, quod celebrabat, uenire non recusaret. Ibi mero multo se onerauit. Nouissimè quum repletum magnum Herculis poculum ebibisset, repente ueluti fortissimo ictu uerberatus, & clamorem & suspiratum ingentem ædidit. Sublatus adstantium amicorum manibus illinc discessit, statim q; adhibiti medici, fecerũt uti cubaret, diligenter q; ei adsidebant. Morbo autem ingrauescente, quum medici nullo remedio ei possent succurrere, dolores q; acutissimi & ueluti cruciatus eum torquerent, uitæ omnem spem abiecit, detractum q; è digito anulum Perdiccæ tradidit. Amicis rogantibus, cui Imperium relinqueret. Præstantissimo respondit. Atque hac nouissima uoce, illud nimirum significauit, magno primorum ducum certamine, sibi iri parentatum. Eo, quem diximus, modo Alexãder est mortuus, regni sui anno duodecimo, mense septimo, maximis rebus gestis, ut regum, qui ante eum, post q; ad meam usque ætatem fuerunt, nullus ei comparari possit. Sed quoniam scriptores aliqui in tradenda regis huius morte uidentur discrepare, ueneno interemptum dicentes, operæpretium fuerit & eorum opinionem non prætermittere. Aiunt igitur Antipatrũ quẽ in Europa ducem Alexander reliquerat, uenisse in magnas cõtrouersias cũ regis matre Olympiade, ac primò quòd Alexandrũ expostulationibus de se fidẽ non adhibere nouerat, fœminã contẽptui habuisse, post modũ auctis indies magis simultatibus Alexãdrũ, expietatis officio cũ matri in omnibus gratificari cupet, pleraq; signa alienati ab Antipatro animi dedisse accessisse q; crudelẽ Parmenioïs & Philotæ necẽ, ex qua amicis oĩbus regijs nõ me-

*Vim fati redarguentes oderat Alex.*

*Herculis poculum.*

*Præstantiss. imperium linquo.*

*Alexandro obitus.*

*Opinio altera de morte Alexandri.*

diocris





diocris iniectus sit terror, Antipatrũ idcirco per filium, qui erat à cyathis, curasse uti regi uenenum porrigeretur, post cuius obitum quũ in Europa ipse imperium tenuisset, & deinceps eo mortuo, filius Cassander, non ausos est scriptores ueneni dati mentionem facere. Illud sanè ex his, quæ facta sunt, constare Cassandrum rebus Alexandri aduersum fuisse, quum Olympiadem interfectam, abijci ne sepeliretur, iusserit, & euersas ab illo Thebas, magna diligentia instaurauerit. Mortuo Alexandro, Sisyngambris, Darei mater, quũ multum & illius obitum, & suam calamitatem, quod tanto præsidio in extremo uitæ fuisset priuata, defleret, intra diem septimum uita functa est. In summa quidem tristitia, sed nõ citra laudem extincta. Nos uerò ad Alexandri mortem progressi, ueluti initio libri promiseramus, sequentibus libris successorum eius res narrabimus.

*Sisyngambris mors præ dolore.*

FINIS PRIORIS VOLVMINIS DIODORI SICVLI, DE GESTIS ALEXANDRI MAGNI.

ANGELVS

## ANGELVS COSPVS IACOBO BANNISSO A SECRETIS MAXIMILIANI CAESARIS S.D.P.

ISSET tibi meritò nobiscum expostulandi locus, quòd anno proximo, quum dies plusculos in hac urbe moratus fueris, nullam familiaritatis simul contrahendæ curam habuerim: non ignorans, quanto emolumẽto & honori ea mihi esse posset amicitia. Quid enim decorum & commodum magis, q̃ uiro omni humanitate, & summa eloquentia ornato, prudentiæ autem tantæ, ut Princeps sapientiss. multos iam annos secretiorum curarum suarum participem esse uoluerit, probatum & charum haberi? Non tuebor causam meam secus, quàm res se habeat. Fuit Cæsaris, Regum, Ducum, Antistitum & aliorum procerum insignis adeò conuentus ille, ut prolixiori longè tempore his solis, quæ præcipua erant, cognoscendis opus fuerit. Quum itaq; aliqua introspicere, plurima omittere necessarium mihi esse uiderem, feci, quod plerique omnes, spetiosa & fucata, ueris honestisq; prætuli. Neq; id prorsus sine ratione contigit, quandoquidem facilius apud uirum bonum, quàm cum ambitioso excusari possumus. Tu æqui bonique consules negligentiã nostram, precipuè, quum munere (ut reor) non ingrato eam redimere sim paratus. Libris duobus de Alexandro & Philippo adiunxi uitam magni Alexandri, uersam ex Io. Monacho, quòd Diodôrus ea tantum, quæ regni tempore & Illustriora rex ille gesserit, narrat: sint autem in primis annis, atq; extra rem bellicam, non pauca eius memoratu digna, quæ summo cum delectu Monachus (uti uitam scribentem decuit) nõ præteriuit. Innumeræ penè res in compendium hic ab eo scriptore collectæ sunt, ut, quod Phauorinus de Lysia, id nos de Monacho non incommodè possimus dicere: Si uerbum de eius oratione amoueris, sententiam imminues. Tibi uerò libellum hunc dicauimus, uti amicitiæ initæ pignus, legentibus meæ erga te obseruãtiæ sit testimoniũ: rerum autem, quas multas legisti & expertus es, memoriam uel imaginem, citra temporis detrimentum, tibi subministret. Partes tuæ erunt, munus ex autore, non interprete, pretiosissimum libenter suscipere, existimareq; animum meum, cuius fructum hunc in præsens accipis, tibi esse deuinctum maximè. Vale.

DIODORI



# ALEXANDRI REGIS VITA EX LIBRIS HISTORIARVM IOANNIS MONACHI, ANGELO COSPO BONONIENSI INTERPRETE.

PHILIPPI MACEDONIAE REGIS EX Olympiade uxore, filius fuit Alexander, licet fabuloso quodam commento traditum sit à nonnullis Hammone, (ita Iouem nuncupant) qui sub serpentis specie cum matre consuetudinem habuerit, eum genitũ fuisse: quod totum procul est à ueritate. Olympias sanè priori nocte, quàm cum Philippo rem haberet, in quiete existimauit fulmen in uterum suum decidere, unde ignis excitatus, & circunquaq; diffusus sit. Iam uerò inito matrimonio, Philippus per somniũ sibi est uisus notam uxoris uentri imprimere, reddidisseq; ita impactam Leonis effigiem. Idipsum uates alij aliorsum interpretando trahebãt. Aristander futuram mulieris partionem illud dixit portendere, quòd inanibus rebus signa non affigerentur. Animi autem ingentis ac leonina natura ipsum fore puerum, qui nasceretur. Eo die est ortus, quo Dianæ templum incendio conflagrauit. Tunc Magi, qui fortè aderant in eo ædis casu, discurrentes, cladem, & graue infortunium toti Asiæ, diem eum perisse dictitabant. Erat Alexandro color albus, rubro tamen suffusus præcipuè in pectore & uultu. E membris atq; ore suauis quædam reddebatur fragrantia, quod nimirum de calidi rate ipsa proueniebat, qua prædituũ corpus, & ignis instar feruens humida omnia absumebat, neq; putridum aliquid ad superiora redundare patiebatur. Dedit autem à primis annis nonnulla constantis ingenij indicia. Celer enim cursu, interrogatus à quibusdam, num decertandi in Olympico stadio cõditionem acciperet: Certe inquit, si cum Regibus mihi certamen ineundum fuerit. Si quando uerò insignem quampiam urbem captam à patre, aut in prælio eum uictorem fuisse audiuerat, subtristis, æqualibus suis dicebat Nullam (ut uideo) occasionem mihi relinquet pater nauandi ucbiscum illustre aliquod facinus. Quunq; Philippo equus Bucephalas æstimationis talentorum tredecim adductus fuisset, neq; Rege inspiciente sessorem quempiam, aut etiam uocem pati uoluisset, ac propterea inutilis prorsus iudicaretur, qualem inquit Alexãder equum quum eo uti nesciant, isti reijciendum arbitrãtur? Cõmotus pater ei dixit: Ecquid tu illo uti posses? Is respondit: Commodius utiq;, quàm hi faciãt, equum hunc tractauerim. Accedensq; habena comprehendit atque equum contra solem fecit consistere, quòd eum ex umbræ motu, quæ oculis obuersabatur, consternari

*Magorũ prædictio.*

*Decertarẽ in Olympijs, sed cum Regibus.*

*Bucephalas.*

*Prudẽtia Alexandri.*

animaduerterat. Tunc demulcto paululum animanti, saltum arripiens, insedit. Progressusq; leni passu, nonnihil in cursum eum concitauit: quæ res solicitudinem inspicientibus iniecit. Sed postquàm audacter, & cum gaudio conuerti uisus est, qui cum Philippo erant acclamationibus, at Philippus lachrymis prælaticia effusis, filium est prosecutus: eumq; deosculans, Idoneũ inquit, & tibi compar regnum fili inuenias: non enim Macedonia tui est capax. Erat Alexandri ingenium, iussis & præceptis parum audiens cæterum, si rationes & apti ad persuadendum sermones adhiberentur, pronum ualde ad assentiendum. Operam dedit Aristoteli non tantum immoralibus & ciuilibus studijs, sed & secretioribus disciplinis, quas paucis impertiebantur, uocabantq; spectatiuas atq; auscultatorias. Circũferuntur eius literæ ad Aristotelem: Haud rectè feci sti, quum auscultatorios libros ædideris. Qua enim re alijs præstabimus si quibus disciplinis instituti fuimus, iam omnibus eæ sint factæ communes? Rescripsit ille ædidisse se & non ædidisse, quòd licet palam essent, obscuritatis tamen plurimum haberent, ut difficulter percipi possent. In Medicina non tantum, quæ speculationis sunt, sed & quæ in actu ipso uersantur attigit. Iam uerò annos sexdecim natus, cum plerasq; prudentiæ & fortitudinis experimenta ædidisset, à patre uehementer diligebatur. Sed quum præter ætatẽ amoribus indulgeret Philippus, propter easq; zelotypia & summa indignatio ureret Olympiadem Alexander graueis cum patre suscepit altercationes. Anno demum ætatis uicesimo, successit in regnum Macedoniæ: post parentis obitum interempti à Pausania. Et quum initio tumultus undiq; contra eum exorti essent, audacia & animi constantia incredibili citissimè motus omneis compressit. Vrbem Thebas & cœpit & euertit. Athenienseis, pace data, sibi conciliauit. Quo tempore Timocleam Thebanam insignem fœminam, Thracius quidam dux, illata ui, dicitur cõstuprasse. Quũq; post id eam poscceret pecuniam, solus à muliere ad puteum seductus fuisse, in quo diceret pretiosiora rerum suarum occultari. Ducem igitur super os putei spectandi causa declinatum, illa in profundum detrusit, superneq; iniectis lapidibus oppressit. Obid facinus, adductam ad se in uincula fœminam, percunctatus est Alexander, quæ nam esset? Ea imperterrita Theagenis inquit, sum soror, qui contra Philippum electus imperator, fortiter pugnans pro Græciæ libertate, occubuit. Magnanimitatẽ mulieris & constantiam admiratus Alexander, liberam eam cum filijs dimisit. Profectus autem ad Sinopensem Diogenem, qui prope Corynthum degebat, eum se insole fouentem inuenit, atq; hominem salutatum rogauit, num rei cuiuspiam indigeret? Ille se Solis radio dixit indigere proinde orauit, uti secederet, quo melius eo frui posset. Discedente illinc Alexandro, comites eius Diogenem irridebant. At ipse illius contemptorẽ animum nõ sine magna admiratione secum cogitãs, Nisi essem inquit Alexander, Diogenes omnino essem. Inita expeditione contra Persas prius, quàm classem cõscenderet, amicis, huic quidem agros, alteri pagum

*Macedonia tui non est capax.*

*Alexandri epistolæ.*

*Mulieris constantia.*

*Diogenes.*



pagum, alijs uectigalia est dilargitus. Tunc Perdiccæ interrogãti, quid nam sibi retineret, spem respondit Alexander. Transgressus Hellespontum, inuenit Darei præfectos cum ualidis copijs consedisse ad flumen Granicũm, ut transitu eum prohiberent. Macedones non mediocri timore sunt correpti, ex fluminis altitudine, ac rapiditate, & super hæc ex impositio hostium præsidio. Verum ipse acceptis alis tredecim equitum, in fluuium ipsum irrupit, cum eo, cum hostibus, atque ipsis ripis, quæ & altæ & præcipites erant, decertaturus, ut furiosi potius quàm boni imperatoris facinus illud fuisse uideatur. Igitur in ipso traiectu, non dispositis ordinibus, pugnare est coactus, ac multis eum petentibus, quòd armis insignibus erat conspicuus, sæpius quidem est ictus, non tamen uulneratus. Inter alios quum gladio quidam eum grauiter in galeam percussisset, adeò uis illa ualuit, ut disiecta galea capilli eius perstricti fuerint. Dum ita acriter prælio contenditur, Macedonicæ copiæ aquam transmiserunt, néque amplius Persæ resistentes sese in fugam coniecerunt. Ab hac pugna magnum felicitatis incrementum factum est rebus Alexandri. Sardeis enim protinus, ac alia quædam obtinuit. Deinde ad maritima conuersus recepit Pamphiliam, Ciliciam, Pisidiam, Phrygiam, Paphlagonas etiam Cappadocasq; in ius suũ traxit. Dareus uerò Susis cũ millibus hominum sexcentis discessit contra Alexandrum, copiarum suarum multitudini præfisus, atque audentior factus postea, quàm Alexandrum moram trahere in Cilicia audiuerat, id quod ipse ob timiditatem fieri existimabat. Sed eius rei causa fuerat ægrotatio, in qua curanda quum spem omnem reliqui medici abiecissent, unus Acarnan Philippus, medicamentis Alexandrum iuuare est aggressus. Interim à Parmenione missæ literæ regem commonebant, magnis muneribus & promissis Philippum à Dareo corruptum fuisse, uti eum interimeret. Redditas literas Alexander legit, nec alicui monstratas penes se retinuit. Quunq; Philippus medicatam potionem in calice attulisset, intrepidus Alexander eam recepit: & Parmenionis epistolam medico legendam dedit. Atque ille quidem bibens, hic autem legens, alter alterum intuebatur: Alexander amœno ac hilari uultu, Philippus consternato ac pleno anxietatis. Proparabat summo studio Dareus in Alexandrum, ueritus (ut dicebat) ne hosteis effugerent. Tunc Amyntas Macedo, qui transfuga apud eum erat, Bono animo sis inquit ô Rex, non enim Alexander fugiet, sed iam iam contra te, quãtum potest, contendit. Commissum est prælium ad Issum Ciliciæ, ubi Alexandro ad uictoriam obtinendam, locorum angustiæ magno adiumento, sed maiori longè fuit egregia uirtus sua imperatoria, qua prudentissimè usus, dum inter primos dimicat, gladio femur est uulneratus. Ab hac tam insigni uictoria haud potuit Dareum fugientem capere, sed currum & arcum eius recepit. Macedones hostium castris direptis, Darei tabernaculum cum famulatu, opibus & omni apparatu regio, intactum Alexandro seruarunt. Deinceps quum matrem, uxorem, & duas Darei filias ad

*Spem retineo mihi.*

*Furiosum facinus.*

*Victoria ad Granicum.*

*Fidei præstitæ exemplum.*

*Victoria ad Issum.*

*Alex. clemẽtia*

ducí, ac uiſo Darei arcu in maximos ululatus eas, interfectum Dareum ratas prorupiſſe Alexandro ſignificatum eſſet, ad eum nuncium rex animo affectus, quanta eſſet fortunæ inconſtantia, ſecum reputauit, ac quendam ad mulieres miſit, qui diceret Dareum uiuere, eiſq; triſte nihil timendum eſſe: quandoquidem non hoſtis loco Dareum habebat, ſed cum eo de principatu cõtendebat. Seruientium numerum, qui prius erãt, integrum eis retinuit, neque ipſas uoluit conſpicere. Indignum aliquid aut pati aut uereri eas non permiſit. Potitus uictoria ad Iſſum Damaſcum, in qua Dareus & Perſæ pecuniæ impedimentorumq; uim magnam reliquerant. Cyprum deinde ac Phœniciam totam, Tyro excepta, per deditionem obtinuit. Tyros expugnata eſt: ubi occupato ei, ſomnia duo apparuerunt. Viſus eſt primò Hercules appellans eum de mœnibus manu ſuſcipere. Species altera oſtendebat Satyrum ei adludentem, quem quum manibus apprehendere conaretur fugientem, ultro tandem in ipſius manus profectum reciperet. Somnium hoc ita expoſitum eſt, ut facta nominis diuiſione, diceretur, Sa, id eſt, tua Tyrus erit. Inde cum magnam Syriæ urbem Gazam inuaſiſſet, lapide humerum percuſſus, eam expugnauit. Superata autem Aegypto, tactus eſt deſyderio extruendi in regione ea Græcarum urbem, quam de ſuo nuncuparet nomine. Iámque locum deſignauerat, quum dormienti ei canus & ſenex uir quidam Homero conſimilis adſtare, & uerſus hoſce recitare exiſtimatus eſt:

*Somnia Alexandri.*

*Species Homeri. Pharos.*

Inſula quin etiam undoſo iacet æquore ponti
Aegypto prætenta, Pharon quam nomine dicunt.

Experrectus igitur confeſtim ad Pharon uiſendam contendit, locíq; opportuno ſitu delectatus (urbem ibi condidit, aggereq; inſulam continenti iunxit: cuius poſitũ aptiſſimũ cum ſummope adamaſſet, illud dixiſſe, tradit Homerũ in rebus alijs magnũ, inſupq; ſapientẽ fuiſſe architectũ. Suſcepto uerò itinere ad templũ Hammonis intrauit in terrã quandã arenoſam, & aquæ egentẽ. Ibi felicitas illa, quæ in rebus omnibus ei obſequẽs erat, uiæ difficultatem mitigauit. Oborta ſiquidẽ ingẽti pluuia, ſitis periculũ depulſum, & madefacta arena, uti coacta reſideret, aër tẽperatior redditus eſt. Turbatis etiã ſemitæ indicijs, quum duces aberrarẽt, ſuperuolantes corui ad rectum iter eos duxerunt. Et ſi qui è numero comitum tardius euntes derelicti fuerant, ut noctis aduentu impedirẽt, eos quò contendere deberent, crocitatu commouerunt. Emenſo ita Alexandro uarias itineris difficultates, ac delubrum Hammonis ingredienti, occurrit ſacerdos, qui Græco ſermone regem alloqui cupiens, Barbarè extremum uerbum enunciauit: dicturus enim παιδίον id eſt filiole, perperam παιδίον protulit, quod Iouis filium ſignificat. Atq; hic error opinionem eam multis indidit Alexandrum Deo genitum fuiſſe, cum rumoribus illud paſſim iactaretur, eum à ſacerdote filium Iouis eſſe nuncupatum. Ipſeq; inter Barbaros diuinam originem præſeferebat adeò, ut mater Olympias dicere cõſueuerit: Haud ceſſabit Alexander me Iunoni per-

*Homerus ſapiens architectus.*

*Felicitas ubiq; Alexan. obſequens.*

*Scõma Olympiadis in Alẽ.*

calumniam





calumniam deferre? Temperabat ſibi tamẽ ab eiuſmodi oſtentatione cum Græcis hominibus, & aliquando ſauciatus, quum ſanguis flueret de uulnere, huiuſmodi inquit cruor nõ mittit è Deorũ immortaliũ corporibus. Quum uerò Dareus ei talenta decem millia in ſuorum redemptionẽ, inſuperq; eas omneis terras, quæ intra Euphratẽ eſſent, & filiarum alteram in matrimoniũ cum amicitia ſua per literas offerret, Parmenio, Si ego inquit eſſem Alexander ea acciperem, ille addidit per Iouem & ego, ſi eſſem Parmenio. Dareoq; ſi adſe ueniret, nihil humanitatis ei denegatũ iri reſcripſit. Eunuchus quiſpiã uxoris Darei aufugerat, incolumisq; ad dominũ perueniens, de reginæ morte, quæ expartu obierat, quum certiorem reddidit, qui in luctum uerſus, uxoris ſortem, quæ non tantum captiua, ſed & regio funere fuiſſet priuata, cœpit lamentari. huic ſpado Non inde inquit anxius ſis, quoad enim uixit ea, tuaq; mater & liberi, incõmodum nullum ſunt perpeſſi, ac moriens proximè domina ſummo cum honore eſt ſepulta, neq; in eo officio hoſtium caruit lachrymis. Adhæc eunuchi uerba Dareus obſcœnum aliquid ueritus, hominẽ ſeduxit, & ſibi uti diceret, num Alexandri erga uxorem ſuam affectus quiſpiam uenerius fuiſſet, iureiurando obſtrinxit: qua enim ratione alia inimicum & iuuenem uirum mulieri honoris tantum impendere potuiſſe? Ille meliora inquit ô Domine loquaris, neq; uxorem tuam probro eiuſmodi deturpes, ac ipſi Alexandro calumniã impingas. certè qui plus cõtinentiæ in Perſicas mulieres, quàm fortitudinis contra uiros Perſas præſtitit. Modeſtiaq; & uirtutibus alijs Alexandri expoſitis, iuramento quæ dixerat confirmauit. Ibi Dareus, uti ſibi facultas remunerandi hoſtem pro tot acceptis erga ſuos beneficijs concederetur, quod ſi non poſſet, ne alius quàm Alexander Cyri ſolio potiretur, precibus à Dijs optauit. Iam uerò omni eo tractu, qui eſt intra Euphratẽ, potitus Alexander, caſtra mouit cõtra Dareum, cuius copiæ erant decies centum millium hominum. Quunq; alteri alteris in conſpectum ueniſſent, ſuperiente nocte, quicquid ſpatij erat inter bina caſtra lucebat ob igneis innumeros Barbarorum, ac mirificus tumultus ex tanto hominũ numero ſentiebatur. Prõinde Parmenio, & alij regij amici, ea multitudine perterriti, Alexandro cõſulebant, uti noctu in Barbaros inuaderet haud enim, ſi aperto marte comminus pugnandum foret, tanti exercitus uim ſuſtineri poſſe. His Alexander reſpondit: Sibi non eſſe in animo uictoriam furari. Ac ſequenti die prælio commiſſo ad Arbela, ut quidam, ut uerò alij ſentiunt, ad Gaugamela, Barbari pedẽ cœperunt referre, inſtantesq; Macedones eos urgebant. Tunc Alexander uiſo Dareo, qui in eminentiori curru fortiſſimè reſiſtebat, equitesq; plurimos & inſignibus armis inſtructos, circũ ſe habebat, in eam partem fugientes Perſas compellere inſtituit adeò, ut qui firmo gradu pugnã ſuſtinebant, perturbati, atq; eorum magna pars loco cedere coacti fuerint. Multis igitur iuxta Dareum interemptis, cum frequẽtia cadauerum, regius currus quóquam impelli haud poſſet, Dareus eo deſiliens fœmina equam in-

*Alex. maior cõtinentia quàm fortitudo.*

*Darei uotum.*

*Victoriã furari nolumus.*

ſcendit,

scendit, atq; ita aufugit: ac, nisi Parmenio insequentem Alexandrum reuocasset, uti cornui cui præerat, laboranti subsidio ueniret, quin caperetur, nullo pacto uitasset. Per hãc insignem uictoriam Alexandri, Persarum imperium prorsus subuersum, ipseq; Alexãder Asiæ rex est declaratus, cui tota regio Babylonia cessit. Susis autem potitus, quadraginta millia talenta, signatæ pecuniæ, aliarum ue opum inexplicabilem numerum in regia inuenit. Progressus uictor in Persidem tantundem numorum ibi reperit. Diuitiarum, quas præterea adeptus sit, eam uim tradunt, ut mularum iugis decem millibus, & quinq; millibus camelis exportatæ fuerint. Incendit post hæc regiam ipsam, subitoq; pœnitentia affectus, uti ignis extingueretur, imperauit. Quunq; natura munificus esset, rebus suis plurimum auctis, magis longè, quàm prius soleret, liberalitate utebatur. Animaduertens autem familiareis suos delicijs indulgere, ac ipso in uictu esse prælautos, modestè eis obloquebat: se inquiens admirari, quod facta cõparatione uitæ Persarum ad eam, quam ipsi ducerent, non hactenus nouissent, Seruile uoluptatibus se dedere, laboribus autem exerceri rem esse principibus dignam. Atq; ipse quidem nihilò animũ remittẽs, semper in expeditione aliqua, aut uenando, difficultatibus omnibus insuescebat, quæ res amicis, parta opulentia, molliter frui cupientibus, & illũ sequi coactis, molestissima faciebat, ut maledictis eum incessere non uererentur. Sed enim æquo animo ferebat initiò suorum obloquutiones: Regiũ esse dicti tans benemerentem insimulationes sustinere. Postea uerò pluribus calumnijs adeò, est irritatus, ut infensum, ac prorsus inexorabilẽ, aduersus obtrectatores se exhibuerit. Solebat etiam antea, siquando capitalem causam cognosceret, manu aurem alteram obstruere, uelut reo intactam atq; accusationis totius expertem seruaturus. Adsumpserat secum tria millia armatorum, Dareumq; persequi instituit, ac multorum dierum iter progressus, ob uiæ asperitatẽ, & aquæ indigentiam, plerosq; suorum amisit. In ea profectione quum Macedonas quosdam aquam utribus deferenteis obuios habuisset, galeam illi aqua impleuerunt, regiq; nimia siti confecto porrexerũt. Accepit Alexander galeam, comitesq; uno obtutu in se uersos cõsyderans, haud uoluit bibere, reddensq; galeam ijs qui dederant, Si ego inquit biberẽ, quantum hi animo frangerent? Pergens tandem, hosteis assecutus est, incq; eorũ castra irrumpens, uti Dareum caperet, omni studio contendebat. Ille autem multis uulneribus confossus iacebat in curru, ianq; deficiens aquam poposcit, quam allatam postquàm bibit, Polystrato, qui eam obtulerat, hoc meæ infelicitatis inquit extremum est, quod bene habitus tibi gratiarum nihil possum rependere. Verum id ipsum ab Alexandro debes expectare. Ei autem ob summam clementiam, qua in matrem, uxorem & liberos meos usus est, Dij gratias referent. Atq; interdicendum animam efflauit. Mortuo quum Alexander superuenisset, chlamydẽm suam ei iniecit, regioq; cultu ornatum cadauer ad matrem misit. Bessum qui eius necis autor fuerat, illo modo discerpsit:

*Opes maximæ ex Persidc ad uictæ.*

*Seruile de di uoluptatibus.*

*Regium bene merentẽ malè audire.*

*Obstructa aure altera causas audiebat Alex.*

*Lex. humanitas in Dareũ mortuum.*



psit: Reclinatis ui duabus arboribus hominem alligari, eas demum mitti iussit, uti ad naturalem statum ualido cum impetu redeunte utráque, ille in diuersa auelleretur. Ingressus autem Hyrcaniam, quum Barbari quidam iuxta Hyrcanum mare, quod & Caspium dicitur, habitantes Bucephalam equum eius arripuissent, missis nũcijs minatus est, nisi equum sibi remiserint, totam eorum gentem internectione occisum iri. Illi equum reduxerunt, atq; se ipsos regi dediderunt. Hinc in Parthiam castra mouit, ubi primum Barbaricam uestem induit, adhibito temperamento, ut Medorum habitu molliorem, Persarúmque magis uirilem adsumeret cuius rei aspectu Macedones nõ parua molestia affecti sunt. Ex captiuorũ multitudine triginta millia omnes adolescenteis selegit, iussitq; uti Græcas literas docerẽtur, & Macedonica instrurentur armatura. Rhoxanen uenustatis egregiæ fœminam quum adamaret, haud alias, quàm legítimo instituto eius consuetudine uti uoluit. Inter amicos regios cum Hephæstio nouum eius habitum ualde commendaret, ipseque itidem uestitum mutasset, eum φιλαλέξανδρον, id est, Alexandri amicum: Craterum autem, qui patrijs uestimentis uti omnino perseueraret, φιλοβασιλέα, regis amicum uocitabat, atque hoc quidem, si Macedones aut Græci alloquendi essent. Illo autem in Barbarorum negocijs utebatur. Philotam uerò Parmenionis filiũ insolescentẽ ea opinione, tanq; rerum, quas feliciter gessissent Macedones, ipse & pater autores fuissent atq; Alexandrum appellatione adolescentis eleuantem, quum præterea sibi insidias moliri percepisset, interfecit. Ac missis quibusdam in Mediã, Parmenionẽ, qui ibi erat, occidi curauit. Et Clitum unum ex amicis, quũ poemata quædam in duces quosdam à Barbaris nuper supatos fuissent decantata, ac animo libenti ea Alexander audiuisset, cõmotum indignatione, nimiaq; procacitate & temulentia se efferentem, at grauibus conuitijs ei obloquentẽ, pomo coniecto primum percussit. Quũq; ille impudẽter per summã audaciam proueheret, & Euripidis iambica enunciasset: Heu quàm mali nũc Græciæ mores nocent, et reliqua, ira inflãmatus Alexander, telo confossum eum interemit. Statim ùe animo sedato pœnitentia correptus sibi ipsi uim intulisset, nisi à stipatoribus retentus, atq; in cubiculum portatus fuisset. Ibi noctẽ, diemq; sequentẽ totam in luctu trãsegit, ac nullo ædito uerbo, tanq; elinguis iacebat, tatũmodo profundissimis suspirijs æstuans amicorum ad se accedentiũ sermones nullo pacto auscultare poterat. Tandem quum Aristãder uates speciem, quam de Clito uiderat, aliaq; signa sibi cognita ei narrasset, docuisseteq; fato id ipsum, quod fecerat, euenisse, leniri cœpit. Intraturus autem in Indiam, quũ sarcinis currus onerati fuissent suis primò, deinde amicorũ, ignem iniecit. Postea Macedonum omnium currus incendi iussit. quod ipsum pauci iniquius tulerunt, reliqui cum clamore & ueluti diuino afflati spiritu, ad eã rem patrandã exiluerunt, unde alacritatis multũ Alexandro adsumendam expeditionem additũ est. Iam uerò suis erat terribilis, & in eos q deliquissent, absq; aliqua clemen-

*Truculenta mors.*

*Rhoxane.*

*Craterí & Hephæstionis status apud Alex.*

*Cliti mors.*

*Aristander.*

tiæ spe animaduertebat. Igitur in prælijs cõmittendis frequenter pericula & grauia sustinuit uulnera, magnusq; militum numerus ex rerum necessariarũ inopia & aëris intẽperie perditus est. Ipse summa prædítus audacia, nihil audentibus inexpugnabile, nihil timidis tutum satis arbitrabat. Quũ præruptã quandã petram expugnare adortus esset, militem, cui Alexandro erat nomẽ, appellans, te inquit ob eiusmodi nomen strenuè dimicare opus est. Macedonas profundum fluuiũ uerentes transire conspicatus: Quur ego inquit pessimus natare haud didici? Missi erant legati à ciuitatibus, quas premebat obsidione. In his natu grãdior, Acuphis nomine, interrogauit quid nam agere deberent, quo ei gratificarentur. Quum Alexander respondisset, principẽ te eligant, mittantq; ad me optimos centũ uiros. Addidit Acuphis ridens: commodius ô rex ego imperauero, si ad te nequissimos, nõ optimos miserim. Imperabat Taxiles Indiæ parti uberrimæ iuxtà ac amœnissimæ, quæ nihil Aegypto ipsi cederet. Is sapientia prædítus per legatos Alexandrum salutauit, quid ueniens nobis opus est bello, si nec aquæ neq; necessarij cibi auferendi gratia ad nos uenisti? In reliquis, si ego potior sum, nõ recuso, quin beneficijs te prosequar. Sin inferior, paratus sum uti gratias tibi agam eorum, quæ in me cõtuleris. His ce permulctus Alexander, tecũ respondit contendo atq; decerto de ipsis gratijs ne, quũ sis bonus, melior me fuisse uidearis. Acceptisq; multis muneribus, plura longè reddidit. Nouissimè mille talentũm pecuniam ei donauit. Data uerò ciuitati cuidam Indiæ pace, abeuntes illinc mercennarios milites, qui Indorum fortissimi existimabantur, omneis interemit: quæ res magnis eius rebus belli gestis, notam quãdam inussit. Deinde motis contra Porum castris, qui & ipse in parte Indiæ regnabat, ac corpore cubitorũ quatuor & palmi unius magnitudinem explebat, eum supauit atq; uiuum cepit. Quunq; interrogasset, quonã modo ab se haberi deberet, Respondit ille Regiè. Percunctanteq; Alexandro, num quidpiã aliud diceret, Omnia dixit Porus in sunt uerbo huic Regiè. Eum itaq; liberauit, iussitq; sub præfecti appellatione uti imperaret non ijs tantum, quæ habuerat, sed & alijs multis. In hac pugna Bucephalas uulneratus post aliquot dies decessit, cum iam esset grandior natu, eaq; res non minori dolore Alexandrum affecit, quam si necessariũ quempiam amisisset. Experti uerò Macedones quanto cum periculo aduersus Porum decertassent, Alexandro fluuiũ Gangem transire deliberanti, audientes esse noluerunt. Fluminis eius latitudo stadia duo & triginta perficit, altitudinis autem est ulnarum centum. Rexinde plurimum commotus intra tabernaculum, ut in publicum nunquàm prodiret, se continebat, perinde ac si uictus fuisset, quòd Gangem non traijceret, haberi existimans. Amici tunc cum uarijs sermonibus solari, ac milites maximo cum fletu deprecari cœperunt, donec exoratus copias reducere instituit, extructáque nauium ac ratium ui magna, Oceanum inuisere cupiens, eò per flumina nauigationem iniuit, obiter ue urbeis nonnullas occupauit. Peruenerat ad Mallos, quæ gens

*Acuphis.*

*Taxilis apophthegma.*

*Omnia in sunt uerbo Regiè.*

*Mallí.*



gens Indorum omnium est bellicosissima, ibi parum abfuit quin interimeretur. Primus nanq; per scalam murum inscendens, ea diffracta, ac hostibus undiq; ei ingruentibus, & tela conijcientibus, ex superiori loco in medium hostium desiluit, casuq; rectus constitit. Ad eius rei aspectum Barbari initio perturbati sunt, sed postea quũ eum, duosq; tantũ adiutores sibi esse conspicerẽt, conuersi oppugnare, ac missilibus eos eminus conficere aggressi sunt. In his unus, qui procul stabat, sagitta arcu missa, Alexandrũ petens, ossibus sub mamilla eam infixit adeoq; introrsum uulnus penetrauit, ut se demisso corpore inclinare rex coactus fuerit. Barbarus qui ictũ intulerat, ense stricto adcucurrit. Peucestas atq; Lemnæus, cum Regem suũ defendere conarentur, uulnerati ambo hic quidẽ est interfectus. Peucestas uerò perstitit in pugna. Alexander suis manibus eum, à quo ictus fuerat, interemit. Sed quũ iam multis sauciatus uulneribus, nouissimè inflicto malleo in ceruice grauiter cæsus fuisset, muro se acclinauit, atq; ita Barbaros intuebatur. Interea Macedones multi superuenerant, qui eum sensibus destitutũ ui receperunt, retulerunt q; in castra. Infixa ossi sagitta quum extraheretur, dolores acutissimos, ac animi defectum passus est adeò ut mortem obijsse creditus sit. Tandem periculo liberatus, quum in multum temporis curaretur factus est in castris tumultus à militibus regem suum uidere desyderantibus. Igitur in publicum prodiuit, postea q; ualetudini pristinæ redditus, & in ulteriora deuectus loca, urbeis aliquot cepit. Captis uerò gymnosophistis quibusdam, cum eis inexplicabiles quæstiones proposuisset, permisit tandem ut acceptis abse muneribus discederent. Erat unus magnæ apud eos æstimationis, quem Calanum uocabãt, huic Taxiles persuasit uti ad Alexandrum se conferret. Veniens prõinde ad regem bubulam pellem aridam in medium coniecit, obambulansq; eius extrema pedibus premebat. Pellis quum ad unam tantũ partẽ calcaretur, reliquis in altum attollebat. Eo facto, media deinceps firmus institit, atq; ita pellis undiq; immota cõquieuit. Tali exemplo Alexandrũ ille cõmouit, ne inlõginquis locis tempus tereret, sed imperij mediũ tueretur: ita enim in eius finibus quietura omnia. Septẽ mensibus per flumina ad Oceanum nauigans Alexãder quum in mare intrasset, iter rursus cõuertit, nauibusq; Indiæ littori, quod eis erat ad dexteram, iussis adnauigare, terra ipse proficisci cœperat: quũ in magnam rerum omniũ indigentiã incidens, suorũ numerũ magnã adeò pdidit, ut uix totius exercitus partẽ quartã ex India reduxerit: idq; morbis, uictu noxio, æstibus ac fame accidit. Transijt enim per regionẽ inopem, quæ paucos tantũmodo ouiũ greges habebat, marinis piscibus se alentes ita ut earũ caro & parum salubris esset: ac grauiter oleret. Die demum sexagesimo ex ea terra egressus, in opulenta Gedrosiæ loca intrauit, ibiq; & exercitus refectus est, atq; ipse festis comessationibus operã dedit. Descendens autẽ uersus mare in duces quosdã scelestos animaduertit. Superiores enim expeditiones, acceptũq; apud Mallos uulnus, exercitus etiã multitudo tãta amissa, fecerũt, ut duces ac

*Summũ periculum Alex.*

*Exemplum insigne.*

præfecti

præfecti pleríq; regis salutẽ despondentes, contumelioſè & iniquius in popu-
los ſe gerere non uererentur, quæ res ad noua molienda nationes ſolicitabat.

Abulitus. Abulitus quíſpiam præfectus, in regis aduentum nullos cõmeatus com-
parauerat, ſed pecuniã trium milliũ talentorũ attulit. Iuſſit eam rex equis ap-
poní, quibus inde nihil tangentibus, quid hac nobis inquit eſt opus. Ad Per
ſas profectus quũ Cyri ſepulchrũ ſuffoſſum inueniſſet, eum qui fecerat Pellæ
Cyri epitaph. um inſignẽ uirum interemit. Sepulchro hæc erãt inſcripta: O uir quiſquis es
& undecũq; aduenis, neq; enim te uenturũ ignoraui. Ego ſum Cyrus, qui Per
ſis imperiũ conſtitui: puſillũ hoc terræ, quo meũ tegitur corpus, mihi ne in-
uideas. Ea legenti Alexandro miſerationẽ iniecerunt, quũ ſecum reputaret,
quanta eſſet rerum humanarũ inconſtantia. Matrimonio autẽ ſibi iungens
Statiram Darei filiam in nuptiarũ celebritate, cõuiuis, qui ad nouem millia
accepti ſunt, ſingulo aureã phialam donauit. Aliaq; multa liberaliter faciens,
pro his, qui ære alieno obſtricti erant, debita fere decem milliũ talentorũ ex-
oluit. Tunc Antigonus unus è ducũ numero ſe debitis teneri ſimulans: falſum
adduxit creditorẽ, cui argentũ eſt datum. Sed dolo deprehenſo rex ſuccenſus
Antigonum exaula pepulit, ac militum præfectura ſpoliauit. Qui tanto eſt
correptus dolore, ut ſuſpicio fuerit, eum ſibi ipſi uelle mortẽ conſciſcere, quod
ne accideret ueritus Alexander, indignationẽ ſuam lenijt, ac pecuniam illi re-
ſtituit. Quũ uerò adoleſcentes, quos trigínta míllia numero inſtituí iuſſerat,
fortitudine, dexteritate, atq; exercitationũ conſuetudine egregía præſtarent,
magno inde gaudío Alexander, Macedonũ rurſus animí non mediocrí afficie
bant moleſtia. Dimittentẽq; eo debiliores, & qui aliqua corporis parte manci
erant, utí marí in patríã nauígarent, contumeliæ ac probro maximo id ſibi ui
deri eſſe, reclamarũt, potius omnes mitteret, iuuenibus, qui bene pyrrhicam
ſaltarent, contentus. Excanduit Alexander, atq; corporis ſui cuſtodiam Perſis
credidit. Macedonas poſt id humiliter ei ſatisfacientes denuò recepit. Eorum
quos bello parum utileís nouerat, bene donatos militia líberauit, Antípatrõ
que per líteras iniũxit, ut quum æderentur certamina primus eis in theatro
locus daretur, utq; coronati ibi ſederent. In Ecbatana deinceps eo profecto
Hephæſtio in febrem incidit, ex qua ob intemperantíam uictus inualeſcente
mortem obijt. Id quod Alexander, nulla rationis modeſtia ſeruata, moleſtiſ-
simè tulit. Medicum cruce affecit, equos mulosq; tonderi, mœnium pinnas
in urbíbus deíci, díu tíbicines reliquosúe muſicos nihil in caſtrís canere impe
rauit. Quum uerò Babylona iter ſuſcepiſſet, Nearchus qui ex Oceano in
Euphratem cum claſſe reuerterat, ei occurrit. Secum is dixit fuiſſe Chaldæ-
os, qui Alexander uti Babylone abſtineret conſulebant. Nihil fecit uerba ea
rex, pergensq; quum iam mœnibus appropinquaret, corui in eius conſpe-
ctu diutius inter ſe contendentes, mortui ceciderunt. Renunciatũ eſt ei ſa-
cra de regis incolumitate ab Apollodõro duce Babylonis fuiſſe facta. Igi-
tur uatem, qui ſacrificium illud curauerat, Pythagoram nomine inter-
rogauit,



rogauit, quo nam modo ea res ſe habuiſſet. Quũ ille iecur fibris mutilatũ ap
paruiſſe díceret, papæ inquit ſignũ hoc malũ eſt, atq; ipſum uatem abſq; of-
fenſa aliqua dimiſit. Verũ & alia euenerunt prodigia, ueluti hoc fuit. Exue-
rat ſeſe ut pila atq; unctione uteretur. Adoleſcentes, peracto ludo, quum ue- Prodigium.
ſteis uellẽt induere, conſpiciunt in regis ſolio ſedentẽ hominẽ, qui nihil loque-
bat, ueſtemq; regiã ac diadema ſibi induxerat, quæſitus qui nam eſſet, ad mul
tum tẽporis uocem nullã ædidit, tandẽ uixq; Dionyſiũ ſe appellari reſpõdit,
gente eſſe Meſſeniũ, quũq; uinctus obdelationẽ quandã adductus fuerit, Se-
rapim eũ à uínculis liberaſſe, & eò adductũ, uti ueſtẽ diademaq; adſumeret,
ac tacitus ſederet, iuſſiſſe. Virũ hunc Alexander exuatum cõſilio interimi fe-
cit, fractusq; inde animo timore ac mẽtis perturbatione, nunq; liber erat adeò,
ut nihil nõ portentũ ei eſſe uideret. Lotus autẽ quum ad Mediũ comeſſandi
cauſa ſe contuliſſet, ibiq; noctẽ ac totũ ſequentẽ diem duxiſſet, febri eſt corre
ptus & ſitiens multum uini ebibit, ſic mente alienatus dein de & mortuus eſt.
Una hæc eſt opinio, de eius obitu. Altera traditum eſt plures dies eum febrí, Opiniones de Alex. obitu.
citantẽ balneo uſum, hinc q; adeò morbũ inualuiſſe, ut abſq; uſu uocis cubu-
erit. Tũc Macedonas, ueluti defuncto rege tumultũ feciſſe, inclamatisq; du-
cibus feciſſe, utí hoſtia apírent: itaq; iacentẽ in lectulo Alexãdrũ ab eis cõſpe
ctũ eſſe, q poſtea diẽ ſuũ obiuerit. Nõ deſunt & qui dicãt elapſo tpe aliquãto
rumoribus uulgatũ, ueneno illũ eſſe interemptũ, ciusq; facti Ariſtotelẽ Anti
patro autorẽ fuiſſe, cuius opa ad regẽ res mortifera ſit delata, aqua ſcilícet
frígore nimio prægelida, quã de Nonacridis ſaxo quodã fluere aiunt: tenuiſſi Aqua Nonacridis.
miq; roris inſtar ungula duntaxat aſini ſuſcípi poſſe q̃dunq; enim uas aliud,
ob acerrimã uim frígoris, diſirpi. Id ipſum, quod ueneno Alexãder extinctus
fuerit, maior pars ſcriptorum utí fictum reijciunt, eaq; ducuntur cõiectura,
quòd cadauer nulla adhíbita cura dies cõplures in locis calidis poſitum, quum
ſeditiones inter Duces fuiſſent obortæ non aliquam tamen eius offenſæ ſigni
ficationem dederit: ſed incolume & tanquàm recens à morte uiſum fuerit.
Prædicant etiam regem, quum omnem uiuendi ſpem abiciſſet, uoluiſſe clan
culum ſe in Euphratem demergere, ut eam de ſe relinqueret opinionem uelu
tí ab hac uita ad deos migraſſet, prohibitum autem ne id faceret fuiſſe à Rho
xane perſentiente, cui cum magno gemitu illud ab eo exprobratũ ſit: Mihi ô
mulier diuinitatis famam, ne mortalis fuiſſe crederer, inuidiſti. Ad hunc mo-
dum Alexander ſummam fortunæ indulgentiam expertus deceſſit. Sed
enim cum in Tyrí oppugnatione occupatus eſſet, à ſummo pontifice Iudæo-
rum auxília & commeatus per epiſtolam rogauit, ac Dareo quæ pendeban-
tur ſtipendia popoſcit. Illi ſe Dareo obſtrictum eſſe iureiurando, quod nun-
quàm uiuente rege eo uiolaturus eſſet, reſpondenti, Alexander multum ſuc-
cenſuit, minatusq; eſt in Iudæam cum omnibus copijs ſe uenturum. Capta
igitur Tyro, uerſus Hieroſolyma mouit caſtra. Tunc pontifex Ioad regis Ioad.
iram ueritus, Deum, ut genti ſuæ præſidio eſſet, orauit. Qui inter dormiendũ
ei conſuluit

ei consuluit, bono esset animo, populus urbe adornata, portas patefaceret, ipse & sacerdotes uestimentis consuetis induti, reliqua hominum turba amicto albo uestita, regi obuiam prodirēt. Fecit quod monitus fuerat. Iamq; Alexandro, ppius urbem accedēte, exiuit pontifex cum sacerdotibus & populo in locum, unde urbs ac templum conspici poterat. Existimabant comites regis permissurum eum urbis direptionem, deq; summo pontifice suppliciū sumpturum. Cæterum Alexander postquàm populum ac sacerdotes cum apparatu, quem diximus, pontificemq; hyacinthina ueste, cui aurum intertextū erat, indutum, ac cydarim in capite gestantem, ubi in lamínula Dei nomē inscriptum legebatur, è longinquo uidit, progressus solus supplex pontificem salutauit. Magna inde Macedonas omneis admiratio incessit. Parmenioni interroganti, quam ob causam Iudæorum pontifex adorasset, respondit Alexander: Se non illum, sed Deum ipsum, cuius pontificatum gereret, adorasse, eius autem uenerandi hominis speciem se in somnis uidisse, quum adhuc prope Macedoniam esset, eiusmodi habitu adornatam, quæ in Asiæ imperio quanam uia potiri posset cogitantem se ne uereretur, cōfirmauerit, atque expeditionis tantæ ducem fore persarumq; regnum traditurum sese pollicita sit. Quum itaq; alium nullum hactenus in eo habitu cōspexisset, quàm istum, ueteris formæ quæ in somnis apparuerit, se reminisci, & reputare Dei auxilio bellum conficere, in quo dareo superato Persarum Imperium habiturus esset. His dictis, humanè excipiēs pontificē cum eo in urbē & deinceps in templū intrauit. Vbi pontifice præeunte sacrū fecit. Inspectoq; Danielis libro id in eo scriptum reperit. Græcum quendam Persarum imperio finem allaturum. Propterea gaudio affectus, quæcunq; ab se petebantur, Iudæis liberaliter concessit.

*Alex. Iudæorum pont. ueneratus.*

*Danielis liber*

FINIS VITAE ALEXANDRI MAGNI PER IOANNEM MONACHVM DESCRIPTAE.

DIODOR.



# POGIVS FLORENTINVS AD NICOLAVM QVINTVM PONTIFICEM MAXIMVM.

NVLLVS antea quantumuis præclarus rerum scriptor fuit Sanctissime pater, qui suum opus æquè meritò, atq; ego tibi has meas uigilias, alicui principi dicaret. Quid est enim æquius quàm ingenij monumenta ad eum destinare, qui omnibus ingenio præstet & doctrina? Aut quod magis debeam, quàm meos riuulos ad eum fontē referre, à quo cursus præsentis operis emanauit? Nam licet antea quicquid ocij superat ad scribendi curam (ne per secordiam efflueret) mea sponte conferrem, erat tamen paulò remissior animus temporum, ne dicam superiorum pontificum culpam, cum omne fere tempus non in literarum prout optabam studijs, sed in quæstu ad uitæ sustentaculum cōsumi rerū inopia urgeret. Et certè quanquàm uitæ meæ institutio ea semper fuerit, ut pluris uirtutē quàm pecuniā fecerim: tamen nimium aliquando (si uerum loqui licet) nostri pontifices in erigendis ornandisq; doctorum uirorum ingenijs dormitarunt. Quidam bonarum artium insciti a, quidam ita pecuniæ addicti, ut plus apud eos ambitionis & quæstus, quàm uirtutis aut literarum ratio ualeret. Quæ res bonis uiris admodum grauis, multorum mentem à scribendi cogitatione alienauit. Indignum quippe est, nec sapientibus uiris æquo animo ferendum, eos sæpissimè reiectis melioribus præ cæteris extolli, quos (ut leuiter dicam) nihil præter pontificū uoluntariam indulgentiam commendet. Te solum hæc nostra conspexit ætas, qui cum probè noris uirtutem uitæ mortalium ducem esse, præstantis doctrina uiros subleuares, & ab inerti ocio ad scribendi negocium traduceres. Vt uerè hanc nostram Christianam rempublicā ab eo nunc regi gloriari possimus, qui & sapientissimus existat, & diligat sapientiæ studiosos. Quod unum sanè cælestis dei donum tanti faciendum censeo, quanti est uirtus uitijs præferenda. Nam ubi doctrinarum cessant exercitia, ubi nullū inter doctos atq; ignauos discrimen uiget, ubi nullus uirtuti locus, nulla studiorū ratio habetur, uitia ibi regnēt, torpescant ingenia, principatus & regna decidāt, rerūq; omniū dominetur cōfusio, necesse est. Itaq; nunquàm satis pro meritis tua probitas ac uirtus laudari potest, quæ quum omnem ante actam uitam uarijs discipli nis impenderit, nunc & doctis fauet uiris, & sua munificentia reliquos ad eandem inuitat uirtutis æmulationem. Ego sanè cuius inter omneis tenuis est & doctrina & dicendi facultas, profiteor me tuis exhortationibus liberalitateq; compulsum operosius quàm ante scribendi studio incubuisse. Nam quum prius hortatu tuo Xenophontē de Cyri uita Latinis legendum tradidissem, & hos quoq; sex Diodori Siculi libros, quos fabulosos ob antiquitatē temporū (nam ante bellum Troianum acta continent) appellauit, traducendi munus

te instante suscepi. Haud ignarus rem satis difficilem me subire, & multorum expositam obtrectationi, quæ licet sit paruí bonis pendenda, tamen quum priscos illos summa autoritate uiros aliquando lacessiuerit, quid de nobis extimandũ est, quos non autoritas, non dignitas tuetur? Sed tuo quod est exquisitissimum doctoruḿq; iudicio fretus, hoc opus absolui, eam mihi transferendi legem instituens, quæ à me in Xenophontis proœmio præscripta est, ut omissa uerborum, qua multi Græcorum utuntur ambage, sententijs hærens nostrum dicendi morem fuerim salua rerum fide secutus. Alectoribus uerò, ut nostris acquiescant copijs, postulo: neq; ultro quàm uireis ferant, exigere à nobis uelint. Siquis ampliora petat, ingrati hominis munere fungetur, non contentus his, quæ nulla cum impensa ultro liberali manu porrigũtur. Ne quis uerò id inscitia factum putet, sciat cõsultò me breuitati consulentem, aliqua omisisse, quæ satietatem orationi peperissent potius, quàm uenustatẽ. Licet autem in libri primordio satis ab auctore de historiæ utilitate sit explicatum, hæc tamen antiquitatis indagatio, in qua omnis priscarũ rerum à primorum hominum usq; ad bellum Troianum cognitio uersatur, præcipuis est laudibus efferenda. Ab hoc enim ueluti historiarum fonte, qui postmodum secuti sunt in priscis historijs fabulisq; recensendis hausere, unde ad cæteros transfundere ualerent. Opus hoc certè uarium est, egregium, luculentum, nostris uerò adeò utile cognitum, ut existimem legentes ex tot rerum excellentium notitia labori nostro gratiam habituros. Sed iam ipse Diodõrus loquatur.

Tituli Primi Libri.

Quæ de mundi creatione, déque omniũ prima origine ab Agyptijs tradunt.
Quæ de dijs fabulosè Aegyptij ferunt, & quæ in Aegypto ab eis urbes sint conditæ.
De primo hominum ortu, & eorum priori uita.
De honore immortalium, & temporum ædificatione.
De situ Aegypti, & quæ de Nilo præter opinionem dicuntur.
De causa inundationis Nili, & quæ de illa tum historici, tum philosophi sentiunt eoruḿq; contraditionem.

DIODORI



# DIODORI SICVLI
## A POGIO FLORENTINO IN LATINVM TRADVCTI DE ANTIQVORVM GESTIS FABVLOSIS, LIBER PRIMVS.

MAGNAS MERITO GRATIAS RERVM scriptoribus homines debent, qui suo labore plurimum uitæ mortalium profuêre. Ostendunt enim legentibus præteritorum exemplis, quid nobis appetendum sit, quidúe fugiendum. Nam qui multarum experimento rerum, uarijs cum laboribus periculisq; procul ipsi ab omni discrimine gesta legimus, nos admonent maximè quid conferat ad degendam uitam. Ideoq; Heroum sapiẽtissimus est habitus is, qui sæpius aduersam fortunam expertus, multorum urbeis ac mores conspexit. Cognitio uerò ex aliorũ, tum seçũdis, tum aduersis rebus percepta, doctrinam habet omnium periculorũ expertem. Omneis præterea mortaleis mutua quadam cognatione uinctos, licet locis ac tempore distanteis sub unum ueluti conspectum redigunt, diuinam sanè prouidentiam imitati, quæ tum cæli ornatum, tum naturas hominum uarias cõmuni ordine quodam per omne æuum complexa quid quẽq; deceat diuino munere impartitur. Eodem pacto, qui totius orbis uelut unius ciuitatis acta suis operibus instruxerunt, in cõmunem ea utilitatem conscripsere. Pulchrum est igitur ex aliorum erratis in melius instituere uitam nostram, & nõ quid alij egerint quærere, sed quid optimè actum sit, nobis proponere, ad imitandum seniorum consilia, quos longa ætas prudentiores effecit laudantur à iunioribus. Athos tantò antecellit historia, quantò plura exempla rerum complectitur diuturnitas temporis, quàm hominis ætas. Itaq; ad uitæ institutionẽ utilissima historia censenda est, tum iunioribus, quos lectio diuersarum rerum antiquioribus æquat prudentia, tum uerò ætate maturis quibus diuturna uita rerum experimenta subministrauit. Adde quòd priuatos uiros imperio dignos efficit. Imperatores ob immortalẽ gloriã, ad præclara facinora impellit. Milites propter laudem quæ mortuos sequit, promptiores efficit, ad pericula pro patria subeunda. Improbos timore infamiæ à malis facinoribus deterret. Deniq; literarum monumentis, quæ testimoniũ uirtuti præbent, moti quidam, tum condidere ciuitates, tum leges utileis uitæ mortalium ædiderunt. Nonnulli nouarum artium doctrinaruḿq; inuentores ad usum gentium extitere. Sed omnium rerum, quibus felicitas hominis paratur, laudem præcipuam, causaḿq; historiæ tribui decet. Est enim eu

*Historiæ utilitas.*

*Historiæ laus.*

*Inferi fabulosi*

stos eorũ, quæ cum uirtute acta sunt, testem se malefactis, beneficamq; erga omne genus hominũ præbens. Et enim si ea, quæ de inferis & quidẽ fabulosè feruntur, multũ conferunt hominibus ad pietatẽ ac iusticiam seruandã, quanto magis putandũ est historiã ueritatis assertricem, tanquàm totius philosophiæ parentẽ, mores nostros effingere ad uirtutẽ. Omnes enim ferè mortales naturæ infirmitate maiorẽ uitæ partẽ ociosi ac segnes degũt, quorum uitæ ac mortis æqua obliuio est, quum par utriusq; interitus sequatur. Virtutis non facinora immortalia sunt, præsertim quum historiæ beneficiũ accessit. Et quidem decorum est mortaleis labores perpeti pro gloria immortali. Hercules quidẽ magnos, multosq; dum uixit labores ac pericula sponte adijt, ut suis erga omneis genteis beneficijs immortalitate donaret. Cæteros egregios uirtute uiros, hos quidem heroum, hos uerò deorum honores assecutos uidemus, omneis certè magna laude dignos, sed eorum tamen omnium gesta, ac uirtutes historia ab interitu uendicauit. Etenim cætera monumenta ad parum tempus perdurant, uarijs casibus disturbata historiæ uirtus, per uniuersum orbem diffusa, ipsum quod cætera consumit, tempus custodẽ sui habet. Affert præterea multum opis eloquentiæ, qua nil ferme præclarius reperitur. Hac Græci Barbaris, docti indoctis præferuntur, quum hæcuna sit qua homines inter se cæteris antecellant: uidetur quoq; res esse tanti, quanti fuerit dicentis uirtus & eloquentia. Et quidem uiros bonos laude dignos arbitramur, ut qui uirtutis iter nobis ostenderunt. uerum quũ alij aliud iter sibi delegerint, poëtis quidem magis oblectare animos, quàm prodesse uidet. Et gentium leges ac instituta, magis punire quàm docere. Ita & artium reliquarum: hæc nil ad fælicitatẽ conferunt, harum utilitas damno permista est. Quædam pro uerò docent mentiri. Sola historia paucis uerbis res gestas repræsentãs, omnem complectitur utilitatem. Nam & ad honestum impellit, detestatur uicia, probos extollit, deprimit improbos. Deniq; rerum quas describit experimento, plurimum proficit ad rectam uitam. Aduertẽtes igitur, quanta laus scriptoris maneat, exemplo eorum moti, qui scribendo operam præbuerunt, hanc historiam aggressi sumus. Verum quum superiores memoria scriptores repetimus, paululum admirari multorum cogimur consilia, qui quum multarum diuersarumq; rerum notitiam plurimum in se continere utilitatis norint, eorum tamen quidam aut gentis aut urbis unius historiam absoluere, pauci à uetustis historijs initium sumẽtes, usq; ad eorum tempora gestas res & incõmuni positas cõplexi sunt. Et hi quidem sua tempora tantũ tradidere, haud cõtinuata superioribus, rerũ serie, hi Barbarorũ gesta trãsgressi sunt. Alij antiquas historias ueluti fabulosas, propter earum difficultatẽ, cõtempserũt. Nõnullorũ, quũ cæpissent, mors præueniẽs, historias interrupit. Nulli uerò transcendere scribendo Macedonum tempora, in Philippi aut Alexandri aut successorum gestis tantũmodo uersati. Multis autẽ memoratu dignis rebus deinceps usq; ad nostram ætatem actis, nullus historicus ea scribere,

*Eloquentiæ uirtus.*

*Poëtis. Leges.*

*Historia ad honestũ impellit.*



scribere, unica historia conatus est, rei magnitudine forsan diffisus. Quapropter licet temporũ rerumq; uarietate, tum scriptoribus diuersa tradentibus, ardua uideat & memoratu difficilis præteritorũ descriptio, attamen decreuimus & ipsi eam historiam, quæ multis prodesset, obesset nemini, legentibus tradere. Nam si quis memoratu dignas & totius orbis, tanquàm uniuscuiutis, priscorum temporum ad suam usq; ætatem gesta, res scripserit, laboriosum quippe subibit opus, uerũ satis audientibus utile. Licebit enim tanquàm ex fonte uberrimo, quid cuiq; usui existat haurire. Quod si quis percurrere omneis scriptores cupiat, opprimetur, tum librorum multitudine, tum diuersa scribentiũ uarietate, ut haud facilè uerum possit elicere. At ea, quæ sub unicam historiam digeruntur, in promptu sunt lectoribus facilisq; eorum notitia est. Deniq; eo scribendi modus hic est præstãtior cæteris, quo utilius parte aliqua totum habeat, & continuũ rei præstat diuisæ. Id quoq; quod temporibus dispertitur notius est eo, quod est tempore confusum. Igitur pensitantes hunc scribẽdi modum esse utilissimum, uerum plurimo labore & tempore longo egentem, triginta annos in hoc opus absumpsimus. Multis enim difficultatibus ac periculis maiorem Asiæ peragrauimus Europæq; partẽ, quo maiori, quæ à nobis descripta sunt, ex parte locis conspectis certa literis mandaremus. In multis enim locorum ignorantia errarunt non solum quidã rudes scriptores, sed etiam docti. Vrbs præterea Roma, inqua plurimo tempore uersati sumus, ob imperij magnitudinẽ per uniuersum orbem diffusi, plurimum nobis ad scribendũ opitulata est. Orti enim ex Argira Siciliæ ciuitate, percepta à Romanis qui ad eam confluebant: Latina lingua ex ueteribus annalibus, & duces eorũ & gesta nouimus. Initium uerò scribẽdi sumpsimus ab his, quæ tum Græci, tum Barbari prisci scriptores, tanquàm fabulis similia literarum monumentis explicuerunt. Et quoniã prisca illa, ad nostram usq; ætatem tempora cõplectimur, in hunc modum paucis historiam nostram diuisimus. Primi sex libri antiquorum gesta, quæ illi fabulosa appellant, ante bellum Troianum continent. In horum primis tribus Barbarorum, in reliquis antiquæ Græcorum res narrantur. In undecim deinde cõferuntur, quæ à Troiano bello usq; ad Macedonis Alexandri mortem gesta sunt. In reliquis tribus & uiginti, conijcimus quæ deinceps usq; ad bellum Gallicũ continent: quod Romani duce Iulio Cæsare (is ob gesta egregia inter deos est relatus, uirtute cuius Gallia omnis subacta est) gessere. protendit uerò Romanum imperium usq; ad Britanniæ insulas. Huius res priores gestæ primo centesimæ Olimpiadis anno actæ sunt principante Athenẽsibus Erodo. Temporum quæ nostra historia ante bellum Troianũ comprehendit, scriptorũ inopia haud satis certa nobis ratio comperta est, ab eo Apollodõrus Athenienſis octoginta annorũ historiam contexuit, usq; ad reditum Heraclidarũ, à quibus usq; ad primam Olympiadẽ anni computant, trecenti & uigintiocto, numerato tẽpore, quo reges Lacedæmoniæ imperarũt. A prima uerò Olym-

*Libroru muæ titudo ingeniũ opprimit.*

*Diodori anni xxx. in historia.*

*Historiæ initiũ*

*Historiæ diuisio.*

*Apollodõrus.*

Historiæ libri xl.

piade usq; ad initiũ belli Gallici, quod nobis statuimus scribẽdi finem, septingenti sunt & triginta anni. Omnis hæc ergo historia, quadraginta explicata libris, annos complectit mille, centum, triginta octo: his exceptis quos usq; ad bellum descripsimus Troianum. Hæc diligenter partiti sumus, quo & legentibus nota fiat historia, & inuidi abstineant à detractione. Quamuis quæ ritè scripta erunt, carebunt inuidia: quæ uerò inscitia omittent, aliorum industria corriget. Nunc principiũ scribendæ historiæ sumet. Quid de dijs, & qui primi eos colere docuerunt, & quid de illorum immortalitate senserint, haud paucis propter rei difficultatem exprimi potest. Sed quæ ad historiã pertinere uidebunt, quo sint notiora legentibus incerta distribuemus capita, ut nihil dignum memoria omittatur. De genere autẽ hominum, deq; his, quæ in orbe terrarũ antiquitus dicuntur gesta, diligenter quantum in tam remotis ppter antiquitatẽ rebus licebit, à priscis illis tpibus sumpto initio, scribemus.

## DE MVNDI, ET HOMINVM PRIMARIA CREATIONE.

PRIMA hominum generatio apud doctissimos ac præstantissimos uiros, qui ueram naturam & historiam tradiderunt, duplex fertur. Quidam mundum ingenitum, & incorruptibilẽ, & genus hominũ ab æterno extitisse, neq; habuisse ortus principium, sensêre. Quidam genitum, corruptibilemq; arbitrati, & homines dixerunt generationis initium tẽpore esse sortitos. Nam à rerum primordio, & cælum & terram unicam habuisse ideam in mixta eorum natura. Exinde distinctis inuicem corporibus, cæpisse mundum hũc ordinem, quem uidemus. Aërem quidem motum hunc continuum sortitum, & igneam partem eius superiora loca propter leuitatem aiunt appetisse. Eadem causa solẽ & astra cursus suos sortita. Quòd uerò humori mixtum eodem stetisse in loco, ppter grauitatẽ quæ cum mixta essent, ex humidis quidẽ mare effectum, ex durioribus uerò terrã lutosam euasisse, & omnino mollẽ. Hæc primum cum solis ardore densior euasisset, eius postmodũ superficie uicaloris tumefacta, multis in locis humores quosdã esse concreatos, in quibus putredines tenui cortice pellicula sint excitatæ, quẽadmodum in paludibus & stagnis Aegyptijs uidemus accidere, quum frigidam terram subitò æstus aëris calefacit. Quum uerò in humidis, calore adhibito, generatio fiat, & noctu quidem circunfusus aër humorem præstet qui die solis uirtute consolidetur, tandem putredines illæ ad summum perductæ, aduenientẽ ueluti partus tempore exustis confractisq; pelliculis omnis generis educunt animantium formas quorum ea quæ maiorem calorem sortita sunt in superiorem regionẽ, uolatilia effecta abierunt. Quæ uerò plus terræ continebant, serpentia aliaque terrestria euaserunt animantia. Naturam aquosam nacta in sui generis elementum delata sunt, & appellati pisces. Terra deinceps tum solis ardore, tum uentis, in dies magis

Animalium creatio.



magis arefacta, à gignendis maioribus animalibus desijt. Sed quæ generata erant, mutua commixtione alios animantes procrearunt. Hoc & Euripides Anaxagoræ physici discipulus sentire uidetur quum in Menalippo cælum & terram mixta olim fuisse tradat. Separata postmodum genera sse singula, arbores, uolatilia, feras ac omne mortalium genus. De prima terræ generatione, quamuis præter opinionem non nullis esse uideatur, tamen ea quæ nunc quoq; sunt his testimonijs uidentur afferre. Nam iuxta Thebaidem Aegypti quum Nili cessauit inundatio, calefaciẽte sole limum ab aqua relictum, multis in locis ex terræ hiatu, multitudo murium oritur. Quod argumento est ab ipso orbis primordio, animantia similiter omnia generata esse. Eodẽ quoq; modo, & homines a principio genitos dicunt in agris pastum quærentes, siluestri & incondita uita uixisse, quibus herbæ & arborum fructus ultrò uictũ præberent. Beluas insuper ijs fuisse infestas quibus ut obsisterent, cætus hominum ob timorem factos aiunt, cõmunis utilitatis gratia, auxiliaq; inuicẽ præbita & loca habitaculis quæsita. Sonus oris confusus quum esset, paulatim discreuisse uocem aiunt, & res omnis suo nomine appellasse. Verũ quum diuersis siti essent in orbis locis, non eisdem usos uerbis terunt, propterea & diuersos literarũ caracteres extitisse. Primosq; hominũ cætus suæ quẽq; gentis initium fuisse. Verum primi homines nullo subsidio fulti, duram agebant uitam. Erant enim nudi, nullo neq; ædium, neq; ignis adinuento usu, cibo in diem quæsito quum ignorarent agrestes fructus in usum futurũ condere, & seruare ad egestatem. Quo fiebat, ut hyeme plures, aut fame, aut frigore interirent. Experimẽto deinde edoctos, & speluncas aduntquæsisse ad euitandam frigoris uim, & fructus seruare cæpisse. Ignis autem notitia, cæterarũq; utilium rerum percepta, & cæteras quoq; uitæ hominum cõmoditates breui tempore esse adinuentas. Deniq; necessitatem ipsam, rerum magistram factam, singulorum peritiam ingenijs mortalium subministrasse, quibus coadiutores datæ sunt manus, sermo, animiq; præstantia. Sed hactenus quæ ad primum hominum ortum & uictum uetustum spectarent: nunc ea quæ diuersis orbis locis gesta literarum monumenta tradiderunt recensemus. Qui primi fuerint in orbe reges nequaquàm compertum habemus, quum nulli historici eos tradant. Impossibile quippe est literas æquè ac primos reges uetustas extitisse. Si uerò quis literas etiam tum fuisse contendat certè rum scriptores multò pòst tempore fuêre. Sed quæ antiquior ætas tulerit, non solum Græci dubitant, sed etiam qui se indigentes, primosq; rerum ad uitam utilium scriptores appellant Barbari, atq; ab se multorum temporũ gesta memoriæ prodita affirmant. Nos uerò quæ gentes, quæ ue nationes, aut quatenus tẽpore aut quod annis priores cæteris fuerint, haud quaquàm pro comperto tradẽtes, quæ à singulis scriptoribus de antiquitate uetustis ut gestis sunt tradita, quæ similia uideantur, uero sequuti, initium sumemus à Barbaris. Nõ quòd eos Græcis antiquiores putem, quemadmodum Epho-

Euripides.

Mures hominum cibus.

Verborũ initia.

Homines nudi

Speluncæ.

Necessitas quid.

rus dixit, sed ut cum Barbara absoluerimus. Græca narrãtes nihil externum eorum rebus inseramus. Quoniam apud Aegyptios deorum genus primũ fuisse fabulantur, astrorumq; ab his ueteres obseruationes repertas. Plurima quoq; ac præclara excellentium uirorum gesta feruntur, digna memoratu, ab rebus eorum historia ordietur.

*Dij primi Aegyptij.*

## DE VARIARVM RERVM EXORDIIS ET INVENTORIBVS.

TRADVNT Aegyptij ab orbis initio primos homines apud se creatos, cum bonitate fœlicitateq; soli, tum ppter Nilum qui & multa generat & suapte natura, quæ genuit facilimè nutrit. Nam & arundinũ radices præbet & lotum, & Aegyptiã fabam, & quẽ dicunt orseũ, multaq; præterea ad uictũ hominũ exposita. Prima animãtia apud se orta, ea utunt cõiectura, quod nunc etiã in Thebaidis agro certis tẽporibus multi ac magni generent mures. Qua ex re plurimũ stupent homines, cũ uideãt quorundã anteriorẽ, usq; ad pectus & priores pedes, muriũ partẽ animatã moueri, posteriori nodum inchoata, sed informi. Ex hoc perspicuum fieri aiunt, ab ipso orbis ortu primos homines Aegyptũ protulisse: in nulla enim orbis parte accidit, eo modo animalia creari. Nam siue diluuiũ Deucalionis tempore plura animantia absumpsit Aegyptum aiunt (utputa ad meridiem positam, quum in ea pluuiæ raræ sint, expertem eius calamitatis fuisse) siue (ut quidã sentiunt) singula interierunt, æquũ est, si terra rursus animalia genuit, apud Aegyptum principium generis omnium animantium extitisse temperiem, quippe † aër, æquum est præbuisse generationi principium & causam generandi. Et enim & nunc quoq; post Nili undationem, conspicitur diuersorum animantium fœtus abscedente enim aqua, limoq; terræ à sole arefacto, ferunt quædam animalia perfecta, semiperfecta alia uideri in terræ gleba. Igitur primi illi homines, olim in Aegypto geniti, hunc mundi ornatum conspiciẽtes, admirantesq;, uniuersorum naturam, duos esse deos, & eos æternos arbitrati sunt: solem uidelicet & lunã, & hũc quidẽ Osiridẽ hanc Isidẽ certa nominis ratione appellarũt. Et Osiridẽ quidẽ Græca interpretatione, ut qui suis radijs, ueluti pluribus oculis terram ac mare lustraret, multos oculos habentem dixêre. Cui rei poëtæ quoq; uerba congerunt: solem omnia conspicientẽ, dicentes, atq; audientem. Græcorũ uerò quidã, qui antiquiores scripserunt fabulas Dionysiũ Syriũ cognomine appellãt, quorũ Eumolphus in carminibus Bacchicis inquit Dionysiũ Asorũ insigne incensum radijs. Orpheus uerò eũ splendentẽ ac Dionysiũ uocat. Aiunt etiã quidã cognomẽ illi à pelle, ppter astrorũ uarietatẽ inditũ. Isidẽ uerò interpretatã esse antiquã, sumpto nomine ab æterno & ueteri eius ortu. Addũt sibi cornua, tum ppter aspectũ ita eã uidẽt quo tpe primis diebus apparet, tũ quia bos ei ab Aegyptijs sacrificat. Hos deos arbitrati, asserunt illos uniuersũ circuire orbẽ ac nutrire, augereq;

*expers diluuij*

*Animalia ex terra.*

*† alias aëris*

*Sol deus, luna dea.*

*Osiris*

*Isis.*

*Mures.*

*Aegyptus.*

*Dionysius.*

*Isidis cornua.*



augereq; omnia tribus anni temporibus, motu continuo perficiẽtes orbem, uere, æstate, achyeme. Hæc inuicẽ contraria, annũ conficiũt firma cõcordia. Quorũ deorũ natura plurimũ conferat ad omniũ animantiũ generationem: cum alter igneus ac spiritalis existat: Deorũ alterum igneũ esse spiritalẽ: altera humida atq; frigida, aërutriq; cõmunis. Ab eis itaq; generari atq; nutriri corpora omnia, rerumq; naturã singularẽ à sole & luna perfici. Partẽis quas cõmemorauimus quinq; esse, spiritũ uidelicet, ignem, siccum, humidũ, aëra. Sicuti uerò in homine caput, manus pedes, aliæq; partes enumerantur, eodẽ modo & mundi corpus, ex partibus his perficitur, quarum quælibet existimatur deus, proprio nomine ab Aegyptijs à principio, secundum cuiusq; naturã uocatus. Nam spiritum uerbi interpretatione appellarunt (quòd causa uitæ mortalibus existat) tanquàm cõmunẽ omniũ patrẽ. Idẽ & Græcũ insignem poëtã de hoc deo sentire uolũt, cum deorũ hominũq; partẽ uocanterẽ. Ignem Vulcanũ interpretant, magnum illum deum existimantes, & multũ ad generationẽ perfectionemq; rerũ cõferre. Terrã tanquàm uas aliquod eorũ quæ fierent putantes, matrẽ appellarunt. A Græcis similiter terra mater mutato deinde paulum uerbo Δημήτηρ est dicta, sicut & Orpheus est testis, quàm terram omniũ matrem dixit, diuitias largientem. Humiditatẽ Oceanũ prisci uocitarũt, ueluti nutriẽtẽ, nominis interpretatione matrẽ. Græcorũ nõnulli Oceanũ dicunt, de quo poëta inquit Oceanũ generatorẽ deorũ, & matrem Thetym Aegyptij putãt. Oceanũ esse nisum à quo & deorum genus ducunt. Nam apud eos tantum plureis esse urbeis asserunt à priscis dijs conditas, quẽadmodum Iouis, Solis, Mercurij, Apollinis, Panis, Lucinæ, & aliorũ pluriũ deorum. Aërem uerò nominatum Palladem ac Iouis filiam dici, & uirginem fuisse: quoniã & non corrumpatur, & sublimiorẽ locũ teneat. Quapropter ex uertice Iouis dicit nata. Eandem dictam esse Trigeminã, propter tria anni tempora, uer, æstatem, hyemẽ. Dicitur etiam Glaucopis, nõ ea causa quam Græci quidã arbitrant, quòd oculos habeat albos, quod stultũ uidet: sed quia aër glauci sit aspectus. Ferunt autẽ hos quinq; deos omnẽ peragrare terrã, apparentes hominibus in sacrorũ animalium formis quãdoq; autẽ in hominũ aut aliorum species, quod minimè fabulosum uidet. Siquidem isti sunt qui omnia generant & producũt. Et Homerus, qui ad Aegyptios profectus est, multaq; ab eorũ sacerdotibus percepit, hæc tãquàm uera in opere suo fuisse describit, Deosq; sæpius in alienis formis circuire urbeis, uicia & uirtutes hominũ inspicenteis. Hæc de cælestibus dijs deq; eorũ genere æterno Aegyptij tradunt. Ferunt insuper alios ex his genitos qui fuerint mortales, sapiẽtia uerò, & in humanum genus beneficijs immortalitate potitos. Horum quosdã in Aegypto regnasse, partimq; eo fuisse nomine, quo & dij cælestes: partim proprio uocitato, Solem, Saturnum, Rheam, Iouem quoque à nonnullis Ammona appellatum, Iunonem præterea Vulcanũ, Vestam ultimo Mercurium. Primum quidem regem fuisse apud Aegyptios Solem eo nomine quo

*Tẽpora tria.*

*Mundi partes*

*Trigemina Glaucopis.*

*Homerus in Aegypto.*

*Dij inter homines.*

*Sol rex primus.*

*Ignis inuẽtio.* quo & cæleſte aſtrum. Quídam ſacerdotes affirmant primum regnaſſe Vulcanum inuentorem ignis, eóq; beneficio ducem ab Aegyptijs conſtitutum. Quum enim arbor ictu fulminis in montibus conflagraſſet, ligna propinqua hiberno tempore à flamma ſunt comprehenſa. Qua exre Vulcanum calore lætatum, deficiente igne, addidiſſe illi nouam materiam, & eo modo cõtinuato igne, alios homines conuocaſſe ad eius aſpectũ, tanquàm à ſe reperti. De-

*Saturnus. Rhea. Oſiris. Iſis.* inceps Saturnum qui ſororem Rheam cepit uxorem, aiunt extitiſſe, genuiſſeq; ſecundum quoſdam Oſiridem & Iſidem, pluresq; genuiſſe Iouem ac Iunonem tradunt, qui propter uirtutem uniuerſo orbi imperarint. Hos quinq; genuiſſe deos, prout apud Aegyptios dies habentur quinq; intercalares, Oſiri-

*Typhon. Apollo. Venus. Ceres. Dionyſius. Triticum. Hordeum.* dem, Typhona Apollinem, & Venerem. Et Oſiridem interpretatum Dionyſium; Iſidem uerò Cererem. Hac Oſiris in uxorem ſumpta, regnoq; ſuſcepto, multa contulit ad uſum uitæ communis. Eius enim uirtute, mutuæ, cibi gratia, cædes hominum ceſſarunt. Inuento enim ab Iſide primum tritico & ordeo, quæ prius incognita hominibus, caſu inter cæteras herbas oriebantur. Ab Oſiride uerò eorũ fructum, cibi utilitate animaduerſa, omneis eo nutrimenti genere eſſe uſos, tum propter cibi reperti ſuauitatẽ, tum quia utile uidebatur, ſeuitiæ, crudelitatiſq; promiſcuæ cauſam abeſſe. Signa huius inuentæ ſegetis ferunt, quòd ab eis ueteri lege, & nunc quoq; obſeruatur, ut meſſores æſtate ſpicas maturas ad manipulum excerpant, in deæ oblationem, atq;

*Fruges. Leges Iſidis.* Iſidem inuocent, honorem ei deo inuentæ frugis reddentes. Apud quaſdam uerò urbeis in Iſidis pompa, inter reliqua, triticum & ordeum ferri in memoriam repertorum, leges quoq; Iſidem ſtatuiſſe ferunt, quibus iuſtitia æquè omnibus ſeruaretur: ui atq; iniuria, timore pœnæ, ſublatis. Hac de cauſa priſcos Græcos Iſidem legiferam appellarunt, tanquàm primam legum inuen-

*Thebæ.* tricẽ. Fertur etiã Iſidis tẽpore condita eſſe urbs in Thebaida Aegypti, centũ portarũ à matre denominata. Poſteri uerò partim Iouis ciuitatem nonnulli Thebas dixêre. Eius enim conditorẽ urbis, non ſolũ reliqui ſcriptores, ſed etiã Aegyptij ſacerdotes incertũ habent. Plures tradunt, non Oſiridis tempore,

*† forte Thebas.* ſed multos poſt annos à rege quodã † Thabas fuiſſe conditas. Verũ de hoc poſterius ſuo loco dicetur. Erexiſſe quoq; templum Iouí & Iunoni parẽtibus inſigne, cum magnitudine, tum ornatu. Duo inſuper tẽpla aurea ſtatuit: unũ

*Ammon. Arma. Templa.* maius Iouí cæleſti, alteram minus Iouí regi, eorũ patri, quem quidã Ammonem uocant. Fecit etiã aliis diis quos retulimus aurea tẽpla, honoribus cuilibet & ſacerdotibus inſtitutis. Artium quoque, aut rerum ad utilitatem uitæ ſpectantiũ repertores, ab Oſiride & Iſide in honore habiti fuêre. Inuẽti inſuper æris, auriq; in Thebaida, fabri, armaq; facta, quibus & feras occiderẽt, & excolerent terræ. Statuæ præterea, & deum, templa aurea ab his cũ omni or-

*Statuæ. Agricultura Oſiris.* natu fabricata ſunt. Fuiſſe & Oſiridem ſtudioſum agriculturæ tradunt. Nutritum autem in Nyſa fælicis Arabiæ, propinqua Agypto, quũ eſſet Iouis filius, unde & Græci à patre & loco, Dionyſium appellant. Huius urbis poëta, qui



qui in Aegypto fuit, in ſuis hymnis meminit, dicens eſſe Nyſam urbem ſupra montem excelſum ac florentem, longè à Phœnicia ferme Agypto contermi-

*Vinea.* num. Vineæ quoq; fuiſſe inuentorem in Nyſa tradunt, quam plantandi ac uini conficiendi, ſeruandiq;, ex alio transferẽdi uſum edocuit. Mercuriũ quoque

*Mercurij inuẽta, uerborũ ordo. literæ. Deorũ cultus. Aſtra. Palæſtra. Numeri. Medicina. Lyra.* maximè omniũ ab eo honoribus affectũ, & repertorẽ rerum plurimarum: quibus uitæ hominum conſuleretur. Volunt hunc enim primum & uerba in ordinem redigiſſe: & multis indixiſſe rebus nomina. Fuiſſe quoque literarum inuentorem aiunt: inſtituiſſeq;, quo honore, quibus ue ſacris, colerentur dij. Is primus obſeruator aſtrorum curſus fuit: & uocum harmonias adinuenit. Palæſtræ, numerorumq;, & ad corpora curanda, medicinæ artis: lyræ inſuper, ex neruis trium chordarum, inſtar trium anni temporũ, repertorem tradũt. Treis enim inſtituit uoces, acutam, grauem, & mediam. Acutam ab æſtate, grauẽ ab hyeme, mediã à uere ſumemus. Hic & Græcos docuit uerborũ interpretationẽ, unde & ipſum ἑρμῆν hoc eſt interpretẽ appellarunt. Deniq;

*ἑρμῆς.* & qui tempore Oſiridis fuêre ſacrarum literarum ſcriptores, hæc eadem ab illo accæpta referunt. Oſiridem etiam plurimũ ſuo conſilio uſum, oleæ quo-

*Olea. Oſiris.* que plantam ab eo, non à Minerua quemadmodum Græci dicũt, repertam.

Oſiridem uerò tanquàm uirum bonum, gloriæq; cupidum, ferunt ingentem exercitum coẽgiſſe, ut peragraret orbem, doceretq; mortaleis plantare

*Vites.* uites, ac tritici & ordei ſegetem, pecorumq; fructum: exiſtimans ſi homines ab agreſti uita, ad cultiorem, mitioremq; traduceret, honores ſe (quod & conſequutus eſt) potiturum immortaleis. Non enim priſci illi tantum, ſed poſteri etiã propter inuẽtas ab eo ſegetes beneficij memores, pro maximis diis habuêre. Tradunt autem Oſiridem Aegypti regno conſtituto, rerumq; o-

*Mercurius.* mnium cura Iſidi uxori permiſſa, tradidiſſe ei Mercuriũ, cuius conſilio (quoniam prudentia uideretur excellere) inter amicos uteretur. Ducem uerò exercitus, omniumq;, quæ ſuæ ditionis erant, reliquiſſe Herculem, tum quia ge-

*Hercules.* nere proximus, tum quia fortitudine, roboreq; corporis erat admirabili. Regni gubernationem itaq; partitus eſt. Phœniciæ & Maritimæ oræ Buſiridẽ,

*Buſiris. Antæus. Apollo. Laurus. Hedera. Mirtus.* Aethiopiæ, Lybiæq; proximis regionibus Antæum præfecit. Ipſe cũ omnibus copijs ex Aegypto in expeditionem profectus eſt, ſecum fratrem ducens, quem Græci Apollinem dicunt & lauri repertorem: obq; id laurum ei dicatam eſſe, hederam uerò ab Oſiride repertam, quam ei conſecrarunt: quemadmodum & Dionyſio Graeci. Lingua uerò Aegyptia hederã Oſiridis plantã uocant. In ſacris autem hedera uitibus præfertur, quoniam eæ folia amittãt, illa uerò ſeruet continuam uiriditatem. Quod & apud antiquiores in cæteris arboribus, quæ ſemp uirent, accidit. Nam & Veneri myrtũ & Apollini laurũ dedicarunt. Oſiridem uerò duo filij uirtute diſpares, Anubis & Macedon proſecuti ſunt. Vterq; armis uſus eſt inſignibus, aliquo animali haud ab eorum natura diſſimili. Nam Anubis canem: Macedon lupum inſigne armorũ tulit. Qua exre hæc animalia Agyptij ſummo in honore habẽt, & horũ animãtiũ formis

Pan.

formis apud Aegyptios colũtur. Duxit insuper secum Pana, cui ab Aegyptijs diuersis modis præcipuus honor habitus est. Nam eius regionis accolæ, non solum statuas sibi in templis omnibus posuêre, sed & in Thebaida ciuitatem sui nominis ædificarunt chemmin, id est, panis urbem uocitatã. Secuti quoque sunt eum in agris colendis experti, qui uineas plantare nosset Maron. Qui triticum serere, Triptolemus. Omnibus deinde compositis, oratis dijs Osiridem comam quoad in Aegyptum rediret nutrisse aiunt, ac uersus Aethiopiam profectum. Quæ consuetudo usq; ad hæc tempora inoleuit apud Aegyptios, ut peregrinantes quoad domum reuertuntur, nutriant comas. Quum esset in Aethiopia ferunt oblatos ei Satyros comas umbilico tenus habẽtes. Dicitur Osiris fuisse cupidior risus, delectariq; solitum musicis & choreis. Quapropter illum musicorum multitudo sequebatur. Inter eos nouem fuisse uirgines adolescentulas, tum canere solitas, tum in alijs eruditas: quas deinceps Græci appellarũt τὰς μούσας. Has Apollinẽ docuisse dicunt: qua ex re musicus est nominatus. Satyros uerò ad psallendum, cantandum, ad animi remissionem aptos secum in castris habebat. Non enim bellicosus, aut prælijs periculisq; deditus fuit: sed ocio & hominum saluti. Quo beneficio pro deo omnes eum gentes habebãt. Aethiopibus agriculturam ostendens, insignibus in ea urbibus à se ædificatis & præfectos dedit, & tributa instituit præstari. Hoc tempore Nilum ferunt circa Syrij Canis exortum, tunc enim maximè crescere consueuit, maiorem Aegypti partem, & eam maximè, cui Prometheus imperabat, inundasse. Absumptis enim fere omnibus eius regionis incolis, Prometheum dolore motum, se interficere uoluisse. Fluuium uerò propter cursus uelocitatem, profunditatemq; aquarum, aquilam tunc appellatum. Herculem, tum consilij magnitudine tum uirtute, uolunt cursu ligio compressisse aquarum impetum: & ad priorem cursum conuertisse. Vnde & Græci quidam poëtæ rem gestam, in fabulam uertẽtes, Herculem tradunt aquilam Promethei iecur depascentem occidisse. Fluuij nomẽ uetus Oceanus fuit, postquàm eius compressus est decursus, aquila: deinde à rege quodam Aegyptus appellatus. Quod & poëta testatur: dicens fuisse Aegypti flumine naues triremes, locum ubi Nilus in mare defluit: Theonim uocatum ferunt antiquum Aegypti emporium. Postmodum à Nileo rege Nilj, quo nunc utuntur, nomẽ sortitum. At uerò Osiris quum esset in montibus Aethiopiæ, utrasq; ripas Nili aggere cinxit: ne modum excederet inundatio, sed uelut per portas quasdam exiens lenis esset, atque agris proficua. Deinde per Arabiam iuxta Rubrum mare iter faciens, ad extremos Indos peruenit. Vbi & plureis constituit urbeis: ex quibus unam Nysam nominauit, in eius memoriam, in qua est nutritus, ubi hederã plantauit, quæ sola eo loci alitur, & in Nysa Aegypti. Multa quoq; alia reliquit sui apud Indos monumẽta. Ex quibus posteri deum illũ esse opinati sunt, asserentes eum genere Indum esse. Exercuit quoq; elephantorum uenationes. Columnas insuper multis in locis statuit,

Maron.

Triptolemus.

Satyri.

Musæ.

Apollo musicus.

Aquilæ prometheï.

Oceanus.

Nysa.



statuit, suæ expeditionis testes. Peragrauit autem & cæteras Asiæ nationes, ac per Hellespontum in Europam transiens, Lygurgũ in Thracia Barbarorum regẽ sibi obsistentẽ, peremit. Illi prouinciæ Maronem iam senẽ præfecit, qui ædificauit ciuitatem quam ab se Maroneam nominauit. Macedonẽ filium regem statuit eius prouinciæ, quæ ab eo Macedonia dicta est. Triptolemum colendis Atticis agris præfecit. Denique quum orbem ferme circuisset, domesticis fructibus excoluit hominum uitam. Si qua regio uitibus inepta esset, docuit ex ordeo potum fieri, haud multũ uirtute, gustuq; uini inferiorem. Quum in Aegyptũ rediisset, tulit dona secum à diuersis gentibus data. Quapropter magnitudine beneficiorũ, & donatus immortalitate, & honores est cœlestium secutus. Deinde quum addeos ex hominibus transisset, & honore illi, & sacra, ut maximo deorũ, ab Iside & Mercurio instituta sunt: multaq; in mystica ad cultum addita, quibus eius dei potentiam ampliorẽ redderent. Verum ex uetustis sacerdotum arcanis, qui Osiridis tempore fuerant, postea cõpertum est, Osiridem Aegypto iustè regnantem à Typhone fratre impio atq; nefario interemptũ. Quem illi, in sex ac uiginti partes dissectum, cuilibet eorum, qui secum tanti sceleris participes fuerant, partem dedit, ueluti eius facinoris conscijs: & simul, ut ipsos defensores, custodesq; haberet regni fidos: Isis, fratris, eiusdemq; uiri, mortem auxilio filij (Oros enim nomen erat) ulta Typhone, & qui cædis conscij fuerãt interemptis, Aegypti regnum cæpit. Commissa ea est pugna iuxta fluuium in parte Arabiæ, Antæi appellant uicũ: quod nomen ex Antæi morte ab Hercule occisi, Osiridis tempore sortitus est locus. Osiridis partes omnis dispersas, præter pudẽda, cum inuenisset, cupiẽs incertum esse uiri sepulchrum, ab Aegyptijs aut singulis honori haberi, ex aromatibus ac cera singulas eas partes in formam hominis uiro similem composuit. Cõuocatis deinceps Aegyptij sacerdotibus, singulis dedit Osiridis imaginem, asserens ei soli corpus illius creditum, atq; adiurans, ut nunquàm apud se esse sepulturam Osiridis ulli panderent, utq; illud in abditis seruatum ut deum colerent, eiq; animal ex suis quod mallent dicarent, quẽ & colerent ueluti Osiridẽ dum uiueret, & post obitum simili cerimonia obseruarent. Vt autem maiori beneficio sacerdotes ad hæc sibi promptiores faceret, tertiam eis agrorum partem ad deorum cultum & sacra concessit. Hi tum meritorum Osiridis memores, tum beneficio Isidis allecti, eius mandata perfecêre. Qua ex re etiam nũc sacerdos quilibet testatur penes se Osiridẽ sepultum esse. Animantia quoque à principio ei dicata in honore habent, & cum moriuntur in eorum funere renouant Osiridis luctum. Tauros autem sacros, hunc quidem Apim, alterum Memphim nominatos, sacrificant Osiridi, quos etiam ueluti deos Aegyptij omnes colunt. Hoc enim animal, tritici inuentores multum adiutos se asserũt, & ad serendum, & ad cõmunem agrorum culturam. Iurasse autem Isis dicitur, uiro mortuo, nulli se amplius nupturam. Iusso deinceps regnauit imperio, beneficijs in subditos reliquos omnis

Lygurgus.
Maronea ciuitas.
Macedonia.
Triptolemus.

Ordei potus ab Osiride inuentus.

Osiridis cædes.
Typhon.

Antæi uicus.
Osiridis partes.

Apis bos.
Mephis bos.

excedens. Post obitum uerò, immortalium honores consecuta est, sepultaq; apud Memphim in Vulcani loco, ubi usq; ad hoc tẽpus sepulchrũ eius monstratur. Nonnulli horum deorum corpora, non illic sita arbitrantur, sed in Aethiopiæ, Aegyptíq; montibus, iuxta insulam, quæ Nili portæ, ab agro dris sacro, appellantur. Vestigia huius ostendunt, tum sepulchrum Osiridi cõstructum, atq; à sacerdotibus Aegyptijs in honore habitum, tum urnas trecentas sexaginta, quas quotidiè lacte replent sacerdotes ad id instituti, luctumq; renouant, deos nomine uocantes. Hac de causa insula à transeuntibus aditu prohibetur. Apud Thebaidis uerò, quæ ciuitas antiquissima est, omnium incolas, maximo habetur iusiurandum per Osiridem in nubibus existentem: omnibus Osiridis partibus, ut retuli præter pudenda, sepultis. Ea quippe in fluuium à Typhone quũ nullus ex cædis conscijs illa penes se esse uellet, erant proiecta. Ab Iside postea non minori honore, quam reliquæ partes, fuerunt sepulchro condita. Eius imaginem coli, sacraq; ei ac cerimonias piè ut deo fieri docuit, nomen eius dei præcipuum reddens atq; insigne. Quapropter Graeci quum orgia, sacraq; dionysia ex Aegypto transtulissent, huic quoq; portioni honores impenderunt, eam insacris ac cerimonijs Phalon appellãtes. Ab Osiride uerò atq; Iside, usq; ad Alexandrum Macedonem, qui in Aegypto sui nominis urbem condidit, annis dicunt amplius decẽ milibus: ut uerò quidam asserunt paulo minus tribus ac uigínti milibus extitisse. Qui deum hunc tradunt Thebis Boëtiæ ex Semele & Ioue fuisse genitum, aberrare uidẽtur. Orpheum enim quum ad Aegyptios transisset, percæpissetq; apud eos sacra, & mysteria dionysia (esset autem amicus Thebanis, à quibus plurimo in honore habebatur) rettulisse ad eos tradunt in ipsorum gratiam huius dei originem. Plebem postea, tum ignorantia, tum ut deus in Græcia ortus uideret, libenter ea sacra ac mysteria suscepisse. Orpheum uerò hanc generis, & sacrorum originem, ea coniectura uolunt, ad Græciam transtulisse, quòd Cadmus ex Thebis Aegypti ortus, præter cæteros filios & Semelem suscepit, eam à quopiam corruptam post septimum mensem peperisse infantẽ ferunt, Osiridi simílem, neq; illũ uixisse diutius, siue dijs improbantibus, siue repugnante natura. Quod ægre ferens Cadmus, responso accepto, ut parentum iusta seruaret, infantem deaurauit, illicq; sacra instituit, ut esset argumentum illum ab Osiride natum. Ad Iouem insup genus rettulit, & ut Osiridis factum cohonestaret, & corruptionis infamiam demeret. Id causam præbuit Græcis, ut crederẽt Cadmi Semelem ex Ioue Osiridem peperisse. Orpheum postea, cui magna erat apud Græcos gloria, tum propter cantus suauitatẽ, tum propter sacra, hospitio acceptum à Thebanis ferunt, magnoq; in honore apud eos habitum. Hic quum ab Aegyptijs theologiam percepisset, antiquũ Osiridis genus ad posteriores transtulit. Incq; Thebanorũ gratiam, nouum constituit sacrificiorum ritum, quod fabulis causam præbuit, ut Iouis ac Semeles filius Dionysius putaret. Homines uerò partim insciti, partim Orphei fama

*Isidis sepulchrum.*

*Osiridis Iusiurandũ.*

*Orgia. Phalos.*

*Orpheus. Cadmus Semele.*

*Osiris cur ex Ioue.*

*Orpheus.*

*Dionysius.*



fama & opinione moti, eum ut Græcum libenter susceperunt deum. Postea adhibitis poëtarũ (quas theatra cõprobabant) fabulis, certa est præbita huic generi fides. Dicunt præterea Græcos, ut suos, ac domesticos sibi, uendicare insigniores heroas ac deos. Se eorum insuper colonias asserere ab se missas. Nam Hercules, qui genere Aegyptius fuit, quum sua uirtute perambulasset magnam orbis partem, in Lybia columnam posuit, cuius rei testimonium à Græcis capere nituntur. Quum enim constet omnibus, Herculem adfuisse dijs in bello, quod aduersus gigantes eis gessere, ferunt, nequaquàm gigantes ex terra gigni ea potuisse ætate, qua Græci asserunt Herculem paulò ante bellũ Troianum extitisse, sed potius, ut ipsi dicunt, in primo humani generis ortu. Ab hoc enim plus quàm decem millia ab Aegyptijs numerant anni. A Troiæ uerò tempore, minus quàm mille ducenti. Eodem modo claua, & leonis pellis antiquo Herculi conueniunt, quo tempore nondum erant arma adinuenta, sed fustibus homines iniurias propulsabant, ac ferarum pellibus tegebant pro armis corpora: & hunc quidem Iouis filium, matrem incertam ferunt. Qui autem ex Alcmena genitus est, plus annis mille post extitit. Et ipse Alcæus ab ortu uocatus, cui post Herculis cognomen est inditum. Non quòd propter Iunonem sit gloriam adeptus, sicut Omitres ait, sed quia uirtutem illius prisci imitatus. Conuenit quæ ab his dicũt apud Græcos, fama Herculem orbis monstra perdomuisse, quod illi Herculi tribui nequit, qui ferme coæuus temporibus tenacis fuit. Iam maiori ex parte cultura agrorum, tum urbibus plurimis, tum uerò hominum ubiq; inhabitantiũ multitudine domesticis. Magis igitur ea decent illum Herculem, qui prisca ætate fuit, cum homines infestarentur à beluarum multitudine, in Aegypto præsertim, cuius nunc quoq; regiones desertæ sunt & ferís immanibus plenæ. Huius simile ueri est, ueluti patriæ misertũ Herculem eiusmodi feris occisis, eam reddidisse homínibus colendam, eoq; beneficio cœlestium honore donatum. Ferunt insuper Perseum Aegypto natum, atq; Isidis genus à Græcis ad Argos referri fabulantes, Io in bouem fuisse mutatam. Sed uana est de his dijs opinio. Nam quidam Isidem, alij Cererem, quidam Thesmophoram, alij lunam, nonnulli Iunonem, alij alio nomine appellãt. Osiris uerò tum Serapis dicitur, tum Dionysius, tum Pluto, tum Ammon, tum Iupiter. Alij Pana eundẽ uocant. Multi existimant Serapim esse, quem Græci Plutonem putant. Asserunt autem Aegyptij Isidem plurium inuentricem ad morbos medicamentorum, & medicinæ arti admodum contulisse, quam immortalitate quoq; potitam, gaudere hominum cultu, incq; eorum ualitudine præcipuè uersari. Quinetiam in somnis opitulatur palàm eis quos censuerit dignos: tum ostendẽs suum numen, tum erga beneficentiam egenteis curãdis. Signa horum esse dicunt, nõ Græcas fabellas sed opera certa. Omnis enim ferme orbis hanc deam colit, propter manifestas eius morborũ curas. Et enim insomnis illam dicunt non

*Hercules Aegyptius.*

*Claua Herculis.*

*Arma priscorum.*

*Alcæus Hercules.*

*Perseus Io.*

*Isidis nomina*

*Osiridis nomina.*

*Isis medicinæ augmentatrix & morborum curatrix.*

rectè ualentium auxilia morbis præbere. Et qui eius monitis optemperent, præter opinionem curari: etiam quorum medici salutem desperarint. Visu quoque aut alia quapiam corporis parte debiles, eius deæ numen implorantes, in pristinam ualitudinem restituuntur. Ab ea quoque medelam ad assequendam immortalitatem aiunt esse inuentam. Itaq; Orum filium à Titanis insidijs interfectum, ac per aquam repertum, non solũ in lucem restituit, sed & fecit immortalem. Videtur autem ultimus iste deorum regnasse, post quam pater Osiris fuit ad deos translatus. Orum dicunt Apollinem interpretari, ac medendi, diuinandiq; artem à matre Iside edoctum, multum homínibus, tum oraculis, tum medelis attulisse utilitatis.

*Orus dictus Apollo.*

## AEGYPTIORVM OPINIO DE ANNORVM SVPPVTATIONE.

AEGYPTI sacerdotes à Solis regno, usq; ad Alexandri tempus, quo in Asiam transcendit, annos computant ferè mille & uiginti. Fabulãtur quoq; priscos illos deos regnasse annis amplius mille & ducentis. Posteriores uerò non minus trecentis. Et quũ annorum numerus fide carere uideatur, conantur quidam, quum apud antiquiores nondum solis motus notus esset, ad lunæ cursum annum metiri: ita quum annus triginta dierum conficeretur, haud impossibile fuit, quosdã annos mille ducentos uixisse. Siquidem nunc quum duodecim conficiatur mensibus, plures centesimum excedunt annum. Similiter & de ijs accidit, quos aiunt trecentos regnasse annos. Illi enim tunc mensibus annum conficiebant, secundum tria eius tempora, æstatem uidelicet, uer, ac hyemem, quæ causa fuit ut quidam Græci annos sicut partem eius, uocarent, horas annuas uerò scripturas aduersaria. Scribũt insuper Aegyptij Isidis ætate, uasto fuisse corpore homines, quos Gigantes Græci dixêre, sacerdotes Aegyptij monstra quædam, ab Osiride post modum deuictos. Sunt qui hos existiment è terra genitos, recenti adhuc prima animantium generatione. Alij robore corporis cæteris ualidiores, quum multa præclara ædidissent opera, gigantum nomen casu sortitos affirmant. Multi existimant, quũ Ioui Osiridiq; dijs bellum intulissent, omnes peremptos fuisse, legẽ quoq; Aegyptij, præter communem cæterorum omnium morem, sanxêre fas esse sororem à fratre uxorem capi, exemplo Isidis moti, quæ fratri Osiridi nupsisset, eoq; mortuo, & iurasset illi amplius non nubere, & uiri mortẽ ultra iusto imperio regnasset, plurimũ etiam de genere hominum suis in eos beneficijs merita. His de causis plus honoris ac dignitatis reginæ, quam regi impenditur. In priuatis quoque mulier uiro dominari dicitur, profitentibus in dotis confectione uiris omnibus, esse uxoris arbitrio parendũ. Haud uerò inscius sum, à nonnullis scriptoribus tradi,

*Gigantes.*

*Frater & soror matrimonio copulati.*



tradi, horum deorum sepulchra in Nysa Arabiæ sita, à qua Nyseum Dionysium appellent, esse autem utriq; dicatam columnam, sacris sculptam literis, tradunt, inq; columna Isidis hæc scripta esse: Ego Isis sum Aegypti regina à Mercurio erudita, quæ ego legibus statui nullus soluet. Ego sum mater Osiridis. Ego sum prima frugum inuentrix. Ego sum Orí regis mater. Ego sum in astro Canis refulgens, mihi Bubastya urbs condita est. Gaude gaude Aegypte quæ me nutristi. In columna Osiridis hæc scripta dicũtur: Mihi pater Saturnus deorum omnium iunior, sum uerò Osiris rex qui uniuersum peragrauí orbem, usq; ad desertos Indorum fineis. Ad eos quoq; profectus sum, qui arcto subiacent, usq; ad Histrí fonteis. Et iterum alias quoque orbis adij usq; ad mare Oceanum parteis. Sum Saturní filius antiquior, germẽ expulchro & generoso ortum, cui non semen genus fuit. Neq; ullus est in orbe, ad quem non accesserim, locus: docens omneis ea, quorum inuentor fui. Hæc tantum in columnis legi posse affirmant: alia (quàm plurima sunt) tempore esse corrupta, & de his sanè quæ in sepulchris extant consentiunt ferè omnes. Nã quæ sacerdotes condita in archanis habent, nolunt ut ueritas †ignota fit, ad multos manare pœna ijs adiecta, qui ea in uulgus proderent. Tradũt insuper plureis Aegyptij ab eis colonias per uniuersum orbem deductas: nam in Babyloniam colonos traduxisse Belum Neptuní uolunt, Lybiæq; filium, qui sedem urbi ponè Euphratẽ quum eligisset, sacerdotes †hos Caldæos Babyloníj uocant, more Aegyptiorum instar obseruarent. Physicis etiam astrologiæ qui diti essent, instituit. Ferunt etiam Danaum ex Aegypto profectũ, antiquissima ferè urbium Græciæ Argos condidisse. Chocleorum quoq; gentem, qui in põto sunt, Iudæos insuper, qui Arabiam inter Syriamq; cõsedere ab ipsis testãtur transmigrasse. Quapropter & apud has nationes antiquo more circumciduntur pueri, ab Aegypto ea consuetudine traducta. Quinetiam Athenienses colonos saltarum Aegyptiæ gentis esse, eo asserere argumento nituntur, quòd apud Græcos tantum urbs ἄστυ uocatur ab Aegyptiorum more olim tripartita fuisse asseuerant. Nam primus gradus erat nobilium, qui præ cæteris doctrinæ diti, maiore honore digní habebantur. In ea re sacerdotibus Aegyptijs persimiles. Secundus eorum, quibus agrí erant assignati, ut armis intenti essent, pro primæ defensione, illis pares, qui in Aegypto agros tenentes milites ad bellum subministrabant. Tertius plebis erat atq; opificum, qui artibus mercennarijs intenti, necessarias operas præberent.

*Osiridis & Isidis columnæ.*

*† fortè cognita.*

*† fortè quos.*

*Triplex ciuitatis ordo.*

Ordo ut ab Aegyptijs sumptus.

*Dipetes Mneſtei pater, Atheniẽſiũ rex.*

INVERVNT & Aegyptij quidam Athenienſium duces. Dipetes enim Mneſtei, qui ad Troiam militauit, pater, quum eſſet Aegyptius, poſtmodum Athenienſiũ ciuis & rex factus eſt. Eum duplicis naturæ extitiſſe aiũt: quoniam duplicis politiæ Græcæ ſcilicet & Barbaræ, quarum altera partẽ ferè habet hominis, altera particeps fuerit. Similiter & Erichtheum tradunt Aegyptiũ genere Atheniẽſibus imperaſſe. Cuius rei hæc aſſerunt argumenta. Quum maxima ſiccitas omnem ferè orbẽ præter Aegyptũ peruaſiſſet, ex qua ingens frugũ hominumq; pernities ſecuta eſt, attuliſſe ex Aegypto dicunt Erichtheũ, ppter cognationem Atheniẽſibus frumentũ, obq; id beneficiũ, eis regem conſtitutũ. Qui ſumpto regno, docuit eos cerimonias ac myſteria, Cereris Eleuſinæ ab Aegyptijs translata. Eam quoq; deam hiſtẽporibus coẽuã Athenas frumẽta comportaſſe dicũt, & ſerere denuo triticũ docuiſſe. Aſſentiunt Atheniẽſes regnãte Erichtheo, quũ omnes terræ fructus ſiccitas abſumpſiſſet, Cererẽ præſentẽ, frumento eos iuuiſſe. Sacra inſuper & myſteria eius deæ tunc in Eleuſina ſuſcepta, quæ eadẽ & ponè Aegyptios celebrant. Nam & Eumelpides ab Aegyptijs ſacerdotibus traducti ſunt, & à paſtophoris præcones ſolos ex Græcis Atheniẽſes per Iſidem iurare ac forma moribuſq; Aegyptijs ſimiles: pluraq; alia his ſimilia magis ambitioſè quàm uerè afferunt. Sed de hac colonia ambigitur propter gloriam ciuitatis. Verum plureis colonias affirmant Aegyptij à ſuis maioribus aduaria orbis loca, tum propter amplitudinẽ regũ, tum propter hominũ multitudinẽ traductas, de quibus quũ neq; certis ueſtigijs ſcriptorum teſtimonio conſtet, indignas exiſtimauimus quæ literis mandarentur. Sed hactenus de his, quæ theologi Aegyptij tradũt, nunc de ſitu eius deq; Nilo ac cæteris memoratu dicendum dignis.

*Erichtheus Cereris cultor.*

## AEGYPTI AC NILI DESCRIPTIO.

*Aegypti ſitus.*

AEGYPTVS ferme ad meridiem ſita, tum quia ipſa natura munita eſt, tum regionis amenitate cæteris uidetur regnis excellere. Ab occidente deſertum tutatur, & ſylueſtris Lybiæ pars in longum protenſa, non ſolum aquarũ inopia, ſterilitate rerũ difficili aditu, ſed admodũ piculoſo. A meridie, tum Nili cataractis angitur, tum montibus ei contiguis. A troglodytis, extremisq; Aethiopiæ finibus, ſtadijs quinq; milibus & quingẽtis. Neq; facilè nauibus fluuius eſt puius, neq; adiri itinere terreſtri poteſt, niſi aut à regibus, aut à magno quodã præparato ad uictũ cõmeatu. Ab oriente uerò tum fluuio munita eſt, tum deſerto latiſſimi campi



campi Barathra appellati. Eſt Syriam inter Aegyptũq; palus admodũ profunda, quam Seruoniã dicũt, latitudine omnino anguſta, longitudo ſupra ducenta ſtadia protendit, loci inſcijs, pericula inſperata afferunt. In arcto enim contractam, arenæ cumuli circũſtant, qui notis uentis agitati, in aquã deferunt, adeò arena denſa ut immixta aquæ continẽs uideatur, neq; facilè, terra ſit an aqua, diſcerni queat. Quo fit, ut plures ignota loci natura, neq; uiam edocti, uadum tenentes, cum omni exercitu abſorpti ſint. Nam arenã, quæ eminens ſtare ut continens uidet, ingreſſi, labunt longius, neq; deinde raptis gurgite, regrediendi aut emergendi facultas datur. Limo enim demerſi, nullã ſperãt ſalutẽ, quum eniti, aut uti uiribus nequeant, ſed abſorbeant in pfundum ab arena, aqua circũfuſa, cum ueluti limus neq; uade neq; nauibus ſit puius, quæ res Barathri cognomẽ dedit. Et hæc de tribus, quibus Aegyptus munit partibus dicta. A quarto latere, mare claudit importuoſo, & quod difficilẽ præbeat adeuntibus acceſſum. Nam à Paretonio Lybi Ioppam uſq;, quæ eſt in Syriæ ſinus, ſtadijs uerò quinq; milibus nullus nauigantibus, excepto Pharo tutus eſt portus. Loca ſunt præterea per uniuerſum littus ſtagnantia atq; ignota nautis, quo accidit, ut maris ſe fugere pericula exiſtimãtes, tanquàm in tutum ad littus directis nauibus, de improuiſo in ſtagnis hæreãt, omni euadẽdi ſpe ſublata. Quidã quũ præuidere continentẽ nequeãt, regio enim omnis plana ac depreſſa eſt, hi quidẽ ad ſtagna ac paluſtria loca, hi ad deſerta deferunt. Aegyptus igit his locis reddit tuta. Forma eius ob longa, nam maritima ora duo millia complectit ſtadia. Mediterranea uerò, ſtadia circiter millia ſexaginta. Olim numero hominũ, omnes ferè orbis gentes ſuperauit, neq; nunc quoq; alijs nationibus multitudine cedẽs. Opida inſignia, ciuitatesq; priſcis temporibus ultra decem & octo millia fuiſſe in Aegypto libri ſacri continẽt. Ptolomæi Lagi tempore amplius tria millia, quæ & uſq; ad noſtrã ætatem perdurãt, annumerata ſunt. Vniuerſi populi numerũ fuiſſe antiquitus, ſepties, decies centena milliũ, nunc haud pauciores eſſe ter decies centenis millibus tradunt. Hæc extitit cauſa cur tradantur priores Aegypti reges magnis, mirandisq; operibus ab ſe multitudine hominum conſtructis, immortalia gloriæ eorum monumenta reliquiſſe. Sed de his poſterius ſcribetur diligentius, nunc Nili naturam, regionumq; quas interfluit, ſitum & proprietatem proſequamur. Nilus à meridie ad ſeptentrionem fertur, ortus ex fontibus in extremis Aethiopiæ finibus, ad quam (loca deſerta enim ſunt) propter æſtus intemperiem, nullus additus fuit. Maximum omnium flumen quum peruarias plureisq; feratur regiones, magnos flexus facit, quandoq; ad orientem & Arabiam, quãdoq; ad occidentẽ & Lybiam fluens. Eius decurſus ab Aethiopiæ montibus, uſq; ad mare, ſtadia duodecim ferme millia cum eius flexibus cõplectit. Facit autẽ inſulas in Aethiopia, tum plureis alias, tum maxime unã inſignẽ nomine Meroën, ubi duorum & uiginti ſtadiorum latitudinẽ habet.

*Seruonia palus.*

*Barathrum.*

*Ioppe.*

*Aegypti forma.*

*Ptolemæus Lagus.*

*Nili ortus.*

*Meroë.*

Ab inferioribus uerò locis arctior est, cursu eius in duas parteis diuiso. Harũ unam, quæ in Lybiã defluit, uastæ profundæq; absorbent arenæ. Quæ cõtrà in Arabiam fertur, in paludes ac stagna ingentia, quæ circum uariæ inhabitant gentes flectitur. Aegyptum ingressus, tum decem stadiorum, tum pauciorum, latitudine non recto, cursu uarios flexus agit, & nunc orientem, nunc occidentem uersus, quandoq; in meridiem cõtrario delatus cursu. Sunt montes ab utraq; fluuij parte protensi, conualibus, & angustis præcipitijs interiectis inq; quæ magno impetu lapsus, rursus tanquàm ui repulsus, per campos funditur, ad meridiem spectans usq; ad locum Efficanum nomine, & naturalem deinceps repetit cursum. Tum insignis fluuius solus omnium, absq; fluctibus quietus est, & tranquillus præterquàm quum fertur inter cataractas. Locus est latitudine stadiorum decem accliuis, præceps in angustum, clausus inter conualleis, ubi frequentia saxa, scopulis similia, aquam magna uertigine, mirabiliq; allisam reflectunt, inq; contrarium cursum spumis agunt redundantibus. Quæ res stuporem aspicientibus præbet. Est enim ita uelox hoc in loco, aquæ decursus, ut sagittæ similis uideatur. Quum augetur aquarum incremento Nilus, ideoq; leniore cursu aqua supereminẽte scopulis, quidam per cataractas nauibus uenti contrarij discedunt. Ascendendi nulla est facultas fluminis, omne hominum ingenium superante. Cataractæ plures sunt, sed maxima in Aethiopia atque Aegypti finibus sita. Complectitur fluuius insulas plurimas, sed præcipuam Meroën in qua est urbs insignis insulæ nomine, quam Cambises condidit, à matre eius denominata. Huius insulæ forma scuti persimilis, magnitudine superat cæteras Nili insulas. Patet enim longitudine stadijs tribus milibus latitudine mille. Ciuitates in ea sunt plures, sed cæteris nobilior Meroë, ab cuius uno latere Lybiam uersus, plurimi arenæ cumuli, cum ab altero ad Arabiam positæ præcipitia montis insulam cingũt. Effodiuntur in ea aurum, argentum, æs, ferrum Hebenum insuper fert, lapidumq; multiplex genus. Tot autem Nilus insulas continet, ut ferme sit incredibile. Nam præter eum locum, quem à forma loci appellent Delta, ferunt alias quoque in eo insulas circiter septingentas. Harum quasdam ab Aethiobus incoli, miliumq; in eis seri. Quasdam serpẽtibus ac cynocephalis uarijsq; feris syluestribus infestas. ac propter ea accessu difficiles. Nilus in Aegypto in plureis scissus parteis, eam formam, quam Delta dicunt, effecit. Profundiorem fluuium reddit maris ingressus, septem ostijs in pelagus delatum. Horũ primum ad orientem uergit, quod pelusium uocant, secundum Paniticũ: Deinde tertiũ Mendesiũ uocant, Phæniticũ, Sebenniticũ Bolbitinũ: ultimũ Canopicũ, à nõnullis Herculẽ nominatũ. Sunt & alia ostia manufacta, minimè prætereũdi. In eorũ quodlibet urbs sita est, diuisa flumine põtibus, abutraq; parte exitus & custodijs munita. Ab ostio Pelusiaco fossa est opere sumptuoso ad Arabicũ sinum ac Rubrũ mare ducta. Hãc primũ à Nechao sammatichi filio

*Nili cataractæ*

*Delta.*

*Nili ostia.*

*Fossa in ostio Pelusiaco sumptuosa.*



filio agi ceptam Darius Persarum rex perficere aggressus, imperfectam reliquit: admonitus à quibusdam, si locus interiacens effoderetur, fore, uti Aegyptus omnis, quum mari rubro esset depressior, ab aquis mergeretur. Secundus postmodum Ptolemæus, illam perfecit opportuniori loco fossam, summa arte efficiens. Huc quum nauigare cuperet, aperiebat eam, rursus quum usus esset, claudens flumen quod in fossam defluit, à nomine autoris Ptolomæum uocant. In exitu ciuitas condita est Arsinoë appellata. Ea quam Delta diximus, similis Siciliæ formæ, ab utroq; latere cõtinet stadia septingenta & quinquaginta. Quæ uerò est mari propinqua, stadia mille trecenta. Ipsa insula pluribus fossis manufactis diuisa. Agros habet fertilissimos Aegypti, circundata enim flumine atq; irrigua, tum fluuij incremento, magnam uim limi effundentis, tum cura incolarum, terram omnem quadam machina, ab Archimede Siracusio adinuenta, quam à figura cochleam dixêre, irrigantiũ multiplici fructu copiosa est. Nilus etiam leniter fluens quum multam, uariamq; terram secum ferat quibusdam in locis humilibus, paulum stagnans regionem fructiferam fertilemq; effecit. Radices in ea multifariam nascuntur, gustu uariæ, fructuum & olerum natura, quæ multum, tum egenis conferunt, tum infirmis ad ualitudinem, non solum uerò cibos uarios affatim præbet ad saturitatem egentibus, sed alijs quoque necessarijs ad uitam rebus non parum confert adiumenti. Lotum præterea fert plurimum ex quo panem conficiunt, ad uictus ægestatem, ciborũ insuper abundantius fert, quod appellant Aegyptiam fabam. Sunt & arborum plura, uariaq; genera, quarum quædam Perseæ dicunt, cibus dulcedine præstans, à Persis ex Aethiopia allatus, quo tempore Cambises ea loca subegit. Sycomorum uerò, aliæ morum ferunt, aliæ fructum ficubus similem, quem cum toto ferme anno præbeant, non paruí adiumenti uulgò esurientibus præstant. Vata quæ Inxiaria dicunt, circa Nili ostia nascuntur, quæ quoniam suauia sunt, gustu tragematis præbentur loco. Conficiunt quoque ex hordeo poculi genus, Citon nomine, haud multò inferius sapore uini. Vtuntur etiam pro oleo, ad lucernarum usum liquore expresso ex planta, quam Cicam uocãt. Plura insuper fert alia Aegyptus uictui hominum utilia, quàm singulatim prosequi longum esset. Bestias Nilus quam plureis nutrit, forma dissimili ac natura, sed duo præcipua, quæ admodum inter se differunt, Crocodilum & equum. Horum Crocodilus ex minimo, in immensum animal euadit. Nam quum oua eius anserinis similia existant, ex his genitus pullus, ad sexdecim cubitorum magnitudine excrescit, longitudine uitæ hominis ferme est, lingua caret, corpus mirabile natura munitũ. Nã dorsum eius uniuersum, squamosum est, duritiæ præcipuæ: ex utroq; orbis latere denteis habet pplureis, in quis duo maxime eminent. Nõ solũ homines comedit, sed & cætera terrestria animãtia, flumini appropinquãtia, unguibus grauiter discerpit. Mos su est aspero, teterroq;, ut quod dentibus

*Arsinoë.*

*Nili fœcũditas*

*Lotus.*

*Faba Aegyptia.*

*Citon.*

*Cica.*

*Crocodili natura.*

dentibus iaceret, nunquàm sanetur. Capiebatur priscis temporibus hamis, recenti carne apposita, nunc quãdoq; rete ualido, prout & quidam pisces, quandoq; instrumento ferreo ex cimba ad caput iniecto. Eorũ ingens est multitudo in flumine & stagnis propinquius, tum quia fœcunditate excedit, singulis enim parit annis, tum quia prarò capiatur. Nam & à quibusdam accolarum, ut deus ueneratur, & externis est inutilis labor, ob carnes esui malas. At illorum fœcunditati natura salubri remedio obstitit. Animal canículo persimile, Ichneumon, nam iuxta flumẽ bellua parit, oua inquiriẽs conterit. Quodq; dictu mirabile est, nec oua comedens, neq; illa sua utilitate, sed natura duce, ad necessariam quandam mortalium comoditatem. Equi uerò, quem uocãt, magnitudo haud minor cubitis quinq; quatuor pedibus ungula more bouis fixa. Dentes ex utroque latere treis habet, ultra reliquas feras eminentiores, Aures, caudam, uocem, equis simílem: reliquũ corpus haud dissimile elephanto. Pellis est ultra cæteras beluas durissima. Aquatilis ac terrestris bestia, die quidem in imis aquis latet, noctu in terram egressus, tum frumenta depascitur, fœnum, destruẽs passim propinquas agrorum messeis. Fœcundissimum prole animal, ut quod singulis annis parturiat. Capitur arte quadam hominum illos telis appetentium. Quũ enim apparent, circunstant undiq; homines, uulnerantq; telorum quæ alligant funibus, iactu, laxántque quoad exanguis factus capiatur. Carnibus est durissimis, & ad digerendum difficillimis. Interiora singula inutilia ad uescendum. Præter has beluas, uarium, ac multiplex piscium genus, Nilus affatim præbet, usui, non solum eius regionis incolis, sed externis quoque, ad quos sallití deferuntur, utilitate, comodisq; cæteros orbis fluuios excellit. Incrementum eius à solstitio incipiens æstiuo, usq; ad æquinoctium, semperq; nouum limum secum quærens. Rigat tum cultas regiones, tum incultas, quanto tempore uelint agricolæ. Aqua enim leniter fluente, facilè eam paruis aggeribus arcent, inducũtq; pro commodo terræ. Tantam uerò fertilitatem infert, & agri colendi facilitatem, ut quum seuerint, aut oues introducant in campos ad conculcanda iacta semina, aut aratro lcui terram subducant, neq; nisi quatuor aut quinque exactis mensibus, ad messem redeuntes, breui tempore, uberrimos fructus, absque ulla impensa aut damno reportent. Alibí agricultura magno labore exercetur ac sumptu. Solí, Aegyptij, minima impensa, labore tenui, fruges fertileis afferunt. Vineæ quoque eodem rigatæ modo, uino abundant. Terra inculta, pecori ad pastum relicta, adeò exuberat herbis, ut oues bis anno pariant bisq; præbeant lanam. Incrementum Nilí aspicientibus uidetur admirabile, incredibile audientibus. Solus enim inter reliqua flumina adeò æstate crescit, cum decrescant cætera, ut totam inundet Aegyptum: hyeme minuitur, quum reliqua augeantur. Est Aegyptus plana & campestris. Quũq; urbes, uici, agricolarum mapalia aggeribus munita, aquæ inundationẽ deuitent, tanquàm cyclades

*Ichneumon. Nili equus.*

*Oues fecundæ Nili incrementum.*



clades apparent aspiciẽtibus. Terrestres belluæ omnes quæ in campis remanent, suffocantur aqua, quæ euadunt, ad altiora confugiunt loca. Pecora inundationis tempore, in stabulis recluſa, nutriuntur à colonis, ad id antea præparato pasto. Vulgus remissis operibus rusticis, ociosum epulis indulget ac uoluptati. Quoniam plurima cura, molestiaq;, urgebat accolas Nilí inundatio, excogitata est in Memphi quædam incrementi & mensurandí à regibus obseruatio. Itaq; quibus id negocij demandatum erat, per epistolas urbibus, uicisq; significabãt, quot cubitis, quot ũe digitis fluuius auctus esset, & simul quo tempore cæpisset decrescere, quomodo uacuus reddebatur ea solicitudine populus, incrementi magnitudine decrementoq; notis. Vbertatem futuram è uestigio ab inundationis modo notatis, prioribus temporibus noscebant. Occulta inundationis huiusmodí causa, multos dubitare, tum philosophos, tum historicos, ac uaria sentire compulit. De qua repaucis differemus, ut neq; modum excedat historia, neq; ab omnibus adeò quæsita agitataq; res relinquatur intacta.

*Modus Aegyptiorũ uiuendi tempore Nili inundationis.*

## DE NILI FONTIBVS, AC EIVSDEM CAVSA INVNDATIONIS IVXTA VARIAM SCRIPTORVM OPINIONEM.

DE Nilí incremẽto, de eius fontibus, de ostijs, quibus descendit in mare, deq; rebus alijs, quibus maximus omniũ quæ in orbe sunt à cæterís differat, quidam scriptorũ nihil ausi sunt tradere, licet quandoq; etiã de paruis torrentibus conscripsissent. Alij causas reddere conati procul à uerò senserunt. Nam qui Ellanici, Cadmíq; & Ecati ætate fuerunt, omnesq; prisci illi scriptores ad fabulas declinarunt. Herodotus, qui multarũ cõscripsit historiam rerum causam reddere uolens, sibí ipsi repugnat. Xenophon, Thucydides, quorũ historiæ ueritas cõprobatur Aegypti loca minimè attigerunt. Eos autem qui circa Ephorum ac Theopompum extitêre præcæteris hæc scrutatos deseruit ueritas. Aberrarunt uerò omnes non negligentia, sed regionum situs ignorantia: nam priscis usque Ptolemæi Philadelphum temporibus, nullí Græcorum, nedum in Aethiopíam, sed ne Aegypti quidem mõtes, ita difficiles aditus periculosíq; admodũ ad Aethiopiã erant transcenderũt. Ptolemæus primus omniũ cum Græcorũ exercitu Aethiopiã ingressus, diligẽter de situ earũ partiũ scrutatus est. Itaq; locorũ insciti a errãdi materiẽ, priscis scriptoribus præbuit. Nilí fontes, locaq; ex quibus fluit, nullus ad hoc tẽpus scriptor neq; uidisse se dicit, neq; audisse ab alijs, qui se affererent aspexisse, ex quo res ad opiniones & coniecturas peruenit. Aegyptij sacerdotes ab Oceano qui orbem circuit Nilũ habere principiũ ferunt, nil afferẽtes certi, secundũ certa incertioribus soluẽtes. Rationes uerò reddunt in eodẽ fidẽ, quàm plurima indigeant fide. Troglodytæ, qui propter æstum

*Herodotus arguitur.*

*Situs ignorantia.*

*Multi philosophi insimulantur.*

*Nili ortus.*

*Troglodytæ.*

Volgij. æstum loca incolunt eminentiora, Volgios uulgus appellat, aiunt loca aquosa esse, è quibus coniiciunt propter plurimos eius regionis fontes in unum confluentes, Nilum effici. Meroëm uerò insulam habitantibus, quorum opinio quum sint eis locis propinquiores ueri similior deberet uideri, adeò Nili ortus ἄσοπος est incertus, ut ipsum ἄσοπον, id est ortam ex tenebris aquam uocent. Ita Nilū ab locorum inscitia cognominarunt. Nobis autem propius uero esse uideť, quod procul ab omni figmento est alienum. Haud uerò ignoramus Herodotum, qui Lybiam, quæ ad orientem, quæ ûe ad occidentem uergit interfluere Nilum scribit, arbitrari eos quos Nasamonos dicunt diligētius Nili ortum scrutantes, ideoq; tradere, ex stagno quodam oriri perq; Aethiopiā ferri. Verum neq; id Lybijs, quamuis uerum sequi uideantur, neq; scriptori incerta asserenti, fides est adhibenda. Sed quoniam iam satis de fontibus, cursuq; Nili scripsimus, deinceps causas incrementi discutiemus. Thales, qui sapiens inter septem est annumeratus, tradit spirantibus Etesijs Nili cursum à mare reprimi, eoq; aquis excrescentibus Aegypti, quæ plana est & humilis regio, inundationem sequi. Quæ ratio quamuis nō nihil uideat afferre, tamen facilè argui ut falsa potest. Nam si id uerum esset, fluuij omnes flantibus Etesijs, simili augerentur incremento. Quod quia minimè accidit, in reliquis orbis partibus, alia causa uerior quærenda est. Anaxagoras Physicus, incrementi causam dixit esse niuem in Aethiopia liquefactā. Quod & eius discipulus Euripides uidetur sentire, scribens Nilum excrescere, quum Aegypti liquescāt niues. Quæ ratio facilimè potest refelli, quum palàm sit omnibus propter caloris intemperiem, aut in Aethiopia niuem non esse, aut in eis locis præsertim circa Nili decursum, gelu aut omnino hyemem uigere. Quod si quis in Aethiopia esse niuium copiam concedat, tamen conuincitur falsam eam causam uideri. Nam flumen omne niuibus excrescens, auram frigidā aëremq; crassum reddit. At solus omnium Nilus, neq; nebulas, neq; auram frigidam gignit. Herodotus Nilum ait ipsa natura esse talem, qualis sit incrementi tempore. Hyeme uerò solem Lybiam delatum attrahere ad se humorē, ob eamq; rem præter naturam eo tempore flumen decrescere æstate uerò abscedēte uersus † arctum sole, quum Græciæ, cum similium locorum fluuios arescere minuiq;. Nō esse igitur quod de Nilo fertur admirandum, si æstiuo crescit tempore, diminuitur hyeme. Verum si hoc Nilo accidat, solis æstu hyeme humiditas attrahatur, & in reliquis quoq; Lybiæ fluuijs id contingere necesse esset, ut hyeme arefacto humore diminuantur. Quod quum procul uerò sit, certè scriptoris error palàm deprenditur. Et enim Græciæ, non quia sol longius absit augentur hyeme flumina, sed propter pluuias frequenteis. Democritus Abderites non Meridionali niue aquarum augmentum fieri dicit, sicut Euripides, Anaxagorasq; sensêre, sed septentrionali. Niuium enim coaceruatam magnitudinem, in boreæ regionibus, ait brumæ cōgelatam tempore, æstate liquescere. Ideoq; eleuatis sursum uaporibus, multas, densasq; nebulas circa montana

Thales, Anaxagoras & Euripides errasse uidentur.

† fortè Arctū.

Democritus.





tana tolli cacumina, quæ ab Etesijs ad altissimos, quales in Aethiopia sunt monteis, delatæ, deinde in pluuiam uersæ, magnos efficiant imbreis, quibus Etesiarum tempore Nilus augeatur. Hæc opinio facilè reijci potest, si quo tempore flant etesiæ perpendas. Incipit enim crescere Nilus solstitio æstiuo, nondum flantibus etesijs. Cessat autem æquinoctio autumnali, iam olim his uentis quiescentibus. Quando igitur ratio opinionem superat, laudandum est ingenium scribentis, sed haud quaquàm adhibenda fides. Præterea quod palàm est, non magis ab Arcto flare etesias, quàm ab Hespero. Non enim boreas, haud septentrionales uenti, sed qui ab æstiuo occidente flant, Etesiæ uocantur. Dicere autem hoc maximè circa Aethiopiæ monteis contingere, non solum improbandum est, sed etiam non credendum. Ephorus recentiorē cautam persuadere conatur, plurimum tamen à ueritate remotam. Ait enim Aegypti terram omnem, Nili inundatione exaggeratam, raram aridamq; natura esse: in qua terræ hiatus, maximis, diuersisq; in locis existāt. Ideoq; hyeme humiditatem omnem attrahere, atq; in se continere, quàm æstate, ueluti sudorem quendam quo flumen augetur, emittat. Sed hic auctor non solum uidetur Aegypti loca, naturamq; nescisse, sed ne eos audisse quidem, qui scirent. Nam si ex ipsa Aegypto Nilus incrementum susciperet, nequaquàm in superioribus inūdaret, per saxa & dura loca fluens. Sed amplius sex millibus ex Aethiopia delatus eōdem est, quo antequàm Aegyptum ingrediatur, incremento. Præterea si Nili cursus humilior esset, raritate terræ à flumine insuductæ, impossibile uideretur, ut hiatus, qui in superficie forent tantam aquarū uim absorbere potuisse. Item si Nili decursus humilior terra superinducta foret, superiores terræ hiatus esse contingeret, à quibus impossibile fieret tantum aquæ manare. Si uerò superiorem tenet fluuius locum, haud est possibile, ex locis depressioribus, concauisq; sursum ferri aquarum cursum. Quis unquàm crederet fieri posse humores, qui ex raritate terræ affluerent, tantū incrementum flumini adituros, ut uniuersa ferme Aegyptus inundaretur? Prætereo hanc rationem in raritate terræ exaggeratæ, tantum aquæ contineri, mendacem deprehendi palàm possem. Meander quippe fluuius plurimum terræ attulit Asiæ regionibus per quas fluit, in quo nil simile Nili incremento conspicitur. Simili modo & in Acarnania Etholus Cephisus in Boetia à Phoceis descendēs, non parum eius oris terræ superaddidere, quæ coli posset. Ex quibus manifestè deprehenditur scribentis error. Itaq; nullus ab eo ueritatem exquirat, uidens eum in paucis uera sensisse. Quidā in Memphi philosophantes, rationem huius incrementi reddere conati sunt, magis quæ nō reprehendi, quā quæ probari posset. Nam orbem in parteis treis diuidentes, unam esse aiunt, quam nos incolamus: Alteram huic econtrario sitam: Tertiam in Thebas, inhabitabilē, solis calore adustam. Si ergo Nilus hyeme crescret certè à nostra zona ortum haberet, quum eo tēpore apud nos pluat maximè.

Nili incrementum.

Etesiæ.

Meander.

Verum cum æstate augeatur, uidetur simile ueri in zona nobis opposita hyemem esse, eoq; ingentem aquarum uim eo tempore manantē incremento causam præbere. Hac re nulli ad fontes Nili accessus patere tradunt: quoniam in ex opposita zona ortus per inhabitabilē fluat. Cuius rei testis sit aquarum Nili præcipua dulcedo, cum per loca sole adusta decurrat, quod causam præbet ut dulcedine cætera exuperet flumina, tanquàm caloris natura eum saporem flumini præstante. Sed huius sentētiæ depulsio in promptu est. Impossibile enim uidet̄ ex opposito nobis orbe flumen, si quid terra rotunda existat, ad nos sursum ferri. Si quis uerò conetur suis argumentis ueritatē euertere, natura ipsa rerum repugnat. Verum illi, quo recta sensisse uiderentur, loca deserta incultaq; interposuêre, ne eorum sententia manifesto argumento impugnaretur. Sed æquum est, qui aliquid pro comperto affirmant, aut certum suæ sententiæ afferre testem, aut eam ex concessis principijs probare. Nā quomodo inter omneis fluuios, Nilus ex illo orbe ad nos solus fertur, & reliqua quoque flumina, quemadmodū in hoc orbe contigit, ab eo effluere meritò deberēt. Dulcedinis uerò fluuij causa quam afferūt ratione penitus caret. Si enim caloris æstu decoctus fluuius, dulcedinem sortiretur, nequaquàm gigneret animantia, neq; uarias piscium aut ferarum species contineret. Aqua enim omnis à natura ignis alienata, nequaquàm generat. Cum autem Nili natura omnino huic contraria existat, existimandum est eas incrementi causas nequaquàm ueras esse. Inopides Chius tradit æstate aquas infra terram esse frigidas, calidas hyeme. Hoc in puteis ꝓfundis planum ostendi, quorum aqua maximis caloribus admodum frigida sit: ingenti frigore calida. Et Nilo igitur meritò accidere, ut hyeme paruus, cōpressusq;, propter terræ caliditatem consumptam, cum Aegyptus pluuia humiditate existat. Aestate uerò cum Aegyptus pluuia careat, terra minimè aquam absorbente flumen nullo impedimento augeri. Huic quoq; respondendū est plureis Lybiæ fluuios ostijs, & cursus Nilo simileis, dissimili esse argumēto: quum hyeme impleantur, qui æstate sint exiliores. Ex quo arguitur, non rectè sensisse auctorem. Agathargines Gnidius propius ueritatem accessit. At enim singulis annis, per Aethiopiæ monteis continuos, ab æstiuali solstitio, usq; ad æquinoctium autumnale imbreis fieri: haud mirum igitur Nilum hyeme compressum secundum naturam ijs aquis fluere, quas fontes subministrēt: æstate uerò propter imbreis incrementum capere. Licet autē hucusq; certam huius incrementi rationem reddiderit, non tamen nostra opinio contemnenda est. Multa enim præter naturam fieri uidētur, quorum causas difficilè est ad unguem noscere. Nonnulla huic rei sunt argumento, quæ in aliquibus Asiæ locis fiunt. Montes enim Scythiæ, Caucaso contiguos, annis singulis, iam exacta hyeme, immensæ niues, continuis pluribus ue diebus opplēt. In oris Indiæ, quæ ad septentrionem uergunt, certis temporibus plurimæ grandines incredibili

*Aqua in æstate in locis ꝓfundis inclusa frigida est: in hyeme uerò calida.*



incredibili magnitudine descendunt. Apud Idaspem fluuiū æstatis initio, continui imbres pluunt. In Athiopia uerò post dies aliquot idem contingit. Non ergo procul à uerò esse dixerim ex Aethiopiæ montibus, quæ in Aegypto adiacet, continuos imbreis incremētum fluuio præbere præsertim cum etiam Barbari ea incolentes loca, huic rei testimonium ferant. Si autem quæ de Nilo feruntur contrariam habent ijs, quæ apud nos esse dicuntur, naturam, non tamen propter ea fides rebus detrahenda est. Et enim Notum apud nos pluuias afferre uidemus, Aethiopibus serenitatem. Et uentos quoque boreæ in Europa esse uehementes: in illius uerò regionibus remissos. Et de Nili inundatione, ne modum excedamus, hactenus. Quoniam hunc librum in duos, ne modum transgrederemur partiti sumus, absoluto priori, secundus nobis ordinandus est. In quo de antiquis Aegypti regibus, déque ijs quæ priscis temporibus acta sunt, disseremus.

Finit liber primus.

Incipit liber secundus in quo hæc continentur.

Gesta regum Aegypti usque ad Amasium regem.

De sepulchris pyràmidibusq; Aegypti, quæ inter septem miracula annumerantur, & eorum conditoribus.

De legibus ac iudicijs Aegyptiorum.

De animalibus dijs apud Aegyptios sacris, eorumq; cultu.

De moribus quos in sepeliendis mortuis seruant.

De Græcis excellentibus doctrina uiris, qui eruditionis gratia in Aegyptum profecti sunt.

# DIODORI SICVLI
## A POGO FLORENTINO IN LATINVM TRADVCTVS, DE ANTIQVORVM GESTIS FABVLOSIS, LIBER SECVNDVS.

QVVM PRIMVS LIBER PROPTER ipsius magnitudinem in duos sit libros diuisus, prior totius operis proœmium continet, & quæ de mundi creatione, deq; prima omnium origine ac de dijs, quas ue sui nominis in Aegypto condidisse urbeis Aegyptij tradant, primum insuper hominum ortum & eorum priorem uitam. Propterea honores immortalium & temporum ædificationem. Tum describit Aegypti situs, & quæ de Nilo præter opinionem feruntur, ciusq; inundatione, quid ue de ea, tum historia, tum philosophi sentiant, & in ea re scriptorum dissensio. Hic autem liber, continuato superioribus scribendi genere, priscorum Aegypti regum ad Amasum usq; regem gesta continens, à primæua Aegyptiorũ uita initium sumet. Priscis uictum Aegyptijs, herbas ac palustreis caules, radicesq; quas gustu experti cõprobassent, fuisse tradunt: eaq; quam Agrisim dicunt, herba, tum præcipua dulcedine, tum hominibus aciumentis utilis in primis usus. Eius utilitatis memores ad hocusq; tempus uiri, hac manibus decerpta, deos ornat, existimantes hominem limosum ac palustre, animal esse, sumpta cõiectura, tum ab eius humili, naturaliq; ortu, tum quia magis humidis, quàm siccis egeat cibis. Pisces deinde secundũ cibum Aegyptijs fuisse tradunt, Nilo eorũ copiam, præsertim cum decrescens in alueum redit, ferente. Pecorum quoq; carnibus uescẽtes quidam eorum pellibus prouestiebantur. Domos ex arundinibus conficiebant, cuius rei uestigia penes Aegyptios pastores permansêre. Hucusq; nulla alia, nisi ex calamis facta habitacula probant. Hac uita plurimo tempore exacta, postmodũ alijs fructibus, in quis panis erat exloto factus uesci cæperunt. Horum inuentionẽ quidam ad Isidem, quidam ad antiquiorẽ nomine Menam referunt Aegypti regem. At uerò sacerdotes, disciplinarum, artiumq; repertorem Mercurium fuisse tradunt. Eorũ uerò quæ ad uitam spectant, reges. Qua propter † antiquius non ad principantiũ progeniem ferebantur regna, sed ad eos, qui plurimũ de hominum uita meriti uiderẽtur, siue ob cõmunem utilitatem creante sibi reges populo, siue ita in libris sacris contineretur. Eorum nõnulli fabulantur deos primum & heroas in Aegypto paulò minus decem & octo milia regnasse annos. Deorumq; postremum Orum Isidis regno potitum, homines uerò paulò

*Aegyptorum uictus.* *Agrisis.* *Domus Aegypti.* *Menas rex Aegypti.* *Mercurij inuenta.* *† fortè antiquitus.* *Orus rex.*



paulò minus annorum quindena millia usq; ad centesimam atq; octogesimã Olympiadem, quo tempore in Aegyptum transcẽdimus, regnante Ptolemæo, qui nonus est Dionysius appellatus. Aegypti maiorem partem, tenuêre reges indigetes, pauca Aethiopes, Persæq; ac Macedones. Aethiopes quatuor, non continuis, sed diuersis temporibus, regnarũt, annis ferme sex & triginta. Persæ duce Cambysæ rege, qui Aegyptum armis subægit annis centum triginta quinq;, quorum insolentiam crudelitatemq; atq; in deos patrios impietatem damnãtes, Aegyptij ab eis postmodum desciuêre. Postremi Macedones, & qui ab eis manarũt, annis ducentis septuaginta sex Aegyptijs imperarunt. Præter hos temporibus reliquis, Aegyptij omnes regnum tenuêre, uiri quidem quadringenti septuaginta, mulieres quinq;. Quæ omnia sacrorum librorum monumentis sacerdotes à priscis illis temporibus scripta posteris reliquerunt, cuiuslibet regum, magnitudinem, naturam, mores, ætatem, gesta, scriptis mandãtes. Nos autẽ, quũ de uno quoq; singulatim tradere longum nimis, superfluumq; esset, ijs quæ digna memoria uidebũtur contenti historiam contexemus. Primum post deos in Aegypto regnasse ferunt Menã, qui populos colere deos, sacraq; his facere, mẽsas insuper & lectos sternere docuit, delitijs assuefaciens, & cultiori uitæ. Qua ex re multo pòst tempore, Gnefactum, Vecchoridis sapientis patrem, dicunt in Arabiam cum exercitu profectum, commeatu in locis desertis atque asperis deficiente, coactum esse cibum uilem abidiotis, qui fortè occurrebant sumere. Quo lætatum, cum præter modum suauis uisus esset, despexisse aiunt, atque abhominatum esse, qui primus regum sumptuosiori cibo esset usus. Adeò autem sibi, tum cibus, tum potus, tum lectus humilis cordi fuit, ut hoc in libris sacris inscribi impetrarint, ac Thebis in templo Iouis poni. Eam causam ferunt, quur nulla Menæ gloria, aut honor, ad posteros manarit. Huius regis deinceps, pgenies, regnum tenuit, quinquaginta duo reges, annis mille & quadraginta, à quibus nil memoria dignum prodijt. Busiris deinde, octoq; ab eo posteri regnarunt, quorũ ultimus Busiris quoq; nomine ciuitatẽ cõdidit magnã, Solis urbem ab Aegyptijs, à Græcis uerò Thebas appellatam, cuius mœnia centũ quadraginta fint stadia ambitu complexa. Eam magnis ædificijs ac speciosis deorũ templis, alijsq; ornamẽtis pulcherrimis exornauit. Simili modo & priuatorum domus, usque ad quartam aut quintam cognationem construxit. Ciuitatem insuper omnem, omnium, non Aegypti solum, sed aliarum orbis omnium reddidit fælicissimam. Huius urbis propter eius potentiam, excellentiamq; ubiq; diffusam & poëta meminit, inquiens, Aegypti Thebas ornata ædificijs, in qua centum sunt portæ, inq; earum qualibet, custodes ducentos excellere equis & curribus. Quidam asserunt non centum portas fuisse ciuitatis, sed plureis, egregiasq; templorum portas, à quibus centum fit, tanquàm plurimarum portarum dicta. Ex ea uiginti millia curruum ad bel-

*Cambyses.* *Menas post deos Aegyptijs primus imperauit.* *Deorũ cultus.* *Gnefactus.* *Solis urbs alio nomine Thebæ.*

lum prodire, receptacula quoque equorum, centum, quorum singula supra ducentos equos caperent. Iuxta flumen inter Memphim ac Thebas Lybiam uersus fuisse aiunt, eorumq; etiam nunc uestigia monstrari. Non solum uerò hunc regem, sed & qui post eum regnarunt, multa accepimus ad huius ciuitatis amplitudinem atque ornamenta contulisse. Donis præterea decorasse pluribus, aureis, argenteis, eburneis, statuis insuper colossorum instar, atque obeliscis, ex unico lapide factis, ut planè constet nullam sub sole urbem ita tuisse exornatam. Ex quatuor enim templis pulchritudine, magnitudinéque admirabile constructis, unum erat antiquissimum, cuius circuitus stadijs tredecim pateat. Altitudo cubitis quinque & quadraginta, muri latitudo sit pedum quatuor & uiginti. Respondere huius templi magnificentiæ aiunt, ornamentorum cultum: quamuis magna impensa sit & mirando opere constructum. Ea structura usque ad posteriora permansit tempora. Aurum uerò, argentum, ebur, & lapidum sumptus atque ornatus à Persis ablata, quo tempore Cambyses Aegyptiorum templa combussit. Transtulisse quoque in Asiam ab Aegypto ferunt, non solum ornamenta rerum plurima, sed & artifices quorum opera regiæ insignes, tum in Persepoli, tum in Susis, tum in Medis sint cõstructæ. Tantam pecuniarum copiam in Aegypto fuisse tradunt, ut ex incendijs quæ omnia absumpsere, inter cætera paruum licet quid auri quod tamen ultra trecenta talenta sit pensum affluxerit: argẽti uerò duo millia & trecenta. Sepulchra quoque regum priscorum, mirabili opere, & quæ minimè æquari à posteris possent, fuisse aiunt. Referunt sacerdotes septem & quadraginta sepulchra regia, quorum usque ad Ptolemæum Lagum decem & septem tantum supererant, in eorum libris scripta contineri, & eorum etiam plurima quo tempore ad ea loca accessimus, absumpta erant, Olympiade centesima atque octogesima. Non solum uerò ab Aegyptijs sacerdotibus hæc traduntur, sed Græci quoque plures, & in his Hecatheus qui Ptolemæi Lagi tempore Thebas profecti historias Aegyptias scripsere nobiscum sentiunt: de prioribus enim regum sepulchris, in quibus † traditur Iouis pellices fuisse conditas, recensens singula, regis monumentum qui Simandius dictus est, fuisse tradit stadiorum decem. Cuius aditu porta erat uario lapide constructa, & huius longitudinem, duorum iugerum, altitudinem quinque & quadraginta cubitorum, fuisse ait. Post hanc ingredientibus aderat lapidcum peristylum quadratum, cuius singula latera iugera quatuor complecterentur. In eo pro columnis animalia erant sita, ex unico lapide decem & sex cubitorum, ad antiquam formam fabricata. Textura omnis superior tecti confecta ex lapidibus duorum passuum latitudine, uarijsq; stellis ceruleis ornata. Ex hoc deinceps alter erat aditus & in eo porta priori similis, sed sculptura uberiori. In ingressu statuæ tres positæ erant ingentes unici lapidis Memnonis opus. Harum una sedens, cuius pedis mensura septem excedebat cubitos,

*Templum mirabile.*

*Cambyses templorum Aegyptiorũ incẽsor & spoliator*

*Hecatheus.*

*† fortè traditur Simãdius rex.*



cubitos, cæteras Aegypti statuas magnitudine superabat. Duæ præterea usque ad genu, altera à dextris, altera à sinistris filiæ & matri minores positæ. Hoc opus non solum magnitudine conspicuum, sed arte mirabili, & lapidum natura excellens fuit: cum in tanta mole neq; fissura quæpiam, neq; macula inesset. Scriptum erat in eo, rex regum Simandius sum. Si quis qualis fuerim, & ubi iaceam nosse uelit, meorũ aliquid operum exuperet. Esse quoq; & aliud signum matris ferunt, unico lapide cubitorum uiginti, habens supra caput regias treis, quæ ostenderent filiam, uxorem q; se & regis matrem fuisse. Post hanc portam & aliud erat peristylũ, nobilius superiore, sculpturis uarijs, in quis bellum erat contra Bactrianos, quibus regis filij imperabãt, desciscentes, ab eo gestum. Hos aduersus quadringentis millibus peditum, equitũ uiginti, in quatuor partes diuiso exercitu quum profectus esset, prima muri pars, obsidionem urbis sculptam continebat, ab ea parte qua fluuius muros abluit. Rege deinde cum parte hostium congresso, leo unà cum eo inita pugna, hosteis in fugã cõuerterat. Scriptores quidam ueram historiã fuisse, leonisq; opera domi enutriti, regem in pugna uti solitum ad uictoriam ferunt. Alij ob fortitudinẽ corporis præcipuã leonis similitudine, corporis, animiq; uires ipsum ostendere uoluisse. Secundus paries sculptus erat captiuis, absq; pudendis, manibusq; à rege ductis, quæ nota erat illos esse animo uileis, & corpore imbecilleis. Tertiũ latus sculpturis uarijs, picturisq; decoris, regis sacrificia, triumphumq; deuictis hostibus continebat. In medio peristyli latere, statuæ iacebant duæ ingentes, ex unico lapide cubitorum septem & uiginti, ad quas treis ex peristylo aditus patebant. Has propè domus erat columnis suspensa: cuius latus quodlibet duo iugera complectebatur. In ea statuæ ligneæ positæ, haud paruo numero representantes, tum eos, qui de re dubia disceptarent, tum respiciente eos, qui in iudicijs sententias ferrent. Hi ab una muri parte sculpti triginta numero erant, & in medio iudicandi princeps, cuius à collo suspensa ueritas penderet: & oculis esset subclausis, librorum cumulo circunstante. Hæ imagines præ se ferebant, iudices integros esse debere, prætorem solam inspicere ueritatem. Dehinc deambulatorium erat, domibus plenum: in q; eis diuersa epularum genera suauia, gustui præparata. Sculptus deinde eminens cæteris rex uarijs coloribus, aurum atque argentum, quæ ex aureis, argenteisq; metallis annuatim cæperat, deo offerens. Scripta quoq; summa erat omnis inargentum redacta minæ ter decies centena, & ducẽta millia millium. Sequebatũ dehinc sacra bibliotheca, in qua inscriptum erat animi medicamẽtũ. Erant deinceps Aegypti deorũ omniũ imagines, regis quoq; dona ferẽtis, quæ cuiq; cõpeterẽt deo ostẽdẽti, insup & Osiridẽ & posteriores reges, tum in deos cultu, tũ inter homines iustitia, plurimũ uitæ mortaliũ pfuisse. Ponè bibliothecam

*Simandij epytaphium.*

*Bellũ notatur Bactrianum.*

*Mirũ de leone*

*Veritas.*

cam domus sita erat egregia, in qua uiginti essent Iouis ac Iunonis lectisternia. Reges insuper statuæ, ubi & regis corpus sepultum uidebatur. Hanc circum astabant plurima habitacula, in quibus picta cernebantur animãtia Aegyptia singula sacris apta, omnia sepulchrum uersus ascendentia. Circuibat monumentum aureus circulus, cubitis trecentis sexaginta quinq; unius cubiti spissitudine. In quo descripti erant per singulos cubitus dies, anni, & astrorum ortus atq; occasus, quid ue ea secũdum Aegyptios astrolologos obseruata significarent. Eum circulum ferunt, & Cambyses, & Persæ quo tempore Aegyptijs imperarunt ablatum. Hoc Simandij monumentum non solum cæteris omnibus sumptuosius, sed & artificio excellentius fuit.

## DE THEBAEORVM RITIBVS AC PHILOSOPHIA.

THEBAEI quidẽ se antiquissimos omnium profitentur, primumq; philosophiam ac astronomiam ab ipsis repertas. Secq; à regionis situ adiutos, ad cognoscendas orientum ac occidentiũ astrorum motus, insuper & menses ab eis & annos esse institutos. Dies non secundum lunam, sed secundum solem metiuntur, trigínta dierum mensem confitentes. Quinq; autem dies, & quartum duodecim mensibus adiungentes, anni cursum perficiunt. Intercalareis menseis non interponunt, neq; dies subducunt, sicut & Græcorum quidam. Solis & lunæ defectus diligenter scrutati sunt, ex quibus multa futura prædicere cæperunt. Ab huius regis progenie profectus postea Ogdous, qui Vehorens cognominatus est. Memphim condidit ambitus stadiorum centum & quinquaginta, urbem omnium Aegypti præclarissimam, opportuniori totius eius oræ loco, ubi Nilus in plureis scissus parteis, effecit formam deltæ. Quo fit, ut tanquàm in Nili claustro posita, aditum præbeat, prohibeatq; ad superiora loca nauigantibus. Vrbs munita est, ac optimè sita, nam fluẽt eiuxta eam Nilo ad cohibendam aquarum inundationem uersus notum aggeres ingenteis opposuit, & incremento fluuij præsidium, & aduersus hosteis, qui à terra irent, munimentum. A partibus cæteris undiq; effossus est lacus ingens ac profundus, qui superabundantia fluminis, in eum delata ac locis urbi uicinis, excepto aggere, aqua repletis, urbem effecit munitissimã. Talem igit eius urbis cõditor, loci opportunitatẽ elegit, ut posteri reges ferme omnes, relictis Thebis, & regiã, & habitationes in ea ædificarint. Quapropter deinceps diminuta Thebarũ magnificẽtia, aucta Mẽphis usq; ad Alexãdri Macedonis tẽpus. Is urbẽ sui nominis iuxta mare cõdidit, in augmẽtũ cuius postea reges Aegypti omnes incubuerũt. Hanc ciuitatem quidã deorũ donis, plurimisq; decoris rebus adeò exornarunt

*Astronomia. Mensis. Annus.*

*Eclipses.*

*Ogdous Memphis.*

*Delta.*

*Alexãdria ab Alexandro magno condita.*



exornarũt, ut prima apud quosdã, aut secunda in orbe habeat. Sed de hac seorsim posterius dicetur. Memphis cõditor post factũ aggerem, stagnũq; effossum, regiam ædificauit, haud inferiorem reliquis, quæ alibi constructæ sunt: superiorum uerò regum magnificentia atq; ornatu imparem Aegypti sanè omnino paruifaciendum præsens uitæ tempus esse putant: futuri uerò gloriam, quæ uirtute comparatur, maximi extimandum. Domos nostras diuersoria appellant, tanquàm breui tempore à nobis inhabitandas. Defunctorum sepulchra, sempiternas domos, quoniam apud inferos infinitum sit tempus, uocant: ideo domus ædificandæ curam contemnunt. Circa sepulchrorũ magnificentiam, summum studium, operamq; impendunt. Memphim quidam à conditoris filia denominatam uolunt. Eius amore fabulantur nonnulli captum Nilum fluuium, tauricq; forma compressisse mulierem, exq; ea genitum, quem propter uirtutem incolæ Aegyptum dixère, à quo & regio sit omnis denominata. Hic quum regnum cæpisset, perhumanus ac iustus fuit, inq; singulis excellens. Qua ex re comprobata ab omnibus, eius erga singulos beneuolentia, hunc honorem nominis sortitus est. Hoc defuncto rege, duodecima post eum proles Aegypti regnum possedit nomine Mijris, ædificauitq; in Memphi Boreale propylæum, opus reliquis excellentius. Supra ciuitatem decem stadijs lacum effodit, miranda utilitate, magnitudine operis incredibili, quum pateat ambitu stadijs tribus milibus sexcentis. Profundum eius quibusdam in locis sit ulnis quinquaginta, ut qui rei magnitudinem aduertat, eius in omneis Aegyptios beneficentiam, regisq; prudentiam, nullis pro meritis satis laudare posset. nam quum Nili incertam sint in cremẽta, & ab eorum modo fructus terra præbeat, lacum hunc effodit aquæ inundantis receptaculum, ne quum supra modum excresceret, stagnantibus præter solitum aquis limo superfluo patria inutilis redderetur, neue ex defectu aquæ, fructus ex siccitate perirẽt. Fossam uerò à fluuio duxit ad lacum stadijs octoginta quinque iugeris latitudine. Per hanc fluuij aqua, & recepta, & prohibita præbet agricolis fertilitatem. Nunc aperto ore fossæ, nunc clauso iuxta incrementi modum, non absque magna impensa. Quum quinquaginta talentis opus sit, siue claudere, siue reserare os fossæ uelint. Permansit hoc stagnũ summa Aegyptiorum utilitate, usq; ad nostram ætatem, à conditore Mijride appellatũ. Relictus est à rege qui eum effodit, in eius medio locus, in quo sepulchrũ ædificauit duobus superimpositis pyramidibus, altitudine stadij, una sibi, altera uxori. Super his statuas quoque duas lapideas collocauit, in throno sedentes: existimans his operibus relinquere suæ uirtutis memoriam immortalem. Vectigal piscium qui in stagno capiebantur, uxori concessit, tum ad unguentorum usum, tum ad reliquum corporis cultum. Id talenti argentum singulis diebus pendit. Traduntur duo & uiginti piscium genera in eo esse, tantámque eorum capi multitudinem, ut abundè præbeat his etiam

*Fabula.*

*Aegyptus rex.*

*Mijris rex.*

*Lacus ingens.*

etiam, quum plurimi sint qui saliendis piscibus operam præbent. Post Miri-
*Sesosis rex.* dem, prole septima, Sesosis rex factus, superiores omnis, gloria & rerum magnitudine excessit. Sed quoniam de huius regis gestis, non solum Græci scriptores, sed etiam Aegyptij sacerdotes, & qui cantu eius laudes ornant, non eadem sentiũt. Ex his tum quæ supsunt uestigijs, tum in quibus scriptores conueniunt, similiora ueri cõscribemus. Post eius ortũ pater decorum ac regium
*Pueri conuiuentes.* opus aggressus est. Nam ex tota Aegypto omnibus qui eadẽ die qua filius, nati erant, infantibus cõgregatis, nutriri, educari, ac singulos eadẽ disciplina exercitio q; erudiri fecit. existimans hoc pacto simul educatos atq; instructos tum amicitiores inuicẽ, tum audentiores melioresq; in bello fore. Hos continuo usu ad malorum patientiam exercebat. Non enim licebat alicui cibum, priusquàm cursu centum octoginta stadia confecisset, capere: quo exercitio omnes uiri euasĕrãt, & robusto corpore & animo præstãtes. Primũ Sesosis in Arabiam, cum eorum qui simul nutriti erant exercitu, à patre missus, assuetusq; uenatui, ac cibi, potusq; abstinẽtia, omnẽ eam gentẽ subegit, liberam antea & seruitio insuetam. Deinde in Lybiã profectus, maiorem eius partem in ditionem ad huc adolescentior redegit. Defuncto patri, cum in regno successisset, rebus abse gestis elatus, adiecit animũ ad imperiũ orbis. Dicunt qui
*Athyrtia.* dam à filia illum Athyrtia, ad monarchiam hortatum, eamq; ingenio ac prudentia præstantem, docuisse patrem facilimè ex eo exercitu imperare omnibus posse. Alij eam ferũt diuinationis peritam, futura, tum cælestibus signis, tum sacrificijs nosse. Asserunt & plureis patri post natum Sesosim, insomnis Vulcanum prædixisse, infantem genitum, toti orbi imperaturum. Eamq; fuisse causam, cur filiũ cum coæuis (ut diximus) pueris instituerit, assuefeceritq; regiæ eruditioni, quo dignior esset, qui imperio potiretur. Sed iam uir factus, quũ dei prædictionẽ nosset, magno animo parauit exercitũ. Verum in primis quo facilius optata perficeret, sibi omniũ Aegyptiorũ benenolentiam cõciliauit, ut & milites pro eorũ ducibus ad oppetedã mortẽ prõptiores redderet, & qui in patria reliqui essent, nouis rebus abstinerẽt. Omneis uerò beneficijs affecit. Hos donauit pecunijs, alios agris, nõnullos remissione pœnæ, singulos oratione & humanitate deuinxit. Omneis qui in regẽ deliquerãt, dimisit impunitos. Ob æs alienũ uinctos (magna hæc multitudo erat) soluit, Aegyptũ omnẽ, in sex & triginta regiones quas leges dicũt, diuidẽs: cuilibet prætorẽ, qui & tributa regia exigeret, & pro regionis uarietate cõmodo q; omnia exquireret, præfecit. Ex robusto milite exercitũ elegit, quo animi consilia perficeret. Fuêre pedestres copiæ millia hominum sexcẽta, equitum millia quatuor & uiginti. Currus bello apti octo milla & uiginti. Deinde uarios duces, ex his, qui una secũ nutriti erãt, exercituí præposuit, uiros exercitatos bello, & à pueris uirtuti deditos. Hi erãt numero amplius mille septingẽti, fraterna omnes, mutua q; erga regem beneuolẽtia. Qui bus distribuit agros fertiles, ut



leis ut rebus necessarijs fulcti, nullaq; ducti inopia, liberius militiæ uacarent. Præparatis ad bellum rebus, primum Aethiopes, qui ad meridiem spectant, aggressus, uictos acie tributum pendere compulit: hebenum, aurum, & ele-
*Naues longæ.* phantorum dentes. Deinde ad mare rubrum classe quadringentarũ nauium missa, primus omniũ longis nauibus usus, & insulas omnis eius oræ sibi subdidit, & parteis maritimas usq; ad Indos subiecit. Asiam quoque omnem pedestri exercitu deuicit, neq; solum prouincias expugnauit ab Alexandro postmodum subactas, sed & genteis quasdam, ad quas nunquàm Alexander accessit. Nam & Gangem trãsijt, & uniuersam Mediam usq; mare Oceanũ per-
*Tanais.* agrauit. Scytharum quoq; gentem ad Tanaim usq; fluuiũ, qui Europã ab Asia diuidit, pertransijt. Ibi multis Aegyptijs iuxta Meotim paludem relictis, Colchorum genti originem præbuit. Hanc nationem Aegyptijs manas-
*Colchi.* se argumento esse dicunt, quòd apud eos pueri Aegyptiorum ritu circumcidantur, priscum morem, quem & Iudæi sequuntur, colonia seruante. Asiam quoque reliquã sibi parẽre coẽgit. Cycladas insulas, maiori ex parte potitus est. Transcendens in Europam, omnemq; Thraciam pertransiens, periculũ exercitus subijt, tum ppter inopiam frugum tum locorũ asperitate. Finem expeditionis in Thracia statuens, multis in locis abse deuictis, columnas erexit, in quibus Aegyptijs, quas sacra dicunt, literis scriptũ extat. Hanc puinciã armis subegit rex regum principantiũ Sesosis. Columniã insuper statuit, in bellicosis quidẽ abse supatis gentibus, hominis pudẽda. In his uerò quæ essent imbecilles ac timidæ, muliebria habentem sculpta: à potiori hominis parte genteis abse deiectas ostendẽs. In locis quibusdã statuam suã lapideã, ea qua tunc erat, ætate reliquit, arcum & iaculũ tenentẽ supra quatuor cubitorũ magnitudinẽ. Ipse quũ summa humanitate erga omneis subditos usus esset, omissa post nouẽ annos armorũ cura, statuit singulas genteis quotannis ad se dona in Aegyptũ ferre. Cum omnibus deinceps (pmagna ea uis erat) captiuis, spolijsq; deuictarũ nationũ in patriã rediens, maximis absere bus gestis, & quæ supiorũ acta excederẽt, tẽpla dcùm omnia Aegypti donis insignibus ac
*Templa dicia.* spolijs hostiũ ornauit. Milites, quorũ optima in bello opa usus esset, pro meritis donauit. Neq; solum ex hac expeditione ditati rediêre milites, sed & Aegyptus uniuersa, maxima rerũ copia utilitate cumulata est. Fine bellis imposito, militibus, quorũ spectata sibi uirtus erat, quæ parta erãt cõcessit. Ipse gloriã sempiternã appetẽs, magno sumptu, opera pmulta ædidit, & sibi immortalem laudem cõparans, & Aegyptijs in posterũ securitatẽ. Primũ à dijs incipiens, in singulis Aegypti ciuitatibus templum ei deo construit, quem præcipuè colerẽt. Ad eorũ structurã, non Aegyptiorũ, sed quæ caperat, seruitiorũ opera usus est. In omnibus uerò inscripsit tẽplis: nulli Aegyptio ad id opus se grauem fuisse. Asseritur autem seruos Babylonyos, operum labore, clamitaq; pertesos, à rege descisc entes, quum ponè oram fluminis consedissent, bellum,

lum Aegyptijs mouisse. Tandem assignatis sibi, quos cæperant agris, condi-
Babylonia. d sse urbem, quam à patria Babyloniam dixerunt. Eadem ex causa & appella-
Troia iuxta Nilum. tam Troiam ferunt etiam nunc iuxta Nilum sitam. Nam quum Menelaus ab Ilio ad Aegyptum cum captiuorum manu nauigasset, Troiani ab eo defi cientes, cum ipso aliquandiu pugnarunt, quoad data libertate, urbem condi dêre patriæ nomen sortitam. Haud uerò inscius sum, Etesiam Gnidium di uersa de his ciuitatibus scripsisse. Illos uidelicet, qui cum Semiramide ad Aegyptum penetrassent, has ab se conditas urbeis suorũ nomine appellasse. Sed de his uerum scrutari difficilè est. Nos quæ scriptores tradiderint, retulimus, quo posteri uerum iudiciũ sequi possint. Per multos insuper ac magnos erexit Sesostis aggeres, in quibus ciuitates, quæ in humili solo erãt, cõstruxit, quo homines pecoraq; ab Nili inundatione tuta redderentur. In omni uerò ora, quæ à Memphi ad mare spectat, frequenteis à fluuio duxit fossas, quo fructibus, breuiori itinere, faciliusq; inuectis, maior rerum copia esset. Quod uerò maximum fuit, munijt & ea loca, quibus ad Aegyptũ patere hostibus ingressus posset. Antea potior ferè Aegypti pars omnis aditu facilis, propter frequenteis à fluuio ductas ab eo fossas, munitior, difficiliorq; accessu postmodũ facta est. Duxit & murum ab eo latere Aegypti, quod orientem uersus ad Syriam atq; Arabiam spectat, à Pelusio usq; ad solis ciuitatem per desertũ stadijs mille & quingentis. Nauem ex cedro fecit ducentorum octoginta cubito-
Nauis aurata. rum longitudine, deauratam exterius, intus uerò de argentatam, quam dono obtulit deo, qui maximè Thebis colitur. Duos præterea obeliscos ex lapide duro, utrumq; altum cubitis centum uiginti, in quibus, tum imperij magnitudinem, tum multitudinem uectigalium descripsit, addidit & quas subegit nationes. Memphi in Vulcani templo suas, & uxoris, lapidis unius, statuas, altitudine cubitorum triginta, foliorum uerò uiginti, ob hanc rem collocauit. Quum dimisso exercitu Aegyptum reuertisset, ac circa Pelusium uacuus bello laxaret curis animum, frater ei apud se cum uxore ac filijs cœnanti, insidias
Sesostis ignis. parauit. Nam illis post cibum à uino quiescentibus, lignis aridis, ad id antea occultè præparatis, ignem in cubiculũ noctu iniecit. Increbescente flamma, qui ad curam regis positi erant, sublato more ebriorum clamore, regem excitarunt. Qui ambas extendens manus, salutem & filijs & uxori deos orans, illesus præter opinionem quum saluus flammam euasisset, tum cæteris dijs, tum maxime Vulcano, ut liberatori, uota persoluit. Quum multis ac præclaris facinoribus nobilitatus esset, tum id magnificentissimũ est habitum, quod quũ nationes, tum ab se deuictæ, tũ hi quibus regna tradiderat, duces quoq; quos diuersis præfecerat prouincijs, præstituto die in Aegyptum uenientes, ei dona offerebant. Hos suscipiens benignè, alijs quidem in rebus, uario honore afficiebat. At si quando, aut ad templum, aut per urbem accederet, quatuor ex eis loco equorũ currui iunctis, ostendebat, quũ cæteros omneis reges, duces q; præclaros,



præclaros, bello superasset, nullos sibi neq; uirtute, neq; rebus gestis esse comparandos. Et sanè rex iste uidetur omneis qui unquàm regnassent, tum rebus bellicis, tum erga deos munificẽtia, tum uerò operibus ab se in Aegypto constructis, anteisse. Annos tr is & trigi ta quum regnasset, exoptato uitam defi cientibus oculis finiuit. Cuius uirtuti haud facilè reperitur, dignum nomẽ. Vir magni animi, neq; solum sacerdotibus, sed uniuersis Aegyptijs admirabilis, cum eadem animi magnitudine, qua opera effecerat, & mortem appeteret. Adeò autem diuturna eius gloria, ingens q; ad posteros manauit, ut cum multis postea sæculis, Persis Aegypti imperium tenentibus, Darius Xerxis *Dareius Xerxes Sesostis filius.* pater, uellet in Memphi suam ante Sesostis statuam ponere, princeps sacerdotum publicè contradiceret: asserẽs illum nondum Sesostis opera æquasse. Quod responsum haud quanquàm ægrè ferens rex, sed lætatus admodum libertate loquendi securaturum inquit, ut nihilò illius uirtute, si tantundem uiueret, esset inferior hortatusq; est, ut ætatis eiusdem conferret gesta, id uerum argumentum esse uirtutis. Defuncto Sesosi, eius filius regnum capiens assumpto patris nomine, nulla in re gloriam paternam est imitatus, sed eodẽ quo pater casu afflictatus est. Oculis enim captus, siue propter communem patris naturam, siue (ut quidam fabulantur) propter impietatem erga Nilum, cuius cursum iaculatus est, coactus est ad deorum auxilium confugere, ac plurimo tempore uarijs peractis sacris, ad placanda numina, nulla ope adiutus est. Decimo post anno responso ei reddito, ut placato deo, qui in Helio- *Casta unica.* po i coleretur, faciem mulieris inspiceret, quæ nullum nisi proprium nosset uirum. Ab uxore propria incipiens, quum multas expertus esset, nullam reperit incorruptam, præter hortulani cuiusdam, quam uisu restituto uxorẽ cæpit. Reliquas omnis in uilla quadam uiuas combussit. Quem locum postea Aegyptij Sacra in glebam uocitarunt. Deo autem Heliopolis gratias, secun- *Sacra in glebã* dum oraculum acceptum reddẽs, duos erexit unius lapidis obeliscos, latitudinis octo, altitudinis cubitorum centum. Post hunc plureis reges nil memoria dignum gessêre. Tandem Amasis quidam regnauit, uolentius quàm cæteri per multos enim præter æquum pœna affecit: alios fortunis spoliauit, in *Amasis.* omneis impotens ac superbus. Tolerata est eius crudelitas, quum ulciscendi locus nõ esset, quoad Actisanes Aethiopũ rex in Aegyptum cõtra eum descendit. Tunc odia occulta erupêre, & quum multi ab eo desciscissent, rege capto, Aegyptus in ditionem Aethiopum cessit. Actisanes fortunã capti regni humaniter ferens, summa æquitate Aegyptijs imperauit. Latrocinia nouo more *Actisanes.* compescuit, sonteis neq; morte plectens, neq; linquens impunitos. Eorum iudicio constituto, reos omnis in unum cogens, miti sententia damnauit: amputatis enim naribus in ultima deserti ire compulit, ibiq; ciuitatem condidit, ab excisis nasis, Rhinoceram appellatam. Ea in Aegypti Arabiæq; finibus haud procul à mari sita, omnibus uitæ commodis caret. Nam omnis uicina *Rhinocera. e.*

regio salsa est. Intra urbis mœnia, unicus est puteus, & is inutilis: utpote aqua amara gustu. Hos autem eo in loco posuit, ne suis moribus, uicinas gentes inficerent: néue eorũ erga reliquos iniuriæ essent occultæ, sed ut tanquàm in oram desertam relegati, omni re egentes, cogente necessitate, sibi uictum exquirerẽt. Fissis itaq; calamis quos ex uicinis agris collegerant, longa sibi retia fecêre. Quibus iuxta littus per plura stadia dispositis, excaptis coturnicibus (nam magnus earum numerus in littore ad capiendos pisces uersatur) uictum sibi compararunt. Eo rege defuncto, Aegypti regno sibi uendicato, regem ex suis creárũt, Miridem nomine, quem nonnulli Maronem cognominant: uirum minimè bellis aptum. Is sepulchrum sibi construxit, quod Labyrinthus appellatur. Rem mirandam profectò non tantum operis magnitudine, quantum arte ad imitandum difficili. Nam ingredientibus haud facilè regressus datur, nisi duce itineris experto. Ferunt quidam Dædalum ad Aegyptum penetrantem, admiratum huius operis artem, similem in Creta regnanti Minoi cõstruxisse, in quo fabulantur extitisse Minotaurum. Sed Cretensis Labyrinthus defecit, siue opera hominum, siue tempore corruptus. Aegyptius uerò usq; ad nostra tempora integer manet. Defuncto rege post quintum genus, quum Aegyptus rege careret, ex dignioribus quidã in regem assumptus est, quem Aegyptij Cetem, Græci πρωτία appellant, qui Illiaci belli tempore extitit. Hũc artium peritum fuisse tradunt & in uarias se formas uertere solitum, ut nunc animal, quandoq; arbor, aut ignis, aut quid aliud uideretur, quæ eadem & sacerdotes de illo scribunt. Harum rerum cognitionem continuò ex astrologorum ac sacerdotum usu, rex est assecutus. Consuetudo autem regibus tradita, Græcis causam huiusmodi transmutationes fingendi præbuit. Nã Aegyptijs mos erat regibus, aut leonis, aut tauri, aut draconis priorem partem in capite ferre, insignia principatus. Quandoq; uerò arborem, aliquando ignem, quandoq; redolentia supra caput unguenta: hæc tum ad decorem spectabãt atq; ornatum, tum stuporem ac superstitionem quandam aspicientibus iniiciebant. Mortuo Protheo filius successit, per omnem uitam uectigalibus, & ad cumulandum undiq; thesaurum intentus, uir pusilli animi atq; auarus, ut qui neq; deorum muneribus, neq; ulli beneficentiæ uacarit. Ita ut nõ rex, sed ut dispensator bonus, pro uirtutis gloria, plus auri, argentiq;, quàm præteriti reges omnes, quadringenta talentorum millia ea fuisse tradunt, reliquerit. Post obitum septem fuêre reges, in tantum ocio dediti ac uoluptati, ut sacri libri nulla eorum gesta cõtineant historia digna, præter unius Nilei, à quo fluuius sortitus est nomen, quum antea Aegyptus uocitaretur. Hic quum plureis fossas, atq; opportunis fecisset locis, & Nilum utilem ad modum incolis reddidit, & nominis causam præbuit. Octauus deinceps rex Chemmis, Memphis, annos regnauit quinquaginta: ædificauitq; trium pyramidum maximam, inter septem præclarissima opera annumeratam.

Miris rex Maro rex Labyrinthus.

Dædalus.

πρωτεύς.

Cetes.

Nileus rex Nilus unde.

Chemmis pyramides.



tam. Hæ uersus Lybiam spectant, longè à Memphi stadijs centum uiginti, à Nilo autem quinq; & quadraginta, quæ & artificio & operis magnitudine mirabilem stuporem præberet aspicientibus. Earum maxima quatuor est laterum, quorum quodlibet ab inferiori parte iugera septem continet. Altitudo amplius quam sex iugera tollit latus quodlibet, deducta paulatim usq; ad uerticem altitudine, continet cubitos sexaginta quinq;. Ex lapide duro difficiliq; ad tractandum, sed in æternum permansuro, structura omnis constat. Nam ferme mille annis, ut aiunt quidam, ut alij tradunt, amplius tribus millibus, quadringentis, ad nos usque ea moles integra permansit. Ferunt eos lapides ex Arabia longo admodum itinere aduectos. Aggeribus autem fabricata est, nondum eo tempore inuentis machinis. Opus certè mirabile, præsertim in terra undiq; arenosa, ubi nulla neq; aggeris, neq; cæsi lapidis sint uestigia, ut non ab hominibus, sed à dijs tanta moles structa uideatur. Conantur Aegyptij mira quædã de his fabulari, ex sale & nitro aggeres eos factos, postea q; Nili incremẽto liquefactos absq; hominũ labore penitus defecisse. Verũ id, procul à uerò abest. Nam & multitudine hominũ agger cõstructus, & multitudine deletus. Trecenta eñ & sexaginta hominũ millia (ut aiunt) ad id opus deputata sunt, quod uiginti ferme annis absoluerũt. Post huius regis obitũ, frater eius Cephus regnũ cæpit, regnauitq; annis sex & quinquaginta. Quidã nõ fratrẽ, sed filiũ regnũ tenuisse asserũt, nomine Chabreũ, quod similius uero uidetur. Quoniam qui ei successit, imitatus superiorem regẽ, secundã pyramidem ædificauit, structura & arte priori similem, magnitudine imparẽ: ut pote, cuius singula in basi latera stadium comprehendant. Pecunia omnis ad opus prioris impensa, in olera tantum, herbasq; : is enim cibus opificum fuit, ad mille & sexcenta talenta excessisse dicitur. Aliarum nõ extat sumptus. Illius aditus ab uno tantũ latere pateat. Verum nullus ex his, qui eas sibi pyramides in sepulchra condidêre, rex in illis sepultus est. Nam partim nimij labores in operibus absumpti, partim crudelitas regum & insolentia, ira populorum compulere, ut eorum aut dissiparent corpora, aut eijcerent ex monumentis. Qua ex re domesticis mandarunt, quidam ut sua corpora in loco uili, obscuroq; conderent, quo effugerent sæuitiam plæbis. Hunc regem secutus est Mycerinus, quem nonnulli Cherinum uocant, prioris pyramidis auctoris filius. Hic tertiam abse incæptam, minimè perfecit, præuentus morte. Erant singula latera in basi iugerum trium, murus usque ad quintum decimum cubitũ ex lapide nigro, Thebaico simili, reliqua pars ex eo lapide, quo & reliquæ pyramides, est constructa. Opus sanè, tum magnitudine, tum artificio, tum uerò lapidum sumptu cæteris pyramidibus inferius. Scriptum erat in latere ad boream uerso, nomen auctoris, Mycerinus. Hunc tradunt superiorum crudelitatem abominatam, uitam uixisse summa cum humanitate, & in subditos beneficentia. Fecisseq; sedulo omnia, quibus beneuolentiam

Cephus rex. Chabreus rex.

Mycerinus rex. Cherinus rex.

omnium sibi compararet. Pecuniam contempsit, præbens munera etiam ijs
*Pyramides.* qui iustè rectèq; iudicassent. Sunt & aliæ tres pyramides, singula latera, ad
duo iugera protenduntur uniuersum opus, structura, præter magnitudinẽ,
superioribus simílis. Has dicunt à tribus regibus quos retulimus, suis uxoribus ædificatas, quæ tradantur alia Aegypti opera, non solum mole ædificiorum atq; impensa exuperare, sed artificum excellentia, magisq; affirmant admiranda esse architectorũ ingenia, & artem, quàm regum sumptus. Hi enim pprijs animi dotibus, illi alienis pecunijs, laboribusq; tanta opera crexerunt. Verum de harum pyramidum auctoribus nil certi, neq; apud incolas, neque apud scriptores constat. Quidam eos, quos diximus reges illas ædificasse, alij alios tradunt, prout maioris asserunt Armeum extitisse conditorem: Secundæ Amasum: Tertiæ Masum quam uolunt quidam Rhodopidis pellicis sepulchrum fuisse. Et id nonnullorũ principum, qui eam amassent, cõmuni opera absolutum. Regnum deinceps sumpsit Bocchorus, corpore quidem robusto ac ualído, ingenio uerò superiores excedens reges. Multis deinde actis sæculis, regnauit Aegyptijs Sabacus nomine, genere Aethiops deorum cultu liberalitateq; præ cæteris regibus excellen. Argumentũ uirtutis eius uel maximum sit, integritas, utilisq; in seruandis legibus animaduersio. Nam capite damnatos, nequaquam mortis affecit pœna, sed opus facere uinctos compedibus per ciuitates coẽgit: quæ res non paruo extitit uectigali. Plureis enim ex coseruitio pecunias contraxit, eorum opera multos aggeres construxit, fossas uarijs locis opportunas fecit. Ita & pœnæ acerbitatem leniuit, & inutilem pœnæ asperitatem in magnum cõmodum uertit. Eius egregiam pietatem, & a principio uitæ institutionem, facilè quis ex uisione somnij perspiciat. Visus est ei deus, qui Thebis colitur in somno dicere, regnum suum in Aegyptios, neq; fœlix, neq; diuturnum fore, nisi sacerdotibus Aegypti omnibus
*Rhodope. Bocchorus rex.* *Sabacus rex.* *Insomnium.* occisis, per media ipsorum cadauera cum suis transiret. Hoc somnio sæpius oblato, omneis undiq; sacerdotes conuocauit, narratisq;, quæ per somnium acceperat, nolle se inquit in Aegypto manẽtem, alicui pernitiem struere, sed malle purum, omníq; solutum scelere, ab Aegypto abscedere se, fatisq; uitã reddere, quam impia cæde inquinatum regno potiri. Ita Aegyptijs regno tradito, in Aethiopiam rediit. Duobus annis Aegyptij absq; rege fuêre, turbatis omnibus. cum etiam ad ciuilia bella peruentum esset, duodecim loco regis ex maioribus ducibus præficiuntur, quibus omnis regni cura pmissa est. Conuenientes hi in Memphi communi consilio imperium exercebant. Quũ uno animo cõcordíq; quindecim annis res administrassent, decreuêre, ut sibi cõmune sepulchrum ædificarẽtur: ut quemadmodũ inuita uno consensu, pari
*Aegypti duces. xii.* honore, Aegyptum gubernassent, ita & post obitum, communis esset omniũ unius sepulchri gloria. Conati sunt in ea re, omnia superiorũ regum opera excedere. Electa ad id iuxta paludem Lybiæ, aqua quæ in Miridam descendit, ex
pulcherrimis



pulcherrimis lapidibus sepulchrum ædificarũt quadratum, quaq; uersus stadij unius, sculptura, atq; artificum opere, nihilò iam antea factis cedens. Ingredientibus illius ambitum, domus aderat columnis circumfulta, quatuor ad latus quodlibet columnis positis. Et huius tecti contignatio, unius erat lapidis sculpta præsepibus, uarijsq; picturis ornata. Erant ibi summo artificio depicta, Aegypti regum, templorum, sacrorumq; monumenta. Tanto autem sumptu, tanta magnificẽtia ea moles ab his regibus excitata est, ut fi ante eorum dissensionem fuisset absoluta, cætera sepulchra excellentia operum superasset. Verum quum annis quindecim, simul imperium tenuissent, regnũ ad unicum redactum est. Psamniticus Saites, unus ex duodecim, cui maritima ora obuenerat, tributo emporijs omnibus, præsertim Phœnicibus, Græcisq; impositio, magnaq; ui pecuniæ contracta, amicitiam plurimarum gentium, principumq; sibi liberalitate comparauit. Huius rei inuidia moti reliqui, bellũ sibi intulerunt. Quidam ex antiquis scriptoribus fabulantur, responsum imperantibus redditum, qui ex illis prior æream phialam deo, qui erat in Memphi, dono tulisset, cum solum rerum in Aegypto potiturũ. Psanniticũ quum extulisset sacerdotum quispiam è templo, phialas aureas undecim, elegantiorem abse electam deo obtulisse. Quod rescíscentes cæteri cum nolent occidere, relegasse illum perhibent in paludes iuxta mare sitas: siue ob causam quam diximus, siue inuidia moti. At Psamniticus ex Arabia, Caria, Ionia, conducto milite, acie illos prope urbem Memphim superauit. Alij reges partim cecidêre in bello, partim fugientes in Lybiam cessere regno. Sumpto imperio, Psamniticus uestibulum orientem uersus, deo in Memphi cõstruxit. Circum templum pro columnis colossos duodecim cubitorum posuit. Militibus mercede conductis, præter stipendium, dona largè distribuens, cæteris agros sorte diuisit, paulò supra Pelusij ostia, quos multis post annis Amasus rex ad Memphim traduxit. Rex propter operam à mercẽnarijs militibus naua tam, postmodum externo milite plurimum fisus, multum illorum præsidio usus est. Quum in Syriam exercitum duceret, præ cæteris honore mercennarijs impenso, statuit eos in dextra, Aegyptios à sinistra phalangis parte. Qua cõtumelia irritati Aegyptij, ad ducenta millia eorum, ab rege desciscentes, Aethiopiam uersus profecti sunt, nouas sedes sibi uẽdicaturi. Rex ad eos duces primum misit, eam ignominiam deprecaturos. Ipse quoque, quum hi nil profecissent, nauibus prosequutus est, quum ipsos iuxta Nilum proficiscenteis, iam iamq; Aegypti monteis transcendenteis repperisset, rogabat, ut animum mutarent, utq; templorum, patris, uxorum, ac filiorum in mentem ueniret. At hi omnes, una uoce clamore sublato, hastisq; scuta percutientes, respondere, quòd armorum potentes essent, facilè se patriã reperturos. Ostensis uerò, sublata uestes, genitalibus, nec uxores nec filios, dum eis uti possent, defuturos. Hoc dato responso, despiciẽtes, quæ alijs maxima esse
*Psamniticus.*

uiderentur in Aethiopiæ parte fertili, sortitis interse affatim agris consedere. Psamniticus eorum discessu haud parum dolens, ad curam regni conuersus, & uectigalia disposuit, & cum Athenien sibus quibusdã que alijs Græcis societatem init. Erga externos, qui in Aegyptum accederẽt, summa beneficentia utebatur. Quum Græcos plurimum diligeret, filios disciplinis Græcis eruditi, primus Aygptiorum regum cæteras nationes ad importanda, quæ apud se erant, allexit, securitate singulis adeuntibus præbita. Apud superiores enim reges nulli externi ad Agyptum nauigabant: cum partim occiderentur, partim adijcerentur in seruitutem. Impietas, Busiridis tempore apud Aegyptios, aduersus exteros, seruata, Græcis causam præbuit, licet minimè uerã, sed multa contractam crudelitate scribendi, quæ de eo in fabulis ferunt. Post

*Apricus rex.* Psamniticum regnauit quarta exinde progenies, Aprieus, annos duos & uigínti. Hic aduersus Cyprum ac Phæniciam, terra mariq; bello modo, Sidonem ui captam quum diruisset reliquis Phæniciæ urbibus subactis, classe Cypríos ac Phæníces superauit, spolijsq; hostium cum pluribus captis, in Aegyptum redijt. Misso deinde contra Cyrenem & Barcem exercitu, magnaq; ex parte deuictis reliquis, ab se alienauit. Existimãtes enim ipsum in eorum per-

*Amasus.* nitiem comparasse exercitum, quo securius imperaret Aegyptijs, defciuerũt. Ad hos compescendos destinatus Amasus Agyptius uir insignis, mandatorum, quæ ad concordiam spectabant oblitus, cum illos in regem incitasset, conspiratione facta, rex creatur. paulóq; post quum plures à rege defciscerẽt:

*Maria pagus.* coactus est ad mercennariorum (ij ad triginta millia erant) opem confugere. Prælio circa Mariam pagum commisso, Aegyptiorum res superior fuit. Itáque captus Aprieus, strãgulatusq; interijt. Amasus susceptο imperio, conuersusq; ad regni curam, iustè imperauit: magna cum laude multas Cyprorum ciuitates euertit, multáque donis insignibus deũm templa exornauit.

*Cambyses. Parmenides Camarineus.* Quum regnasset annis quinque & quinquaginta, mortem obijt, quo tempore Cambyses Persarum rex Aegyptũ armis cæpit: circa tertium annũ Olympiadis tertiæ & sexagesimæ qua uictor in stadio fuit Permenides Camarineus. Recensitis uetustorum temporum, usque ad Amasum Aegypti rebus, nunc admiranda quædam, & quæ prosint legentibus de moribus eorum sunt scribenda. Plura enim uetera Aegyptiorum acta non solum ab indigenis extimantur magni, sed & apud Græcos quoque nõ parum admirationis habẽt. Itáque qui plurimum doctrina excelluerunt in Aegyptum transiêre, ut & leges eorum & studia cognitione digna perciperent: quamuis enim scirent Aegypti aditum externis difficilem, tamen omni studio olim illuc accedere appetiuerunt, in quibus antiquiores extitêre, Orpheus, poëtaq; Homerus. De

*Orpheus. Homerus. Pythagoras. Solon. Litteræ. Astrorũ cursus Geometria.* inde posteri nonnulli Samius Pythagoras, ac legumlator Solon. Asserunt Aegyptij literas, astrorum cursus, Geometriam arteisq; plurimas ab se fuisse repertas, Optimas insuper ab se institutas leges. Quorum maximum fe-

runt



runt esse argumentum, annis amplius tribus millibus & septingentis, indigetes reges Aegypto impasset. Eamq; prouiciã cæterarũ orbis esse fœlicissimam, quæ nullo potuissent pacto fieri, nisi optimis moribus ac legibus uixissent, eruditíq; omni doctrinarum genere fuissent. Verum nos his, quæ Herodotus alijsq; nonnulli Aegyptiorum gesta narrãtes, præter ueri opinionem, multa uoluptatis gratia fingentes tradunt, prætermissis, sacerdotum diligenter à nobis scrutatos libros sequemur. Primum Aegyptij reges, uitam, nõ aliorum regnantium, quibus uoluntas pro lege est, traducebant licentia, sed legum institutis in cogendis pecunijs quotidianoq; uictu sequebantur. Eorum cultui, obsequioq; nullus deputatus erat, neq; emptitius neque domi genitus seruus, sed nobilium sacerdotum filij, tum ultra uiginti annos nati, tum doctrina præceteris eruditi. ut horum corporis ministrorũ die noctuq; æstantium conspectu motus rex, nil turpe committeret. Rarò enim potentes rerum, mali euadunt, ubi desunt suarum cupiditatum ministri. Institutæ erãt diei noctisq; horæ, quibus regi lege permissa agere fas erat. Mane surgẽtem regem, primum epistolas omni, missas capere oportebat, ut cognitis his, quæ sibi agenda essent, responso dato, singula in tempore, exq; ordine rectè agerentur. His actis cum in uirorum excellentium cætu lauisset corpus, uestem præclaram indutus, sacra diis faciebat. Mos erat sacerdotum principi, iuxta aram hostijs deductis, astante rege, magna uoce, audiente populo, ualitudinem prosperam, omnia q; bona precari, regi iustitiam in subditos colenti. Narrare insuper particulatim regis uirtutes, in deos pietatem ac religionem, in homines humanitatem seruantis, tum illum continentem dicere, iustum, magnicq; animi, ueracem, liberalẽ, omnisq; frenantẽ cupiditates: pœnas insuper mitiores quàm postularent errantis crimina, exigentem, reddentem uerò gratia meritis ampliorem. Plura his similia orans, tandem execrationem in malos exequebatur. Tunc regem culpa purgans, omne crimen in ministros, qui regi iniqua suaderent, conijciebat. His actis sacerdos, & regem ad fœlicem diisq; gratã uitam hortabatur & simul ad bonos mores, agendúmque, non quæ suaderent mali, sed quæ ad laudem & uirtutem maximè pertinerent. Demum quũ rex tauro diis sacra fecisset, sacerdos quædam ex libris sacris clarissimorũ uirorũ consilia, acta q; perferebat. Quibus rex monitus imperio pie ac iustè aliorũ exemplo uteretur. Non autẽ pecunijs uacandi, iudicandiq; solum legibus antiquis, sed deambulandi quoq;, lauandiq; & cum uxore cubandi, omnisq; degendæ uitæ tẽpus erat lege præstitutum. Cibo uescebantur simplici, ut quorum mensæ nihil præter uitulum & anserem, inferetur. Vini potandi certa statuta erat mensura, qua neque farciri uenter, neque inebriari possent. Denique ipsorum uita, ea tenebatur modestia, ut non à legislatore, sed à peritissimo medico ad seruandam sanitatem

*Aegypti reges.*

*Preces pro rege.*

*Sacra lectio expleto sacrificio.*

*Sacerdotum cibi.*

compoſita uideretur. Mirabile uidetur Aegypti reges, non ex uoluntate, ſed & lege uitam priuatam agere. Sed multò eſt mirabilius illis, neq; iudicandi, neq; pecuniam congregandi, neq; puniendi quẽquam per ſuperbiam, aut iram, aut aliam iniuſtam ob cauſam, licentiam permiſſam, ſed ueluti priuati tenebantur legibus, neque id egre ferebant, exiſtimantes parendo legibus ſe beatos fore. Nam ab his, qui ſuis indulgerent cupiditatibus, multa cenſebant fieri, quibus damna periculàque ſubirent. Scientes enim ſæpius ſe peccare, tamen aut amore, aut odio, aut alio animi morbo uicti, nihilominus aberrãt.

*Regum cura.* Qui uerò ſapientia, conſilio q; uitam inſtituunt, in paucis offendunt. Hæc uſi erga ſubditos iuſtitia reges, omnium beneuolentiam adeò aſſecuti ſunt, ut non ſolum ſacerdotibus, ſed ſingulis Aegyptijs, maior regis, quàm uxorum, filiorum q;, aut aliorum principum, ſalutis ineſſet cura. Etenim plurimi regũ quos retulimus, ciuiles mores ſecuti, acta fœlicíter uita, mortem obierunt, quoad ea legum diſciplina permanſit. Nationibus præterea uarijs ſubactis, plureis poſſedêre pecunias, regiones ædificijs, operibus q; ingentibus, urbeis ampliſſimis donis, ſumptuoſis q; decorantes. Sed ea, quæ poſt obitum Aegyptij ſuis regibus præbuerint, magnam populi erga principes beneuolentiam monſtrat. Id honor mortuis impenſus oſtendit. Nam quum quis regum

*Luctus in regia morte.* decedit è uita, Aegyptij omnes mortem communi mœſtitia lugent, ueſtes lacerant, templis clauſis, forum non frequentant. Feſta ſolennia non agunt. Dies ſeptuaginta duos, luto deturpantes capita, ac ſindone ſubtus mammas cincti, unà uiri, mulieres q; ducenti ferme aut trecenti, circum ambulant bis in die, nouantes luctum, atque ad numerum cum cantu uirtutes reges commemorantes. Cibis animantium, coctis q; ac uino, omni q; menſæ apparatu abſtinent. Non lauacris, non unguentis, non ſtratis lectis, non uenereis utuntur, ſed tanquàm defuncto filio, per eos dies mœrentes lugent. Hoc tempore, quæ ad pompam funeris ſpectant præparatis, poſtrema die corpus in arca conditum ante ſepulchri aditum ponunt. Ibi breuiarium inuita ab rege geſtorum de more recitant, uiolenti q; facultas datur defunctum accuſandi.

*Laudes Regũ* Aſtant ſacerdotes, mortui recte facta laudantes, populus, is per magnus eſt, qui exequias circumſtat, applaudet ueris laudibus, in reliquis magno reclamat tumultu: quo accidit ut plureis reges, repugnante multitudine, ſolito ca-

*Iuſtitia.* ruerint ſepulchri honore ac magnificentia. Is timor coegit Aegypti reges iuſtè uiuere ueritos futuram poſt mortem plebis iram atque odium ſempiternum. Antiquorũ regum uiuendi mos hic maximè fuit Aegypto omni in plureis partes, quarũ quælibet Græco uerbo νομὸς appellabat, diuiſa, cuilibet præ-

*Vectigalium tripartitio.* tor aderat, qui omniũ haberet curã. Aegypti uectigalibus trifariã partitis, priorem portionẽ percipit collegium ſacerdotũ, magna apud incolas auctoritate, tum propter deorũ curam, tum, ppter doctrinã qua plures eruditi. Hanc partẽ, tum ad ſacrificiorũ miniſteria, tum ad priuatæ uitæ cõmoda impertiunt.



pertiunt. Neq; enim deorum cultum omittendum putant, neq; publici cõſilij utilitatiſq; miniſtris, æquum cenſent uitæ cõmoda deeſſe. Adſunt enim gratuibus in rebus hi ſemper conſilio atq; opere regibus, tum aſtrorum peritia, tum uerò ſacrificijs futura prædicentes. Ex libris præterea ſacris, priorum geſta referunt, quibus reges in agendis noſcant, quæ ſint profutura. Non enim *Sacerdotum honores.* quemadmodũ apud Græcos unus homo, aut unica mulier ſacris præeſt, ſed plures in cultu deorum, honore q; uerſantur, qui eandem ſacrorum curam filijs tradunt. Hi omnes immunes ſunt, ſecundum q; poſt reges, honoris, dignitatiſq; locum tenent. Altera portio ad reges peruenit, quam & ad bella, & ad uitæ cultum, cum ad liberalitatem erga ſtrenuos uiros, pmeritis impendunt. Qua ex re fit, ut populares nullo grauent tribu'o. Tertiã percipiũt milites & qui belli ſunt inſtituti miniſterio, ut hoc ſtipẽdio accepto, paratiorem habeant animum ad bellorum pericula obeunda. Iniquum enim foret ad tuẽdam communem ſalutem intentos, nulla ex ea, pro qua pugnarent, patria cõmoda percipere. Ea uerò præcipua utilitas uidetur, quòd mercede laborũ impẽſa, cum fiant opulentiores, facilius gignendæ proli operã dant. Quo fit ut refert à multitudine hominum patria nequaquàm externo milite egeat. Hoc militandi ordine à progenitoribus ſuſcepto parentum uirtutẽ, à puericia imitati, *Aegyptiorum politia tripartita.* bellicis q; exercitati muneribus, milites egregij euadunt. Eſt inſuper eorum politia in tria hominum genera inſtituta, paſtorum, agricolarum, opificum. *Agricolæ Aegyptij.* Agricolæ parua quadam mercede, ſacerdotibus, rege q; aut militibus agros mercati, per omnẽ ætatem, ab ipſa puericia rei ruſticæ ſine intermiſſione uacant. Quo fit, ut agricultura cæteris, tum ob doctrinam à parentibus percæptam, tum ob continuũ uſum, præſtent. Norunt enim præcæteris diligenter agrorum naturam, rigandi, ſerendi q; ac metendi tempora, & fructuum ſeruandorum commoditates, tum parentum obſeruatione, tum ſua diligentia cognita. Eodem modo & paſtores, curam, atque arte regendi pecoris à pa- *Paſtores.* tribus accepta, ſemper in eo gubernando ætatem agunt. Multum e ſ confe-

runt, quæ a progenitoribus in pecorum cultu ac paſcuis audierunt. A nõnullis etiam quædam ſuo ſtudio adinuenta. Nam qui aues & anſeres nutriunt, præter earum, quæ apud alios homines habẽtur, procreandi naturam, adeò illis indulgent, ut in numerum, dictu mirabilem, auium euadant. Non enim ouis incubant aues, ſed ipſi ingenio, & naturali arte, ex ouis, præter cæterorum conſuetudinem, educunt fœtus. Artes quoq; apud Aegyptios admodũ excultas uidemus, & ad ſummũ perductas. Nam ſoli Aegyptij opifices, omiſſa rerũ publicarum cura, nullum niſi aut legibus permiſſum, aut a patre tradítum opus exercent, ut neq; eos docentis inuidia, neq; ciuile odium, neq; aliud quid ab inſtituto impediat exercitio. Alijs in locis licet artifices relicto priori, opificijs cæteris ſe dedêre, & hos cultui agrorum, hos mercaturæ, alios pluribus artibus operam præbere. Quidam inciuitatibus, quæ a populo regun-

tur,

tur, ad contiones concurrũt, in pernitiem ciuitatis pretio corrupti. Apud Aegyptios, si quis opifex ad rempu. accedat, aut plureis exerceat artes, magna mulctatur pœna. Hanc antiquam tum reipu. tum priuatæ institutionem à patribus traditam, ueteres Aegyptij habebant. Iudicia uerò non casu fiebant, sed ratione: existimabant enim rite facta plurimum uitæ mortalium prodesse. Nam punire nocenteis, auxilium ferre oppressis, optimam ad prohibenda mala facinora uiam putant. Pœnam uerò delicti, aut pecunia, aut gratia tolli existimabant confusionem uitæ cõmunis fore. Quãobrem ex ciuitatibus clarioribus, ut Heliopoli, Memphi, Thebis, uiros optimos eligebant, quos iudicijs præficerent, qui iudicum consessus, neq; Athenarũ Areopagitis, neque Lacedæmoniorũ senatui cedere uidebatur. Postquàm hi conuenerunt, triginta numero, inter se eligebant optimum uirum, quem iudicij principem constituebant, in locum cuius, ciuitas alium iudicem substituebat. His omnibus uictus sed principi opulentior, à rege dabatur. Is aurea catena, signũ uarijs ornatum lapidibus, à collo suspensum, quod appellabant ueritatẽ, gestabat. Ceptis iudicijs, ac signo ueritatis à principe iudicũ proposito, omnibusq; legibus, quæ octo libris continebantur, in medio eorum cõstitutis, mos erat accusatorem scribere ea, in quibus alium accusabat, modumq; patratæ iniuriæ aut damni facti, quanticq; eam extimaret scribere. Reo tempus dabatur rescribendi ad singula, & aut se id non fecisse, aut rectè fecisse purgandi, aut iniuriam uel damnum minoris extimandi. Rursus accusatori, reoq; inuicem respõdendi locus erat. Ita bis auditis litigatoribus, cum iudices de controuersia quæ sissent, princeps signo ueritatis in partem ueriorem uerso, sententiam ferabat. Hic mos iudiciorum apud Aegyptios erat, extimantes accusantiũ, excusantiumq; altercatione, & scriptis ueritatẽ maxime elici posse. Sanè oratorum ars, hypocritarum fraudes, lachrymæ periclitãtium, multos à recto ueroq; iudicio auerterunt. Videre quidem licet, aut errore, aut effectione aliqua, aut misericordia, aut oratione dicẽtis sæpius reos fuisse ab iudicibus absolutos. Verum si aduersantium scripta penitus intellígantur, existimarunt iudicari rectius ueluti nora ueritate posse, quum neq; ingenio, neque astutia, neq; mendacio, neq; audacia, neq; arte iudicia peruerterentur, sed cuiq; esset commune ius: tum quia tempus dabatur accusatori, reoq; ad disceptandum: tum quia iudices & eorum responsis elicerent ueri iudicij modum. Quoniam de legum institutione mentio incidit, haud erit alienum ab instituta historia antiquas Aegyptiorum leges referre, quo palàm fit, quantum cæteris præstant, & rerum ordine & utilitate. Primum periuri capite mulctabantur, tanquàm qui duplici tenerentur scelere, ut qui & pietatem in deos uiolarent, & fidem inter homines tollerent, maximũ uinculũ societatis humanæ. Si quis iter faciens, aut hominẽ à latronibus cædi cõperiret, aut quãlibet iniuriam perpeti, neq; subuenire auxilio, si posset, mortis erat reus. Si auxilium ferre

*Iudicia Aegyptiorum.*
*Pœnã pdesse.*
*Iudicis monile*
*Sententiæ modus.*
*Aegyptiorum leges.*
*Periuri pœna.*



ferre non posset, denuntiare latrones tenebatur, & iniuriam accusatione prosequi qui ea negligeret, plagis ad certum numerum plectebatur, triduoq; carebat cibo. Falso quempiam accusans, si postmodum ad iudicium delatus foret, pœnam calumniatoribus statuam subibat. Cogebãtur Aegyptij omnes, scripta sua nomina ad præsides regionum, & simul quo exercitio uiuerent, deferre, qua in re, si quis mentiretur, aut si iniusto uiueret quæstu, in mortis pœnam incidebat. Dicitur hanc eadem legem à Solone, quum ad Aegyptios penetrasset, ad Athenienseis traductam. Si quis sponte, aut liberum, aut seruũ occidisset, morte damnari leges iubebant: quæ non fortunæ conditionem, sed consilium facti pendentes, hominis à sceleribus deterrebant, & simul uindicata serui morte reddebantur liberi securiores. Patribus, qui filios occiderent, non erat pœna mortis indicta, sed tribus diebus, noctibúsque continuis edictum, ut circa defuncti corpus assisteret, publica etiam custodia astante. Non enim iustum putabant eum priuari uita, qui uitæ filijs auctor fuisset, sed potius continuo dolore, factiq; pœnitentia affligi, quo cæteri ab simile facto auerterentur. Parricidis exquisitam imposuerunt pœnam. Nam arti culatim præacutis calamis cæsos iubebant uiuos supra spinarum aceruum comburi, maximum inter mortaleis iudicantes scelus, ei mortem per uim inferre, à quo uitam accepisset. Mulierum morti destinatarum, si prægnantes essent, paruus expectabatur, quam legem multi Græcorum acceperunt, existimantes penitus iniquum esse eum, qui nihil commisisset, unà cum facinoroso pœnam pati, aut duos plect, quum unus deliquisset. Quunq; eo, qui sponte peccasset, criminis uacuum puniri. Insuper quum sola peccasset mater, minime æquum censebant, filium patri, matriq; communem luere maternam pœnam. Et enim sæpe repertum est, iniquos iudices mortis reos liberasse, damnasse insonteis. In bellis uerò, qui aut ordinem reliquissent, aut non parerent ducibus non plectabantur morte, sed maxima omnium ignominia, qua postmodum uirtute, & rectè facto deleta, ad priorem statum redibant. Ea lex & homines assuefaciebat, ut id dedecus pessimum malum, morteque ipsa grauiorem cẽserent. Et simul admonebat mortuos, nil iam uitæ mortalium prodesse. Ignominia uerò affectos, plurium bonorum uirtutis diderio causam futuros. His qui secreta hostibus reuelassent, linguam lex iubebat abscindi. Ei qui monetam circumcideret, aut adulterinam cuderet, aut pondus, uel signa ĩmutaret, aut literis inscriberet, aut descripto demeret, aut falsas syngraphas afferret, ambæ amputabant manus, ut quæ corpis pars peccasset, per uniuersam uitam lueret pœnam. Cæteri quoque aliorum calamitate moniti, ab simili scelere abstinerent. Asperæ etiam, circa mulierum delicta, pœnæ statutæ erant. Nam ei, qui mulierem liberam uiolasset, uirilia execabantur, quoniam uno crimine tria haud parua scelera complexus esset: Iniuriam, corruptelam, & liberorum confusionem. In adulterio

*Accusans falsò*
*Aegyptiorum nomina.*
*Homicidæ.*
*Parricidæ.*
*Prægnantes.*
*Inobedientes. Futiles.*
*Moneta adulterina falsarij.*
*Adulteria.*

terio ſpontaneo deprehenſus, uirgis cædebatur ad mille plagas. Mulier naſo mutilabatur. Quo dedecore uultus incontinentia maculatus, ea mulctaretur parte, qua maximè facies exornatur. Legum, quæ ad hominum commertia pertinent, Bocchoridem latorem ſcribunt fuiſſe. Hæ mandant creditis abſq; ſcriptura mutuo pecunijs, ſi negarentur, ſtari debitoris iuramẽto: ut quæ iuſ iurandum ueluti religioſam rem magni extimarent. Namquum certum ſit ijs, qui ſæpius iurant, abrogari fidem, plurimi ducunt neboni uiri nomẽ amittatur, raro ad iuramentum deſcendere. Legis inſuper lator omnem fidem in uirtute conſtituens, bonis moribus iudicauit aſſuefieri homines ad probitatem, ne indigni fide uiderentur debere. Iniquum etiam putauit eis, quibus abſq; iureiurando credita pecunia eſſet, de re ſua iurantibus, non præſtari fidem. Fœnus, quod exſcripto contrahebatur, prohibebat ultra contracti mutui duplum exigi, ſolutio ex bonis debitoris ſolum fiebat. Corpus non poterat addici creditori putabat enim oportere bona tantum ſubdita eſſe debitis. Corpora, quorum opera & bello & pace uterentur, ciuitatibus addicta eſſe. Non enim æquum uidebatur milites, qui pro patriæ ſalute pericula ſubirẽt, pro uſuris incarcerem duci, aut ob unius auaritiam, in periculum agi patriæ ſalutem. Hanc quoq; legem uidetur Solon ad Athenienſes tranſtuliſſe, quã Siſatheam appellauit decernens, ne ob uſuras ciuium corpora necterentur. Haud iniuria queruntur quidam de nonnullis Græcis legum latoribus, qui arma, aut aratrum, aut aliud quiduis operi neceſſarium prohibeant ob fœnus addici creditori, corpora uero, quæ his utuntur, tradi permittãt. Lex præterea priuatim de furibus apud ſolos Aegyptios hæc erat. Iubebat eos qui furari uolebant, nomen ſuum apud principem ſacerdotum ſcribere, atq; cueſtigio furtum ad eum deferre. Similiter quibus res furto erepta erat, ad eundẽ, rei ſublatæ tempus, diem & horam, ſcribere tenebantur. Hoc modo facilè in uetero furto, qui rem amiſiſſet, quarta mulctabatur parte, quæ daretur furi. Satius lator eſſe legis duxit, quum impoſſibile eſſet furta prohiberi, potius alicuius portionis quàm totius rei amiſſæ, homines iacturam pati. Nuptiarũ nõ idem apud Aegyptios moſeſt. Sacerdotibus unam tantum uxorem ducere licet: reliqui pro uoluntate, & facultatibus plures habent. Quam legem conferre exiſtimant, propter hominum multitudinem, & ad fœlicitatẽ & ad potentiam ciuitatum. Nullus ex eis, ne ex ſerua quidem empta genitus, ſpurius habetur. Solum enim partem exiſtimant generis auctorem, matrem, & nutrimentum, & locum infanti præbere. Arbores uero fructum ferẽtes, præter Græcorum morem appellant mares, fœminas, quæ adiuuant maturitatem. Natos adeò parua educãt, facilique impenſa, ut uix credi poſſet. Nam tum ſcirporum, tum alijs radicibus, quas ſub cineribus coquunt, cum caulibus paluſtribus, quas partim coctas, partim aſſas igni, partim crudas pro cibo præbẽt liberos nutriunt. Diſcalciati, nudique maiori ex parte ob patriæ temperiem, uitam

*Bocchoris legum lator: iuſiurandum.*

*Fœnus. Vſura.*

*Lex Siſathea.*

*Furum mos.*

*Aegyptiorum uxores.*

*Cibus infantium.*



uitam ducunt. Omnis ſumptus in pueros, quouſq; ad ætatem perueniant, à parentibus impenſus non excedit dragmas uiginti. Qua ex cauſa contingit Aegyptum genteis cæteras hominum numero excedere pluraq; in ea magnifica eſſe opera effecta. Eruditi ſacerdotes filios, & literis quæ appellantur ſacræ, & alijs, quæ ad cõmunem ſpectant doctrinam, ut plurimum geometricæ, arithmeticæq; ſtudio intenti. Fluuius enim, qui ſingulis annis propter inundationem uarias agrorum formas ſuperinducit, magnas contentiones inter uicinos de finibus agrorum excitat, quæ abſq; geometriæ adminiculo, haud facilè componi poſſent. Arithmetica uerò & uitæ domeſticæ eſt utilis, & ad geometriam atq; aſtrologiam maximè confert. Accuratè uerò & ab alijs quibuſdam, & ab Aegyptijs traditur, ordo & aſtrorum motus, eorumq; deſcriptio, res multis ante ea ſæculis ſummo ſtudio obſeruata. Planetarum inſuper motus, coniunctiones epiciclos, cuilibet, qui etiam uireis erga animantiũ generationem, quæ ſit, aut bona, aut mala importarent hominibus, diligenter ſcrutati ſunt ſæpiusquoq; quo melius occurri futuris poſſet. Sterilitatem præterea fructuum ubertatem, morbo, tum hominibus tum pecoribus imminentes, terræmotum, atq; inundationum tempora, cometarumq; ortus prædicebatur. Multa etiam reliquis cognitu difficillima, diutina obſeruatione nota ſignificabant. Aſſerunt etiam in Babylonia Chaldæos Aegyptiorum colonos, aſtrologiæ, ut qui eam ab Aegyptiorum ſacerdotibus acceperint, peritos eſſe. Reliqua Aegyptiorum multitudo à pueris, ex patre aut cognatis diſcunt, ut dictum eſt, exercitia uitæ. Literas percipiunt non omnes, ſed artificio dediti. Palæſtræ, aut muſicæ, non uacant exiſtimãtes quotidianum illius exercitium iunioribus infirmum eſſe, & periculoſum, exq; eo breuiores uires effici. Muſicam non ſolum inutilem, ſed nocuam ducunt, tanquàm uirorum animos effœminantẽ. Morbos, uel ieiunio curant, uel uomitu idq; aut quotidie, aut tribus diebus aut quatuor interiectis. Aſſerunt enim ex ciborum ſuperfluitate, omneis creari morbos. Eam ergo ad ualitudinem curam eſſe optimam, quæ morborum principia auferat. In militiam, aut peregrinationẽ profecti, nulla impenſa mercede curantur. Medici enim ex publico uictum ſumunt, ægros ſecundum legem curant, ab antiquis medicis. cõprobatiſq; ſcriptoribus traditam. Siquis normam ſacri libri ſecutus, infirmum ſanare nequiuerit, omni caret crimine. Si præterea, quæ libris continentur, illum cauerit, morte punitur. Credidit enim legislator ea medendi cura, quæ plurimo tempore ab optimis medicis obſeruata, profectaq; ſit, haud facilè meliorem reperiri poſſe. Animãtia diſs penes Aegyptios ſacra, haud immeritò præter fidem uidetur, quanto honore habeantur credere. Colunt enim animantia quædam præter modum, nõ ſolũ uiua, ſed etiam mortua ſicut felem, Ichneumonas, canes, accipitres, ibides, lupos, crocodillos, & huiuſmodi plura. Quorum cauſas reddere, ſi prius pauca de his diſſeruerimus, enitemur. Primum

*Sacerdotum filij.*

*Arithmetica: Geometria.*

*Aſtrorum motus.*

*Chaldæi.*

*Muſica. Morborũ curatio.*

*Medici publici.*

*Aegyptiorum animalia culta*

R

mum singuli animantibus quæ colunt, separatim quampiam regionem sa-
Vota Aegyptiorum. crant, quæ satis sint ad earum curam ac uictum. Faciunt etiam diis quibusdã uota Aegyptij pro pueris, qui morbo euaserint, radentesq; capillos, ac in auro, argento ue ponẽtes, dant mimis magis. Qui eiusmodi animalium curam habent, Alij carnes incisas, accipitribus uolantibus proijciunt, magna uoce, donec carnes capiant appellantes. Incibum uerò, felis ac Ichneumonis, blandientes illis ac allicientes, panem in lacte ponunt, aut nutriunt piscibus Nili. Eodem pacto & animalibus cæteris opportunum cibum præbent. Non solũ uerò horum cultum palàm profiteri non erubescunt, sed tanquàm in honoribus deorum effusi, id laudi sibi & decori ducunt. Quunq; signis illorum proprijs urbeis ac uaria loca circumeant, procul ostentantes quæ obseruant animalia, ea, more supplicum, singuli uenerantur. Quum aliquod eorum moritur, sindone contectum, cum ululatu pectus percutientes, sale liniunt, accedri liquore, unguentisq; odoriferis, quo diutius seruetur corpus, unctum, in sacris locis sepeliunt. Si quis, quod horum sponte animalium occiderit, morte damnatur: eluro & ibide exceptis, quos sponte, an secus occiderit, interficitur accurrente turba: & absq; iudicio, hominem uarijs supplicijs affectum interficiente. Quo timore qui hos mortuos conspexit, procul astans, lamentatur, testificans animal absq; sua culpa mortuum esse. Adeò autem mentes hominum ea superstitio peruasit, adeoq; infixus animis horum cultus, ut quo tempore Ptolomæus rex à Romanis socius, atq; amicus dictus est, applaudentibus Aegyptijs, Italosq; ad se uenientes summo studio colentibus, maximeq; annitentibus, ne quam dissensionum, aut belli causam præberent. Tamen quum quidam Romanus felem occidisset, ad domum eius cõcursu plebis facto, neq; ab regijs ad id missis principibus, neq; à Romanorum timore, à pœna hominis absterreri potuerunt: quamuis non sponte bestiam occidisset. Quam rem non auditu percæpimus, sed uisu, quũ eo tempore in Aegyptum nauigassemus. Videntur hæc forsan indigna fide nonnullis, & fabulis, quàm uero similia. Sed indigniora multò uideri debent, quæ sequũtur. Præmente aliquãdo Aegyptios fame, adeò ut plures ab humana carne ob inopiã cibi non abstinerent, animalia sacra omnino intacta reliquêre. Si cubi uerò canis domi mortuus repertus esset, singuli eius domus, totum corpus, acta lamentatione, radunt. Hoc quoq; est mirabilius, si cubi uinum, frumentum ue, aut aliud quid, uictui accõmodatum, ubi simile animal expirauit inuentum esset, non amplius illius utebantur. Eodemq; luctu, etiam ad alia loca profecti, elures, & accipitres mortuos, ad Aegyptum, deficiente persæpe uiatico deferebant. Quamuis etiã facilè sit, quomodo apud Memphim apis, apud Heliopoli Mneuis, apud Midetam hircus, Crocodillus apud Meridiem paludẽ, leo apud Leontem ciuitatem, multaq; alia uariè colantur: referre tamẽ difficile est ea apud huiusmodi rerũ insçios credi. Nutriunt hæc animalia summa cur a

*Animaliũ sepulturæ.*

*Stultitia Aegyptiorũ in cultu animalium.*

*De Romano felis interemptore ultio sumpta.*

*Mira à canibus cæterisq; animalibus sacris abstinẽtia*

*Diuersa diuersæ regiões adorant animalia.*



cura atq; impensa in templorum ambitu, à uiris haud quaquàm contemnendis. Quæ similagine & halica, uarijsq; epulis lacte cõditis cibant. Anseres insuper tum elixos, tum assos opponunt quotidie. His qui cruda edunt, aueis captas præbent. Deniq; eas omneis magna sustentant cura ac sumptu. Lauãt insuper aqua calida unguentis optimis odoriferisq;, lectos, quoq; illis sumptuosos sternunt atq; ornatos. Si quod ex eis infirma natura nascitur, diligenter curant. Præterea fœmellas, cuiq; generi animalium præparãt speciolas, quas appellant Pellices. Inq; his nutriendis plurimum impensæ atq; operæ ponunt. Eorum mortem æquæ, ac filiorum lugẽt, sepeliuntq; sumptuosius, quàm eorum facultas ferat. Post Alexandri obitum, quum Ptolemæus Lagus Aegyptum teneret, boue in Memphi exsenecta mortuo, qui illius nutriendi curam cæperat, pecuniam quæ in eius sumptu data erat, per magnam, ac insuper quinquaginta talenta argenti mutuo à Ptolemæo sumpta, in eius sepulturam impendit. Nostra quoq; ætate, quidam, qui ea animalia nutrierant, in illorum sepulchra haud minus centum talentis cõtulêre. Addemus & his quæ circa sacri tauri, quem uocant apim, curam fieri pcæpimus. Eo mortuo, magnificeq; sepulto, quærunt, ad id delecti sacerdotes, uitulum priori persimilem, inuento, populus luctũ finit. Sacerdotes quibus ea immineat solicitudo, primum in ciuitatem Nili, uitulum perducunt: in qua eum nutriunt diebus quadraginta. Deinceps in nauim contectam, habitaculũ aureum habentem, introducentes, & ad Memphim, ut deum ducentes, in Vulcani fano locant. His diebus solæ mulieres Taurum uidẽt, quæ ante eius faciem astantes, uestibus sublatis, ei abrasum fœmen ostentant. Reliquo tempore prohibentur in conspectum huius dei accedere. Honoris bouí impensi causam, nõnulli tradunt, quòd defuncti Osiridis anima, in bonem transmigrasset, quæ deinceps ad posteros pergẽs, fuerit trãsfusa. Alij à Typhone interfecto Osiride, ferunt apim membra eius collecta, in bouem ligneum, corio bouis albo circundatum, coniecisse, ideoq; ciuitatem Busiridem appellatam. Multa alia de apide fabulantur, quæ longum esset singulatim referre. Omnia uerò miranda, & fide maiora de eiusmodi animaliũ honore differentes Aegyptij dubitationem haud paruam, quærentibus causas injecerunt. Sacerdotes secretiora quædam scripta, prout iam diximus, habent. Multi Aegyptiorum treis causas reddunt: quarum prima omnino fabulosa est, & antiquorum simplicitate digna. Aiunt enim priores deos, quum pauci numero essent, uiribusq; populo impares, impietatem uerò hominũ timerent similes sibi quibusdam animantibus finxisse, eoq; modo crudelitatem, uimq; hominũ effugisse. Parto deinceps orbis imperio, ut redderetur animalibus gratia, quæ suæ salutis causam præbuissent, consecrasse illa quorum sumpsissent formam: ostendisseq; quo pacto, & uiua nutrienda essent, & mortua sepelienda. Secũdam causam ferũt Aegyptios ueteres, apud quos nulla militaris disciplina, quum à uicino sæpius

*Magna p bouis sepultura impensa.*

*Bouis honor cur.*

*Busiris ciuitas*

*Animalia cur culta.*

sæpius bello superarentur, excogitasse ferre aliquod insigne, quod milites se-
querentur. Figuras igitur animaliũ quæ nunc colunt, tabulis pictas, duces eo-
rum in bello tulisse, eaq; exre cognito, seruatoq; sub quo quisq; militaret or-
dine, uictoriam cõsecutos. Igitur usum esse gratiã his animalibus, tanquàm
uictoriæ auctoribus reddi. Statutumq; nephas esse, quodpiam eorum, quo-
rum imago delata fuerit, occidi, sed coli potius debere, honoreq; affici. Ter-
tia affertur causa horum animantium, illata uictui hominum utilitas. Nam
bos fœmella, & alios parit, qui terram arant, & ipsa haud inutilis ad arandũ.
Oues bis edunt fœtus, lanamq; præbentes uario accõmodatam usui. laccase-
umq; abunde nobis præbent. Canis tum uenationi, tum ad custodiam pro-
dest. Propterea deum, qui apud eos Anubis uocatur, capite fingunt canino,
significantes, custodem corporis Osiridis atq; Isidis fuisse. Quidam asserunt
Isidis canes, quo tempore Osiris quæsitus est, & feras & obuios omneis am-
mouentes, unà Osiridis corpus inuestigasse. Ideoq; infestis Isidis præire ca-
nes pompam, ueteri more, antiquam erga caneis gratiam ostentante. Feles
uerò ad serpentum, & ad aliorũ reptilia morsus plurimum conferũt. Ichneu-
mon crocodillos obseruans, oua eorum conterit qua diligentia occurrit, ne il-
lo multitudine infestum flumen reddatur. Quodq; dictu incredibile uideat, *Ibidis utilitas.*
crocodillos occidunt. Mersi enim limo, quũ bestiæ aperto ore in littore dor-
mientes iacent, per os infra corpus insiliunt, eosq; uentre, confestim absq; ul-
lo periculo, fera mortua egrediuntur. Ex auibus, tum ibis utilissima est ad ser
penteis ac locustas, bruscosq; delenteis, tum accipitres admodum prosunt ad
scorpiones, cerastasq; & parua animalia, quæ morsu nocẽt. Quidam ob eam
causam honorẽ haberi accipitri uolunt, quòd his utantur augures, in futuro-
rum prædictione. Alij accipitrẽ priscis temporibus dicunt, librum, Puniceis
inscriptũ literis, in quo continebat, qui cultus dijs, qui ue honor, deberet, The
bas, ad sacerdotes detulisse. Quapropter literarum sacrarũ scriptores, & Pu- *Aquilæ honor*
niceũ filum gestant, & accipitris alam in capite. Thebæ aquilam honorant, *Hirci honor.*
tum quia regia uidetur auis, tum Ioue digna. Hircũ deificarũt sicut & Græ-
ci Priapum: propter eam corporis partem, à qua fit omnium ortus, pudẽdis *Priapus.*
non solum Aegyptij, sed alij plures sacra faciunt, tanquàm causæ animãtium
creationis. Sacerdotes quoq; cum in Aegypto sacra patria suscipiunt, primũ *Panes.*
huic deo initiantur. Panas insuper & Satyros tradunt eadem causa ab homi- *Satyri.*
nibus coli. Igitur & imagines horum plurimas nonnulli in gratiam fœcundi-
tatis eorum in templis ponunt, in hirci naturæ, quam libidinosam esse dicunt,
similitudinem. Tauros sacros apim scilicet ac Mneuim pro dijs honorant, in
Osiridis ueluti frugum ac fructuum repertoris, memoriam, apud posteros
immortalem. Boues ruffos quoniam uidentur colore similes Typhoni, qui
Osiridem necauit, immolari permissum. Et homines quoq; colore Typho-
nis, antiqui reges ad sepulchrum Osiridis sacrificio mactabant. Qua ex causa
pauci



pauci ruffi Aegyptij reperiebantur, externi plures. Hæc res materiam fabu-
landi Græcis dedit, Busiridem hospites necasse, sed Osiridis sepulchrũ ea cru-
delitate notatum est. Lupos uenerari ferunt propter similitudinem canum,
parum enim natura, quum etiam mutuo coëant, à canibus differunt. Red-
dunt & aliam causam honoris huius Aegyptij fabulosiorem, nam quum Isis
unà cum filio Oro, cum Typhone esset bello dimicatura, ferunt Osiridem lu
pi forma ab inferis auxilio & uxori & filio uenisse. Victores itaq; Typhone in
terfecto, honorem ei animanti impendisse, cuius interuentu subsidioq; uicto
ria parta esset. Tradũt nonnulli agros Aegyptiorum incursantes Aethiopes,
à lupis, facta acie usq; ad ciuitatem Elephantinã repulsos. Qua ex re sit & lo-
locus ille dictus λυκόπολις, et eis belluis honos à posteris habitus. Crocodil- *λυκόπολις.*
los admirantur multi, cum homines interficiant, edantq; rem pernitiosam *Crocodilli*
mortalibus, quur lege ut pro dijs colantur, fuerit sancitum. Sed uidentur toti *honor.*
patriæ securitatem afferre, non tantum Nilus, sed & qui in eo sint crocodilli.
Quos Arabiæ Lybiæq; latrones ueriti, non audent flumen transire popula-
tum. Affertur & alia ab historicis huius bestiæ colendæ ratio. Nam regem
quem Minam dixêre, cum sui canes persequerentur, fugisse aiunt in Miridis *Mina rex.*
paludem, ibiq; à crocodillo susceptum, mirabile dictu, in continentẽ fuisse de-
latum. Igitur ut gratiam animali redderet, cõdita ciuitate, paludi propinqua,
quam Crocodillam appellauit, mãdasse accolis, ut pro deo ea bestia coleret, *Crocodilla*
paludemq; in earum cibum uouisse. Eo quoq; in loco pyramidem quaq; uer *urbs.*
sus quadratam in sepulchrũ sibi ac rem multis admirandam sæculis labyrin-
thum ædificasse uolunt. Similia & de multis alijs animantibus ferunt, quæ
breuitatem sequentes omisimus. Hæc autem ab eis utilitatis causa fuisse ad-
inuenta indicium est, nonnullos cibis quibusdã, qui in usu sint, abstinere. Nam
quidam lentem, alij fabam, nõnulli caseum, alij cæpe quũ plurimos eiusmodi
fructus ferat Aegyptus, nequaquàm edunt. Adijcitur his & alia causa apud
priscos reges sæpius desciscente populo, quẽpiam prudentia præstantem in
plureis Aegyptum parteis diuisisse, edixisseq; quæ animalia separatim cole-
rent, à quibus ue cibis abstinerent. Eo id actum esse consilio, ut quum quisq;
certa animantia pro dijs haberent, quæ ab alijs colerentur contemptis, alteri
alteros perosi, nequaquàm simul aduersus princeps conspirarẽt. Quod & se-
cutum est. Nam diuersorum finium homines inuicem dissentiunt, mutuòsi-
bi cultus impietatem obijcientes. Fertur & alia horum animaliũ consecran-
dorum ratio. Nam à primordio orbis conuenientes simul homines ex sylue-
stri uita, primum carnibus humanis uescebantur, bellabanturq; inuicem, eo
cui plus uirium inerat, superante. Tum iniurijs potentiorũ imbecilles, urgen
te necessitate edocti, acie facta, signum animalis sibi ex his quæ postea conse
crata sunt, proposuêre. Ad quod post modum congregati infirmiores, aduer
sus aliorum iniurias se tuebantur. Quo factum est, ut animali, quod salutis

causa fuerat, deorum honores tribuerentur. Ita diuersæ Aegyptiorum gentes huiusmodi animantibus à suis maioribus sacris, usq; ad hoc tempus honorespræbent. Ex ea re dicunt Aegyptij præter alias nationes erga benemeritos de se grati. Existimant enim magnũ uitæ subsidium esse gratiæ retributionem. Et sanè mouent omnes ad beneficia eis impẽdendo, apud quos senserint gratiã optimè locatam esse. Hac Aegyptij causa, suos reges, summo honore ueneratione q; ut deos obseruant. Nam neq; absq; diuino numine illos tantũ imperiũ credũt assecutos, & optimè de mortalibus meritos, propter res egregiè gestas, diuinæ naturæ participes arbitrant. Videbũtur fortassis hæc quæ diximus miranda, sed nequaquàm minus admirabit quis, si quid apud quosq; fit Aegyptios consideret in funere mortuorũ. Priuati diuersarũ gentium mores. Quum quis defunctus est, ppinqui omnes amici, qui deturpato luto capite, lugentes ciuitatẽ, quoad mortuus sepeliatur, circumeũt. Interim neq; lauantur neq; uinũ aut cibum nisi uilem sumũt, neq; uestibus utunt splendidis. Sepulchrorũ tres habentur species: Sumptuosa, mediocris, humilis. In prima argenti talentũ exponunt: In secunda minas uiginti: in ultima parum quid sumptus irrogat. Qui funera mortuorũ curant, eo exercitio à maioribus tradito, funeris impensam domesticis descriptã ferunt. Scrutantes quanti uelint celebrari funus, conuentione facta, corpus eis traditurus, ut iuxta impensam curetur funus. Primus Grammaticus (ita enim appellatur) posito humi corpore, circa illa describit, quantũ à sinistra parte incidatur. Deinde qui dicitur scissor, habens lapidem Aethiopicũ, quantum lex finit, latus aperit, subitoq; cursu persequẽtibus qui astabant, lapidesq; cum execratione in eum iacentibus, fugit. Existimant enim odium inhærere, quicunq; amici corpus uulnere illato uiolarit. Curatores uerò corporis hos Sallitores appellant, honore digni, existimationeq; habentur. Vtuntur enim sacerdotibus, templaq; pariter ingrediuntur. His penes cadauer astantibus, unus per scissuram corporis, interiora præter renes & cor ducit. Quæ singula alter uino Phœniceo, ex rebus odoriferis lauat, deinde corpus totũ, primum ex cedro, cum alijs preciosis unguentis, ungũt dies amplius triginta. Myrrha deinceps ac cynamomo, cæterisq; rebus liniunt, quæ non solum id seruare diutinè, sed odoriferum reddere queant. Curatũ cadauer cognatis tradunt defuncti. Ita singulis eius partibus, etiam superciliorum, palpebrarũq; pilis integrè seruatis, ut omnis corporis species, dormientis more, integra perduret, plures Aegyptij progenitorum corporibus domi magno sumptu conditis, respicientes suorum imagines uiuentium, magnitudine, & habitu à longa progenie ductas, tanquàm uiuentium aspectu animo oblectantur. Antequàm sepeliatur corpus, prædicit à cognatis, tum iudicibus, tum defuncti amici, sepulturæ dies. Asserunt uerò illum nomine mortuum appellantes paludem transiturum. Astantibus iudicibus amplius quadraginta numero, sedentibusq; in præparato ultra stagnũ hemicyclo, trahitur nauis ad id composita ab his, quibus ea cura iniuncta est: regente magistro, quem sua lingua Aegyptij Cyronem uocant. Vnde & Orpheum, qua de re paulò pòst dicetur, asserunt, quum hunc morem apud Aegyptios conspexisset, finxisse pòst modum, inferos partim quæ uiderat imitatum, partim quæ ipse commẽtus esset. Perducta in stagnum naui, antequàm condatur in arcam cadauer, permittitur lege uolenti mortuum accusare. Si quis comprobatur malè uixisse, iudices sententiam ferũt, qua censent corpus eius sepulchro priuandum. Qui deprehenditur iniustè crimen obiecisse, magna mulctatur pœna. Quum deest accusator, aut per calumniã accusatum constat, cognati finito luctu, ad laudes mortui uertuntur, nil de genere eius, sicut Græci consueuerunt narrantes. Existimant enim omnes Aegyptij patriter nobiles esse, sed ordientes à puericia, in qua uitæ institutionem, eruditionemq; recensent, ad uiri ætatem descendunt: eius erga deos religionem, iustitiam, continentiam, uirtutesq; cæteras cõmemorantes. Inuocatis uerò inferis diis, precantur, ut eam inter pios locent. Ad quæ uerba omnis multitudo correspondet, gloriam mortui extollens, tanquàm apud inferos cum beatis semp futuri. Sepeliunt postea quisq; suos, hi in proprijs sepulchris, hi quibus ea desunt, domi apud firmiorem parietem arca corporis erecta. Qui uerò, aut crimine aliquo, aut fœnore, sepultura prohibent, domi absq; arca ponuntur: quos posteri ditiores facti, ac debita crimina soluentes, honorificè sepeliunt. Gloriantur enim Aegyptij, suos parentes, maiores ue magnificè esse sepultos. Mos est apud eos defunctorum parentum corpora dare in pignus creditori. Summa illos qui non redimunt sequitur infamia, & sepultura carent. Mirabitur quis meritò eos, qui hæc instituerunt, non solũ quæ ad uiuentium mores spectarent prosecutos, sed etiam quæ ad mortuorum sepulchra, cultumq; pertinerent. Adeò hoc pacto ad bonos mores, quãtum fieri posset, componi uitam hominum extimabant. Græci sanè, qui fictis fabulis, ac poëtarum dictis fidem excedentibus de priorum meritis, malorumq; pœna tradiderunt, nequaquàm potuerunt suis scriptis traducere homines ad uirtutẽ. Qui uè cõtra potius derisi, contemptiq; sunt ab improbis. Apud Aegyptios uerò non fabulis, sed uisu impijs pœna, iustis laus impartita. Singulis diebus utroq; eorum quæ uitæ utilia existant, admonet, quum uideant cuique proprijs quæ ægit debiti præmij memoriam impendi. Qua ex causa ad meliorem singuli uertuntur uiuendi normam. Eas enim optimas esse leges putandum est, quibus non diuites, sed honesti, prudentesq; homines fiant. Igit de Aegyptijs legumlatoribus qui eas tam admirabiles exquisitasq; tradiderẽ, dicendum uidetur.

*Aegypti præcũctis gratiosi.*
*Reges.*
*Mos Aegyptiorũ, p corporibus mortuorũ sepeliendis.*
*Sepulchrorũ tres species.*
*Sallitores.*
*Cadauerum cura.*





*Cyron. Inferorum figmenta.*
*Mortuorum laus.*
*Pignora parentum.*
*Leges optimæ.*

## DE LEGVM INSTITORIBVS APVD AEGYPTIOS.

POST antiquam Aegyptiorũ uitam, quam deũm, heorumq; tempore fuisse fabulantur, tradunt persuasisse primum multitudini scriptis uti legibus, Minoẽ magni animi uirum, uitaq; inter omnes probatæ. Finxisse autẽ eas Mercurij datas præcepto tanq uàm magnorum bonorum causam futuras. Quemadmodũ apud Græcos aiunt in Creta quidem Minoẽ, apud Lacedæmonios Lygurgum fecisse, quorum alter Iouem, alter Apollinem suarum legum auctorem extitisse dixit. Plureis quoque nationes eo modo traduntur leges suscepisse, quæ optemperantibus multorum bonorum causa fuêre. Arianeis nanq; scribunt Zatrasten simulato numine dedisse leges. Getis eodem modo Zamolxis Vestam proferens, leges tulit. Apud Iudæos Moyses Abiao, quem deum uocant, acceptas leges dare, præferebat: siue putantes rem mirandam ac diuinam maximeq; mortalibus utilem leges esse, siue ut citius populi ob rei excellentiam deum timore legibus optemperarẽt. Secundus apud Aegyptios legumlator dicitur, uir prudentia excellens, Sasochis. Hunc & ad deum religionem, cultumq; multa prioribus legibus addidisse perhibẽt, geometriæq; fuisse inuentorem, ac incolis astrorũ cursus ostendisse. Tertium Sooſim regem tradũt, qui ad rem militarem & belli munia plurima contulit institutis suis. Quartus scribitur rex Bucchoris tulisse leges, dederit & commertia hominum, iudiciaq; constituerit, cuius memoria in multis ob ingenij acumẽ usq; ad hoc tempus manet. Eum dicunt infirmo extitisse corpore, pecuniarũ præ cæteris cupidũ. Post hunc legibus multa addidit Amasus rex, quẽ tradunt & de his quæ ad monarchas ptinent, deq; omni Aegyptiorũ œconomia præcæpisse. Hũc admodũ perspicacẽ scribũt, iusti, æquiq; amatorẽ, qua exre ab Aegyptijs est rex cõstitutus, quũ regio genere ortus nõ esset. Quũ Eliẽses circa Olimpiacũ certamẽ occupati, legatis ad eũ missis quæsissent, quo maximè modo id certameniustè fieret: Si nullus Elienſis certaret respondit. Polícratum Samiorũ principẽ, qui secum societatẽ coierat, cum & ciues & externos eò nauiganteis uolentius tractaret, per legatos ad modestiã hortatus est. Quo sua consilia aspernante, per epistolã societatẽ diremit: scibens quũ sciret illũ breui impiæ tyrãnidis pœnas daturũ, nolle ex amici casu dolere. Admirati sunt Græci plurimum uiri prudẽtiam, quũ Policrati breui quod prædictum fuerat, euenisset. Sextum ferunt Dareum Xerxis patrẽ legibus Aegyptiorũ addidisse. Cui quum displiceret Cambyſis, qui antea regnauerat, erga deos Aegyptios iniquitas, humaniter pieq; uixit. Itaq; sacerdotes eorũ haud aspernatus theologia ab illis gestisq; quæ libris sacris continebantur præceptis, priscorum regum magnificẽtiam, & in subditos humanitatem, historiam complexus est.

Minos. Legislator.

Lygurgi leges

Moysi leges.

Sasochis. Geometria. Astrorũ cursus.

Sooſis rex. Bucchoris.

Amasus rex.

Policratus.

Darei leges. Cambyses.

Certè



Certè uirtutem illorum imitatus ab Aegyptijs solus uiuens deus appellatus est. Mortuus uerò, eos honores assecutus, qui regibus antiqua lege tribuebantur. Has communeis leges priores illi magna gloria tradidêre. plura post modum quæ antea comprobata erant, Macedonum tempore sunt commutata. Nunc qui Græci sapientia & doctrina prædíti in Aegyptum priscis temporibus transierint, ut leges & doctrinam illorum perciperent, recẽsebimus. Scribunt eorum sacerdotes in sacris contineri libris, transisse primum ad Aegyptios Orpheum, Musæum, Melampodem, Dædalum, Homerum poëtam: & Spartanum Lygurgum. Deinceps Solonem Athenienſem, Platonem philosophum ac Samium Pythagoram. Eudoxum quoque mathematicum, ac Democritum Abderitem, & Inopidem Chium. Omnium uerò monstrantur uestigia, quorundam imagines, nonnullorum loca, tum ab eis tum ab doctrina quam secuti sunt, denominata. In Aegypto certè percæperunt omnia, quæ illos apud Græcos admirabiles fecêre. Nam Orpheũ hymnos deorum plurimos, orgia & inferorum fictionem attulisse tradunt. Osiridis sanè cerimonias, & Dionysij easdem esse, simileisq; esse Isidis Cereriscq; nominibus tantum differre. Impiorum uerò pœnas & campos elisios & statuarum usum, ab Aegyptiorum sepulchris sumpta introduxit. Mercurium quoque secundum antiquos destinantem finxit mortuorum animas. Erat mos Aegyptijs Apis corpus, reducentem aliquid prope astanti cerbero abscisum porrigere. His ab Orpheo ad Græcos traductis, Homerus Orpheum imitatus, idem in suo poëmate scribens, ait Mercurium Cyllenium animas heroum euocare, habentẽ uirgam in manibus. Rursusq; errant prope Oceani fluxum & Leucades petram, solisq; portas & somnia populorum. Sequebatur uirens pratum, ubi iuniorum erant animæ, simulachra mortuorum Oceanum igitur Nilum uocant, quoniam ab Aegyptijs proprio nomine Nilus Oceanus appellatur. Solis portas Heliopoli dicit, pratum uerò habitationem confictam putat, eorum qui trans paludem delati sunt, quæ Acherusia nominatur. Ea prope Memphim, circunq; prata amena, paludesque calamis plenæ. Prosequitur deinceps, mortuos hæc incolere loca, quoniam Aegyptiorum sepulchra maiori sanè ex parte in eis locis posita. Corpora uerò per fluuium & Acherusiam paludem ad sepulchrum delata, ibiq; condita, aliáque plura quæ nunc etiam seruant Aegyptij, dant fabulis quæ Græci de inferis finxerunt locum. Nam nauis quæ uectat corpora uarijs appellatur. Hæc apud Græcos ἐπιβάθρα. Obolum aiunt dari portitori cui nome inditum est ab incolis Charon. Asserunt circa hæc loca Hecates umbrosæ templum. Cocyti portas atque obliuionis, æreis uectibus distinctas. Esse & alias portas ueritatis, quas prope statua sit iustitiæ absque capite. Multa quoque alia fabulosa de Aegyptijs ferunt, quæ adhuc nomine & opere perseuerant. Nam in urbe Achanta trans Nilum Lybiam uersus procul à

Græci in Aegyptum.

Vide quid prisci de dijs sentirunt.

Charon.

Memphi,

Memphi, ſtadijs centum quinquaginta, uas eſt perforatum, ad quod ſingulis diebus ſacerdotes, cccl. aquam ex Nilo deferunt. Aſini etiam ficti fabula monſtratur, in quadam celebritate. Nodos enim quos unus in principio longioris funis complicat, alij poſt ſequentes, diſſoluunt. Melampodem inſuper ferunt Dionyſij ſacra ab Aegyptijs ad Græcos tranſtuliſſe, quæ ſic de Saturno feruntur, deq; Titanum, pugna, hiſtoriam, poſtremo omnem deorũ paſſionum docuiſſe. Dædalũ quoq; aiunt imitatum eſſe labyrinthi errores, qui ad hoc uſq; tempus manet. Hunc aliqui ædificaſſe dicunt Mendetum alij Naronem regem, multò antequàm Saturnus regnaret. Numerus priſcarum apud Aegyptios ſtatuarũ, idẽ eſt, qui à Dædalo Græcis factus, Templi Vulcani ueſtibuli quod pulcherrimũ in Memphi ſitum eſt, Dædalum architectũ fuiſſe cõſtat, obq; eam rem à populo ſtatua lignea in templo, quæ ab ipſo fabricata ſit, donatum. Huic propter artis præſtantiam, multaq; ab eo inuenta, magna gloria adepta, deorum honores accolæ impenderunt. In una enim Memphis inſularum templum, nunc queq; eſt Dædalo dicatum Homerũ in Aegypto fuiſſe, tum alia multa indicia feruntur, tum maximè potio ab Helena in præteritorum oblionem Telamacho data. Nam potionem ad abolendum luctum quam poëta Helenam compoſuiſſe ſcribit, in Thebis Aegyptijs à Polymneia Thonij uxore factam cõſtat, ubi nunc quoq; mulieres hoc medicamine utuntur. Apud ſolos uerò Heliopolitas, eædem enim Heliopolis & Thebæ ſunt, priſcis etiam temporibus inuenta eſſe tradunt, & iræ, & doloris medicamenta. Venerem incolæ ex antiquo homine auream appellant, agrumq; eſſe conſtat aureæ Veneris prope Memphim. Quæ de Iouis Iunonisq; connubio tradũtur, deq; in Aethiopiam peregrinatione, exinde uidetur, traductum, quòd annis ſingulis, Aegypti Iouis templum trajecto flumine in Lybiam fertur. Et conſtitutis diebus, iterum ad priorem locum reducunt, tanquàm Ioue ex Aethiopiæ redeunte. Quin etiam Lygurgus, Plato, Solon, multas ab Aegyptijs ſumptas leges ad ſuas reſpu. detulerunt. Pythagoras inſuper multa ex ſacris libris, geometriam quoq; & arithmeticam percæpit, acanimarum in alia corpora trãſmutationem. Exiſtimant autem & Democritum quinq; annis quibus in Aegypto fuit plurima in aſtrologia didiciſſe. Similiter & Inopidẽ cum ſacerdotibus aſtronomiſq; diutius uerſatum, & ſolis circulũ, & aliorũ curſus aſtrorum, zodiacũq; ac multa alia ab eis percepta, ad Græcos digna laude attuliſſe. Sculptores antiqui maximè in honore fuerũt Teledeus ad Theodorus Rhici filij, à quibus Sami Pithij Apollinis ſimulacrũ ineſt ſculptum. Huius ſtatuæ medietas fertur Teledei opus fuiſſe, reliqua pars à Theodoro in Epheſo perfecta. His ſimul poſitis, ita conueniebat totum corpus, ut abuno artificio ſculptum uideretur. Genus artis Græcis ignotũ, ſed apud Aegyptios erat uſu cognitũ. Nam ſoli Aegyptij, nõ oculis totius ſtatuæ compoſitionẽ metiebantur, ſed dimenſione, ut ex uarijs multisq;

*Melampus.*
*Dædalus.*
*Mendes urbs.*
*Vulcani templũ Dædali tẽplũ.*
*Homerus.*
*Potio ab Helena inuenta.*
*Venus aurea.*
*Iupiter.*
*Pythagoras.*
*Democritus.*
*Teledeus.*
*Theodorus.*



multisq; lapidibus, in unum corpus, ad certam menſuram redactis, ſtatua perficeretur. Res profecto miranda, diuerſos artifices, uarijs in locis, ita in unam menſuram conuenire, ut quandoq; ex uiginti, quandoq; ex quadraginta partibus, unica ſtatua componeretur. Quod in ſamo ſignum ſimile operi Aegyptio à capite uſq; ad pudenda ita pari forma diuiſum conſtat, ut unius opus appareat. Et hæc in modum ſtatuæ Aegyptiæ fertur protẽſis manibus cruribus in ambulantis modum. Et de Aegyptijs hactenus, nunc ad Aſſyrios tranſeamus.

FINIS.

EXPLICIT LIBER SECVNDVS,
Incipit Tertius: in quo hæc continentur. Primum,

De Nino qui primus in Aſia imperauit, deq; eius geſtis.
De Semyramidis genere, eiusq; incremento.
Quomodo Ninus duxit uxorem Semyramidem, ppter eius uirtutes.
Quomodo Semyramis poſt mortem Nini ſuſcepto imperio multa egregia fecit.
Aedificatio Babyloniæ.
De Semyramidis in Aegyptum, Aethiopiam, arq; Indiam expeditione.
De ſucceſſoribus ſuis, regum Babyloniæ delitijs, & ocio.
Quomodo Sardanapalus ultimus Aſſyriorũ rex propter uoluptates regno ab Arbacto Medo priuatus eſt.
De regibus Medijs, & quomodo de eis diſſentiunt ſcriptores.
De Chaldæis, & de obſeruatione aſtrorum.
Deſcriptio Indiæ, & de his quæ in ea fiunt, deq; Indorũ moribus & inſtitutis.
De Scythis, Amazonibus, & Hyperboreis.
De Arabia, deq; his quæ in ea ſita eſſe fabulantur.
De inſulis uerſus meridiem in Oceano inuentis.

DIODORI

# DIODORI SICVLI
## A POGO FLORENTINO IN LATINVM TRADVCTVS, DE ANTIQVORVM GESTIS FABVLOSIS, LIBER TERTIVS.

SVPERIORE LIBRO, IIS QVAE AD AEgyptiorum deos, Nili naturam, reges priscos, leges, mores, sacra, cæteraq; memoratu digna pertinebant descriptis, præsens antiquas Asiæ res continet, initio ab imperio Assyriorũ sumpto. In Asia priscis tẽporibus regnauêre indigetes quorũ gesta nomẽq; uetustas aboleuit. Primus rex Assyriorũ scriptores nactus est Ninus, qui eius gesta literis traderent. Is natura bellicosus, & uirtutis appetens, quum primũ robustissimos iuuenũ plurimo tempore, armorum usu, ad omnem laborum patientiam, & belli pericula exercuisset, coactu exercitu societatem init cum Arico Arabum rege, quorum opes ea tempestate, ut res erant, plurimum ui atq; armis præstabant. Hæc gens libertatem seruans, nullum aduenam apud se regnare passa est. Ita neque Persarum, neq; Macedonum reges, quamuis potentes armis eorum imperio potiti sunt. Est enim inexpugnabilis ab externo milite, propter loca partim deserta, partim arida, aquisq; deficiẽtia. Sunt tamen fontes plurimi, sed absconditi ac solis incolis noti. Ninus igitur Arabum rege assumpto, exercitum induxit aduersus Babylonios Arabiæ conterminos. Nondum enim condita erat Babylonia, sed aliæ circa urbeis nobiles incolebãtur, quibus propter armorum diluetudinem, facilè superatis, tributoq; impositio, regem eorum cum filijs captum interemit. Deinde quibusdam Armeniæ urbibus in potestatem redactis, Barzanes rex, Nino uiribus impar, cum multis donis occurrens, & se & regnum, cius potestati permisit. Huic Ninus magno usus animo Armeniæ regnum restituit, commeatu & militibus impetratis. In Mediam deinde auctis uiribus transgressus, quum ei Farnus rex, cum exercitu occurrisset, prælio uictum, eumq; uxore & septẽ filijs captum, cruci affixit, prospera fortuna elatum Ninum cupiditas, cæpit totius Asiæ, quæ inter Tanaim Nilumq; iacet potiundi. Secundæ etenim res, ut plurimum maiorum ingerunt cupiditates. Itaq; præfide ex amicis quodam Mediæ impositio, ipse ad reliquam subijciendam Asiam profectus, omnem annis decem & septem præter Indos ac Bactrianos in potestatem redegit. Pugnas singulas, aut deuictorum numerum, nullus scriptor tradidit. Nos quæ excellentiora feruntur, Ethesiam Gnidum secuti, paucis narrabimus. Subiecit omneis maritimas ac propinquas

*Ninus. Nini gesta.*

*Barzanes.*

*Farnus.*

*Crux tempore Nini fuit.*

*Secundæ res.*

*Ethesias historicus.*



pinquas genteis Aegyptios, Phœnices, & interiorem Syriam, Ciliciã, Pamphyliam, Liciam, Cariam, Phrygiam, Misiam, Lidiam, Troadas, & Phrygiam quæ est supra Hellespontum. Propontida etiam ac Bythiniam & Capadociam: & genteis iuxta pontum Barbaras, usq; ad Tanaim flumẽ, suæ ditionis fecit. Adiecit imperio Cadusios, Tapiros, Hyrcanos, Drancas, Deruicos, Carmanios, Corumneos, Rombos, Vorcanios, Parthos, Persas præterea ac Susianos, Caspiosq; ad quos angustus est aditus: unde & portæ Caspiæ appellantur, plureisq; alias quas recensere instituto opere prolixius esset ignobiles nationes. Inito cum Bactrianis bello cum & locorum difficultate, & hominum numero se tutarentur, retrocedens in tempus aliud id certamẽ distulit. Deducto in Syriam exercitu, urbi cõdendæ locum elegit. Verum quũ superiores omnis, gloria & rebus gestis superasset, & urbem quoq; ingẽtem cõdere statuit, cui par magnitudine, neq; fuisset antea, neq; esset futura, Arabum regem, donis, spolijsq; cumulatum, magnificè cum exercitu domum remisit. Ipse coactis undiq; uiribus, & his quæ ad tantum opus spectarent paratis, supra Euphratem urbem condidit: non æqua laterum dimensione, nam duæ muri partes longiores erant reliquis. Horum latus quodlibet longitudine est stadiorũ centũ quinquaginta breuiores uerò stadijs nonaginta. Qua muri dimensione ambitus stadia complectitur quadringenta octoginta. Et sanè spe sua nequaquàm frustratus est. Nulla enim postmodum urbs tanto ambitu, tanta ue mœnium magnificentia constructa est. Altitudo murorum pedum est centum, latitudo qua tres currus simul pambularent. Turres mille & quingentæ, quarum altitudo pedum est ducentorum. Habitare eam coẽgit maiori ex parte Assyrios, & quidem potentiores. Ex reliquis nationibus, uoluntarios assumpsit, à nomine suo urbem Ninam appellans. Agros propinquos habitatoribus diuisit. Condita urbe, arma in Bactrianos uertens, ibi Semyramidem uxorem cæpit. Quæ quum clarissima omnium mulierum feratur, quomodo ex humili fortuna ad tantam gloriam peruenerit, haud abs re erit referre. Est Syriæ ciuitas Ascalon, haud procul hac stagnum est piscibus plenum, iuxtaq; templum insigne deæ, quam appellant Dercetam, facie hominis, reliqua parte corporis piscem. Huius causæ fabulam ferunt. Venerem aliquando obuiam ei deæ factam, amorem cuiusdam specioſi adolescentis sacrificantis sibi iniecisse, exq; eorum esse coitu filiam natam, deam sui erroris pudore ductam, amouisse adolescentem. Filiã uerò in loca quædam deserta ac saxosa, in quibus aues erãt plurimæ, exposuisse, ibiq; quasi diuino nutu ab auibus infantem nutritam. Se uerò pudore, doloreq; cõpulsam, in lacum abiecisse, atq; ibi in piscem conuersam. Vnde & Syrij usq; ad hæc tempora, his piscibus abstinentes eos pro dijs colunt. Traduntrem mirandam, aues infantem, alis confouentes, nutrisse coagulato lacte, ex proximis pastorum mapalibus capto. Acto anno, cum firmiori cibo egeret, aues caseum eodem ex loco

*Caspiæ portæ.*

*Vrbis Ninæ & Nino constructæ magnitudo.*

*De Semyramidis ortu. Fabula.*

*Ascalon.*

*Derceta in piscem.*

*Caseo infans nutrita.*

S raptum,

raptũ, orí infantis admouísse. Quare à pastoribus excorrosione casei animaduersa, infantem speciosam, forma compertam ferũt, nutritamq; apud se, dono postea datam præsidi pastorum regio, nomine Simma. Hic liberis carens, ut filiam magna cura nutritam, Semyramidem ab auibus, eo enim nomine lingua Syra uocantur, appellauit. Quas postmodũ Syri omneis ut deas honorãt. Hæc de Semyramidis ortu, fabulæ tradunt. Quæ quũ iam nubilis esset, ac pulchritudine cæteras excederet uirgines, míssus à rege ad recensendos greges præfectus Syriæ, Menones, quũ apud Símmã diuertísset, cõspectæ uirginis amore captus, uxorẽ illam sumens, duxit in Ninam. Exq; ea duos Iaparem atq; Idaspẽ liberos genuit. Quũ plureis uirtutes Semyramidis formam exornarẽt, uir mulieri deditus, nil absq; eius agebat consilio. Ninus ciuitate à se condita, adiecit animũ, ad Bactrianos patriã montuosam, accessúq; difficilem, & hominũ numero ac uiribus ualidam. Quũ autẽ priori expeditione nil profecísset, maioribus opus esse ratus copijs, ccc acto ex singulis gentibus electo ingenti exercitu, aduersus eos profectus est. Tradit Ctesias scriptor, pedites ad decies septies centena millia fuisse, equitũ míllia ducenta: currus uerò falcatos paulò minus decem millibus & sexcentis: quí militum numerus, incredibilis nunc forsan sit audiẽtibus, sed haud quaquàm impossibile uidebitur Asiæ magnitudinẽ, multitudinem q; in ea nationũ animo aduertẽti. Nam si quis Dario aduersus Satas expeditionẽ cum octingentis militũ millibus, siquis item Xerxis in Græciã translitũ cum infinita penè hominũ multitudine, sic q; in Europa paulò anteres gestas consideret, minimè dictis nostris abrogabit fidem. Nam ex unica Siciliæ ciuitatũ, Syracusis Dionysius exercitum peditum centum uigínti, equitũ duodecim millium confecit. Naueis magnas, partim triremeis, partim quinqueremeis ad quadringentas ex uno eduxit portu. Romani paulò ante Hanibalis tempora, futuri belli præuidentes magnitudinẽ, censu in Italia, tum ciuium, tum sociorum quí bello apti essent habito, decies centena ferme millia hominum descripsêre. At ea neuiquidem Asiæ prouinciæ hominũ numero comparanda est, quæ ideo recensuímus ne quis ex hac, quæ nũc est urbium solitudine prisca millarũ gentium expendat copiam. Hunc tantum numerũ gentium, Ninus cõtra Bactrianos patriam asperam, atq; angustam ducens exercitũ, in plureis parteis diuisit. Sunt in Bactria plures insignes urbes, quarũ una ea regia est Bactra nomine præstantior cæteris habet, tum magnitudine, tum arce admodũ munita. Bactrianorum rex erat Zoroastes, qui comparato hominum quadringentorum millium ualido exercitu, Nino in finibus occurrit. Permissáq; de industria parte hostiũ, prouinciam ingredi pugna inita, hosteis in fugam uersos, superat: persequitur cædendo usq; ad monteis proximos, ad centum millibus hostiũ cæsis. Deinde auxilium ferente suis Nino superati, à multitudine Assyriorum, Bactriani dispersi, suæ quisq; urbi subsidio abijt. Ninus Bactriam ingressus,

*Menones.*

*In Bactrianos expeditio.*

*Syracusæ.*

*Bactra.*

*Zoroastes.*



ingressus, cæteris urbibus captis, Bactrã & natura loci, & rebus cæteris, quæ ad defensionẽ spectant munitã, cum expugnare non posset, obsedit. Protracta longius obsidione, uir Semyramidis is Nino adcrat, amoris impatiens, uxorẽ accersit, quæ spicax, magníq; ultra muliebrẽ sexum animi, tẽpus nacta quo uirtutẽ ostenderet, uiam multorũ dicrum ingredíť. Induta eiusmodi formæ stola, ut uir mulierue esset, nequiret spici. Tuebat ea ab itineris æstu corporis colorẽ, agilis ad omne opus. Cuius tãta erat cõmoditas, ut postmodum Medi quũ Asiæ imperarẽt, Persæq; stola Semyramidis uterent. Quũ uenisset in Bactriã, perspecta obsidione, tum locis, urbisq; situ, quacq; adiri posset animaduersis, arcem, quia loco natura munito, difficiliq; erat, & quẽ nullus antea tentarat accessu, custodijs uacuã conspexit, intentis omnibus ueluti arce ab hoste tuta, ut inferiori parti campestri subsidiũ ferrent. Sumptis igitur quí per loca petrosa, abrupta q; ascendere soliti erant, per aditum uallis præcipitẽ, superata loci asperitate, partẽ arcis cæpit, magnoq; ad terrorẽ excitato tumultu, signũ captæ arcis obsidentibus dedit. Qui infra urbem erant arce amissa obstupefacti, derelictis mœnibus, fuga saluti cõsuluerũt. Capta ciuitate, admiratus Semyramidis uirtutẽ Ninus, in primis eam multis donis cumulauit, deinde pulchritudine eius allectus, pluadere uiro conatus est, ut illam sponte sibi uxorẽ condonaret. Postcitus filiam se matrimonio in eam gratiam daturum nomine Sosanẽ. Renuenti cõminatus est ei se oculos nisi pareret eruiturum. Hoc perculsus timore, simul & amore incẽsus, Menones quũ laqueo uitã finisset, Semyramidẽ Ninus uxorem cœpit. Thesauri omnes Bactrianorũ, magnum auri atq; argenti pondus, ad Ninum perueniunt, qui constitutis Bactrianorũ rebus exercitum dimisit. Genitoq; ex Semyramide filio, cui nomẽ Nini indidit, excessit è uita, imperio uxori relicto. Sepultus est regia, sepulchro ingentis molis altitudine, nouem stadiorũ latitudine (ut ait Ctesias) decem ei constructo. Quũ ciuitas iuxta Euphratẽ sit, in plano condita, conspicitur uelut arx quædam ea moles, licet multis stadijs distans, quam nunc etiã stare dicunt. Post Ninam à Medis dirutam, quo tẽpore Assyriorũ imperio potiti sunt, Semyramis, magni mulier animi, cupiẽs uirum rerum gloria excellere, urbẽ in Babylonia condidit, accersitis undiq; opificibus atque architectis cæterisq; quæ ad tantã rem ptinebãt paratis. Addidit ad id opus perficiundũ, ex omni regno hominũ millia ter decies centena. Vrbs a utroq; latere Euphratis, ut medius interfluat ædificata, cuius mœnia ambitu stadia trecenta, & sexaginta complectabant, frequẽtibus turribus ac magnis. Erat tanta operũ magnificentia, ut in muri latitudine, sex equorũ currus unà prodire possent. Altitudo incredibilis audientibus, ut Ctesias Gnidius ait. Vt autem Clitarcus & qui cum Alexandro in Asiam profecti sunt scripsêre, pedũ trecentorũ sexaginta quinq;. Addiderunt etiã quodlibet anni die stadium muri absolutum, ut tot sit stadiorum circuitus, quot dies annũ conficiunt. Mœnia

*Mira Semyramidis & subtilitas & audacia.*

*Sosanes Ninifilia.*

*Mors Menones.*

*Nini bustum.*

*Babylon.*

ex lateribus & asphalto facta, quorũ altitudo (ut Ctesias tradit) est passuum quinquaginta. Vt quidã posteriores scribunt, cubitorũ quinquaginta latitudo amplior quàm qua duo currus ueherent. Turres ducentæ quinquaginta numero, quarũ altitudo, latitudoq; magnificentiã æquat murorum. Nõ est autem mirandũ, in tanto mœnium ambitu, paucas turreis ædificatas. Nam quũ plurimæ paludes urbem circũstent, non fuit consiliũ ea parte turreis construere, quæ loci natura esset admodum munita. Inter murum atq; ædificia pomerium duo iugera cõficiunt. Vt celerius opus cosumeret, cuilibet examicis stadium pficiundum tradita, ad id impensa assignauit. His mœnibus summa cura unico anno absolutis pontem, qua parte fluuius angustior fluebat, construxit, stadiorũ quinq; longitudinis, columnis in pfundo summa arte inuicem pedes duodecim distantes iactis, lapides ædificiũ, truncis ferreis, immixto iuncturis liquefacto plumbo cõiunxit. Ante columnas ad impetum aquæ scindẽdum, cursumq; fluuij reprimendũ, firmos composuit angulos, quo ab omni aquæ undiq; circũfluentis ui tutæ essent. Pontem, is triginta pedum latitudine erat, ex cedrinis, cypariſſisq; ac palmarũ trabibus, spectatæ magnitudinis, cõiunxit, opus nulli arte posterius, eorũ quæ à Semyramide facta sunt.

*Duæ Babylonis regiæ.*

Ab utroq; fluminis latere murum duxit, stadijs trecentis sexaginta pari mœnium urbis latitudine. Regias iuxta flumen ex utroq; pontis latere duas ædificauit, quæ & aspectum latæ urbis præberẽt, & essent tanquàm ciuitatis propugnacula. Euphrate per mediam urbem meridiem uersus fluente. Altera regia ad orientem, ad occidentẽ altera spectat, utraq; ingenti opere cõstructa. Nam quæ ad occidentẽ uergit, primum habet ambitũ stadiorum sexaginta, altis & sumptuosis mœnibus ex cocto latere constructũ. Alter deinde interior est circuitus, cuius in crudis adhuc lateribus uaria animãtia, quæq; suo colore ad naturæ similitudinẽ expressa fuêre. Huius longitudo stadiorum est quadraginta, latitudo laterum trecentorũ. Altitudo (ut Ctesias scribit) passuum quinquaginta. Turrium altitudo ad passus septuaginta eleuatur. Est & tertius intimus circuitus, qui arcem continet triginta stadiorum ambitu. Huius ædificij altitudo, latitudoq; superat secundi muri opus. Inerant diuersorum animaliũ figuræ in turribus ac muris, colore quoq; ac forma naturali. Erat insuper omnis generis animantium uenatio. Quorum magnitudo quatuor cubitus excedebat. In his Semyramis conspiciebat ex æquo pardalũ iaculata, iuxtaq; eam uir Ninus iaculo leonem feriẽs. Erexerat & portas treis, superq; eas uaria ex ære posita ornamẽta. Hæc regia excellentior ea, quæ ex altera sita erat fluuij parte fuit, tum magnitudine, tum ornatu. Illius enim muri ambitus triginta stadia ex cocto latere complectebatur: loco animaliũ

*Belus Iupiter.*

æneæ statuæ inerant Nini ac Semyramidis præfectorumq;: & Iouis insup, quem Belum Babyloniũ uocant. Inerant & acies structæ, uariæq; uenationis ad aspitientium uoluptatẽ. In loco Babyloniæ humiliori, lacum quadratum effodit,



effodit, cuius singula latera, ex latere cocto asphaltoq; ædificauit, stadia crãt ducenta, pfunditas pedum triginta quinq;, ad quam flumine sup inducto ab regia fossa utrinq; aditũ fecit. Ex utraq; uerò parte, ex cocto latere fornicibus constructis, asphaltũ superinduxit, ad quatuor cubitorũ spissitudinẽ. Erãt autem muri fossæ latitudine laterum uiginti. Altitudine supra fornices pedum duodecim. Septem diebus opere pfecto, flumen in priorẽ cursum restituit. Statuit autem ab utraq; fossæ parte portas æneas, quæ usq; ad Persarũ regnum stetêre. In urbis medio templũ Iouí bello erexit, cuius amplitudinem neq; scriptores propter uetustatem, neq; ulla memoria singulatim tradunt. Constat tamen obillius mirandã altitudinem à Chaldæis, tum oriẽtem, tum occidentem uersus, astrorũ in eo obseruatione factas. Id ex latere atq; asphalto summa arte magnarum impensa est constructum. In summo templi treis ingenteis aureas statuas, Iouis, Iunonis Opisq; erexit, quarum Iouis adhuc extat longitudine pedum quadraginta mille, Babyloniorũ talentorum ponderis. Opis simili pondere in sella aurea residet, ad cuius genua duo astant leones, iuxtaq; serpentes argentei, ingentis magnitudinis ponderis, quilibet est talentorũ triginta. Iunonis stans signũ ponderis est talentorũ octingentorũ. Huius dextera caput serpentis tenet, sceptrũ lapideum sinistra. His omnibus cõmunis erat mensa aurea, manufacta longitudinis pedũ quadraginta, duodecim latitudinis, ponderis talentorum quinquaginta. Duo præterea charchesia, talentorum triginta erant, totidemq; uasa uaporibus apta, utrũq; talentorum triginta. Crateres ex auro tres, quorũ Iouí dicatus talenta mille & ducenta Babylonia pendebat. Aliorum quilibet sexcenta, quæ omnia postmodum Persarum reges surripuêre. Regiæ, & aliqua ornamenta, tum tẽpore consumpta sunt, tũ ab hominibus deleta. Ipsius quoq; Babyloniæ parua quædam portio superstat, maxima parte intra mœnia cultui agrorum exposita. Erat & hortus pensilis iuxta arcem, non à Semyramide, sed à quodã Syro rege postmodum, ingratiam pellicis factus. Quæ quũ Persa esset genere, cupiens in montibus uidere, iuxta morem Persarum prata, uiro persuasit, ut artificio excitaret hortum, qui arboribus, pratisq; patriam representaret. Huius horti singula latera iugeribus quatuor extenduntur. Aditus ueluti in montẽ erat, ædificijs altero super alterum constructis, ut ex eo conspectus longè lateq; pateret. Testudines in solo positæ erant, quæ totius horti pondus sustinerent. Inde aliæ supra alias, excrescente semper magnitudine, ædificatæ. Nam superiores, in quibus horti murorũ superficies cõtinebatur, altitudine quinquaginta cubitorũ eminebãt. Earum latitudo pedes erãt duodecim, muri magna impensa constructi spissitudine erãt pedum uiginti duorũ. Solum hoc modo constabat. Erant positæ lapideæ trabes longitudine pedum sedecim sex latitudine. Supra has pro pauimẽto stratæ arundines asphalto compactæ. Desupcocti lateres duplici ordine, gypso structi. Tertio tegulæ plum-

*Iouis, Iunonis & Opis statuæ.*

*Hortus pẽsilis*

beæ, ne qua humiditas ad testudines manaret. Aquarum insuper receptacula, quibus humor effluere, in hoc pauimento congesta humus profunda ut magnarum arborum radicibus satis esset, hortum efficiebat, in eo proceræ omnis generis arbores, aspectum iucundum reddebant. Lumen quoq; adeò testudines inuicem præbebant, ut in eis regia diuersoria haberentur. Præterea aquæ ductus occultè fabricatus rigabat hortum. Et hæc horti moles post modum facta est. Semyramis & alias urbeis supra Euphratem, Tigrimq; fluuios ædificauit, in quis emporia constituit, eorum, quæ ex Media ac Paretanis, omnicq; propinqua regione ferrentur. Post Nilum enim & Gangem flumina, totius Asiæ nobiliora Euphrates ac Tigris ex Armeniæ montibus fontes habent. Distant autem ab inuicem stadijs mille & quingentis, delaticq; per Mediam & Paretanos descendunt in Mesopotamiam, quam undiq; circumdantes, regioni nomen indiderunt. Deinde per Babyloniam fluentes in mare rubrum deferuntur. Flumina ingentia, alueo compresso, magna emporia frequentantibus existunt commoditati. Vnde & locorum quæ iuxta aquas sunt, mercatores cõtingit ditissimos esse. Semyramis ex Armeniorum montibus lapidem excidi fecit, longitudine pedum centum quinquaginta, latitudine uerò, spissitudineq; quatuor & uiginti. Hunc magna curruum multitudine ad flumen delatum, nauiq; impositum, Babyloniam detulit, in queuia insigniori erexit. Res mirabilis aspicientibus, quàm à forma Obeliscum dicunt, inter septem miranda opera annumeratũ. Quum multa sint Babyloniæ aspicientibus admiratione digna, non minus mirabitur, quis magnã uim qui in ea gignitur asphalti. Tanta enim illius supereſt copia, ut non solum satis, tot, tantisq; ædificijs fecerit, sed & populus, licet innumerabilis, eo arefacto pro lignis utatur: adeò magna illius copia tanquàm ex largo fonte hauriẽtibus adest. Hunc propè fontem est terræ hiatus haud magnus, seduirtute mirabili. Efficit enim odorem sulphureum ac grauem, qui transeunteis animanteis interficit. Ita enim anhelitum comprimit, ut spiritu intercluso, arrepta respirandi facultate, mors subditò sequatur. Est & ultra flumẽ palus, breui circumscripta loco, fumum habens circa solum, in qua si quis insciꝰ ingrediatur, cuestigiò attrahitur, nulla data regrediendi facultate. Deinde paulatim corpore quodam corporis totius in profundũ delatus mergitur, paulocq; post mortui corpus supernatat. His perfectis operibus, Semyramis magno cum exercitu profecta, Mediam uersus quum peruenisset ad montem, qui Bastiganus appellatur, is Ioui sacer est, castra posuit, hortumq; iuxta in campis patentibus, cuius ambitus stadia duodecim complectabatur construxit, fonte ibi erecto aqua cuius hortum rigaret. Ponè hortum saxum altitudine stadiorum decem & septem, scindẽs in inferiori eius parte suam effigiem, centumq; ei dona ferentium sculpsit. Syris in eo literis scriptum erat, à Semyramide subditorum opere id saxum fuisse excisum. Deinde quum à parte campestri

*Vrbium emporia.*

*Mesopotamia.*

*Obeliscus.*

*Asphaltus.*

*Bastiganus mons.*



campestri æquato aggeribus saxi præcipitio in summum transcẽdens in ciuitatem Mediæ Chaonam accessisset, animaduersa in quodã elato campo stupendæ altitudinis ac magnitudinis petra, hortum alterum per magnum in medio illius fecit, ubi sumptuosa uoluptatis delitiarumq; causa ædificia, ex quibus & hortum & omnẽ exercitum (is in campis erat) spectare posset, erexit. Hoc in loco diutius commorata est, quieti delitijsq; dedita. Nam alium uirum capere noluit, uerita, ne imperio priuaretur. Sed eos ex militibus eligebat, appetebatq;, qui in castris erant forma & decore præstãtes: quos omneis postea priuabat uita. Iter deinde per Ecbatanos flexit ad Iarcieum montem. Ad hunc multis stadijs, per plura præcipitia ac conualles, erat aditus. Cupiens ergo tum immortale sui monimentum relinquere, tum breuiorem facere uiam, abscissis anfractibus, locisq; concauis, ad planum deductis, magno sumptu iter breuius reddidit: quodusq; ad hoc tempus Semyramis appellatur. Ad Ecbatanam inde campestrem urbem accedens, magno sumptu regiam ædificauit. Verum quum aqua ciuitas, nullis propinquis fontibus careret, aquæ ductum in eam urbem admodum necessarium, magna impensa laboreq; perduxit. Est mons urbi propinquus stadijs duodecim, nomine Orontes, asper & accessu difficilis ut cuius recto itinere ascensus usque ad summitatem stadiorum sit uiginti quinq;. Ex altera montis parte lacus magnus, fluuium effecit, quem illa effosso abradice monte, in urbem induxit. Erat fossæ latitudo pedum quindecim, altitudo quadraginta quinq;. His in Media gestis, uenit in Persidem, alia'q; Asiæ quibus imperitabat loca, ubiq; montes, saxa'q; incidens, uiam facilem transeuntibus reddidit: in locis planis aggeres statuens, nunc sepulchra defunctorum ducum, nunc urbeis in eis ædificauit. Consueuit & aliquando in canstris paruos aggeres erigere, ubi tentorium suum tendens, castra despiceret. Quo factum est, ut usque ad nostram ætatem multa in Asia eiusmodi rerum uestigia perdurent: quæ opera Semyramidis uocantur. Vniuersa deinceps peragrata Aegypto, Libyáque magna ex parte in ditionem redacta, ad Iouem Ammonẽ transijt, sciscitatura à deo suæ uitæ finem. Dicitur responsum ei datum, ab hominibus migraturam esse, atque à multis Asiæ gẽtibus, immortalium honores assecuturam. Idq; fore quum ei Ninus filius insidiaretur. Aethiopiam postmodum ingressa, plurimâque sibi subijciens, multa in ea miranda conspexit. Ferunt in ea stagnum esse quadratum, cuius circuitus clx. efficiat pedes. Aquæ eius colorem simile minio, odorem suauem, neque ueteri uino dissimilem. Virtute uerò mirabili, ut quæ pota, in insaniam uertens, cogat occulta errata palàm fateri. Sed his haud facilè adhibetur fides. Sepulturas defunctorum, Aethiopes diuersas ab reliquis faciunt. Sallientes enim corpora, inque uasis uitreis nuda condentes, supra columnas ponunt. Ita per uitrum defuncti corpus aspicitur, quemadmodum scribit Herodotus, quod Gni-

*Chaona.*

*Semyramidis luxuria.*

*Iarcieus mõs.*

*Ecbatana.*

*Orontes mõs.*

*Ammon quem Semyramis cõsuluit.*

*Aethiopũ sepultura.*

díus Cteſias improbat. Aít enim ſalliri corpora, ſed nequaquàm in uitro nudos condi. Vri enim ideoq; corrupta non poſſe ſpeciem ſeruare, ſed ſtatuas aureas cauas fieri in quíbus mortuos ponant, uitro circum eam poſito. Quo fit, ut ínlocis ſuperioribus ſitæ, circunſtante uitro, ímago aurea, defuncto ſimílis, reddatur aſpicientibus. Et hæc ditiorum ſepulchra eſſe affirmant. Tenuiores argenteas ímagines ponunt, ínopes uerò fictíleis. Vitrum abundè quum plurimũ fiat ín Aethiopía omnes habent. Mores Aethíopum, alíáque memoratu digna, paulò pòſt, quum res eorum príſcæ referẽtur, narrabímus. Conſtítutis Aethiopiæ, Aegyptíq; rebus, Semyramis ad Bactrianos, Aſiæ cum exercitu deſcendit, maximas habens copías. Quum díutius pacem ægíſſet, honoris cupída, excogitauit alíquod memoria dignum bellum gerere. Audiẽs igitur Indorum gentem maximam ínter cæteras orbis regionẽ uerò pulchram, fertílẽq; eſſe, arma in Indíam uertit. Imperabat Indis ea tempeſta terex Staurobates, maxímo fultus exercítu, elephãtísq; plurimís bello aptis. Eſt India præ cæterís pulchritudine excellẽs, ac multís, quæ íllã rigent, flumínibus díſtincta, bisq; fructus annuatím ferens. Adeò aũt omnibus exuberat ad uíctum neceſſarijs, ut affatim ubilibet fructus præbeat. Dícitur nunquàm in ea ſterílitatem eſſe, aut fructuum uaſtitatẽ. Eſt & incredibilis elephantorum numerus, quí uírtute, & robore corporis, multò Líbycís præſtant. Símiliter auri, argentí, ferri, æris, lapidum præterea pretioſorum, cæterarumq; rerum, quæ ad delitias atq; opeís ſpectent, ſumma copia, quæ ſingula nota Semyramídi, ad bellum Indícum eius animum impulêre. Vídens autẽ quantũ bellum ſuſceptum eſſet, magnisq; ſibi uíribus opus eſſe, omnibus puínciarũ præfectís mandauít, ut pro magnitudine puínciarũ, íuniores aptos bello conſcríberent, utq; nouas armaturas pararent. Reliquís quoq; edixít ut poſt triennium ínBactrís, paratí, inſtructíq; adeſſent. Iuſſit præterea in Phænicea, Syría, Cypro, alíjsq; maritimís locis ubí ea materia ſuppetít, naues fluminíbus aptas, quæ díuidí poſſent, parari. Indus enim magnus præ cæteris eíus loci fluuíjs, regnum Indorum terminãs, pluribus, tum ad tranſuehendũ, tum ad phíbendos à ripa hoſteís, nauígijs eget. Et quũ iuxta flumen haud quaquàm materia eſſet, nauíbus apta, neceſſe fuit illas ex Bactrís per terram uehere. Inferior uerò elephantorum apparatu, rem excogitauit, qua terreret Indos, cogitantes, nequaquàm extra Indiã elephãtos eſſe. Occíſis ígitur trecẽtís bovum míllibus, carnes operarijs conceſſit, coría in ſui fecit, elephãtorum inſtar. Quæ poſtmodum fœno referta, ueri elephãti ſpeciem præſeferebant. Intus hominem, camelúmque ſuper quo ſedens, formam beluæ duceret, incluſit. Hæc in loco ſemoto occluſóque, acta ne qua exterius emanare poſſent, utque Indí improuíſa reperculſi, ueras beſtias exiſtímarent, His Biennio confectís, tertio copias omnis in Bactrís coẽgit. Fuit militum numerus (ut Cteſias tradit) terdecies, centena millium, equitum millia quíngenta,

Vitrũ in Aethiopia.

In Indiam expeditio.

Staurobates.

Indiæ laus.

Elephanti.

Indus fluuius.

Mira Semyramidis aſtutia.

currus



currus ad míllia centum. Erant totidem numero homínes ſupra camelos, cũ gladijs cubitorum quatuor. Naues díuiſæ ad duo millia, quas unà & elephantorum ſimulachra camelí deferebant. Aſſuefecit autem equos, ne eis ſimulachrís terrerẽtur. Quod & Perſeus Macedonũ rex multis poſt annis, in eo bello imitatus eſt, quod cum eo Romaní, elephantos habentes Lybicos, geſſẽre. Verum neq; illí in bello, neq; Semyramídi profuerunt. Audita rex Indorum, tum exercitus magnitudine, tum ingentí apparatu belli, conatus eſt excedere Semyramídis uireis. Et primum ex arundinibus nauígia confecit, ad quatuor míllia, fluuio accommodata. Ferunt enim Indiæ, tum flumina, tum loca paluſtria, arundinum copiam ita craſſorum, ut nequaquàm ea ulnis homines amplecti queant. Ex his naues optimæ fiunt, ppter arundinum robur. Armorũ quoq; omnis generis copiam parauit, ex uniuerſa India accítis maioribus, quàm quæ erant Semyramídis copijs. Elephantorũq; ſilueſtriũ uetate facta, plurímos ad bellum inſtruxit, ut terrorẽ aſpiciẽtibus injicerẽt. Omnibus, quæ belli uſus poſcit, præparatis, nuncios ad Semyramidem, iam appropinquantẽ, mittens, reprehendit eius ambitionẽ, quòd nulla iniuria laceſſita bellũ ſibi inferret, multisq; uerbis eã per líteras incuſans, deosq; ínuocans, teſteis mínatus eſt, ſi aciẽ uicta eſſet, ſe illam crucí affixurũ. Lecta epiſtola, rídens Semyramis, nõ uerbis, ſed uírtute certandũ eſſe reſpondit. Deinde ad Indũ ꝓueniens, ínuenta regis claſſe ad certamen parata, & ipſa ſuas naueis, electís milítibus inſtruxit. Ibi durum certamen cõmiſſum eſt, ac diutius magnis utrínq; uíribus pugnatũ. Tandẽ ſuperata Indorum claſſe, qua in pugna, ad mille naues ſubmerſæ ſunt, multíq; mortales captí pontẽ, quo facílior eſſet tranſitus, ſupra flumen cõſtruxit, præſidioq; ab utroq; latere impoſito, omnis copias traduxit. Inſulas quoq; ac urbeis in flumine ſitas, cœpit, ad centum millia hominum inſeruitutem redactis. Claſſe amiſſa Indorum rex, ſimulans ſuas copías, procul à flumine retrò abduxit, ut hoſtes id formídine factum rati fluuium tranſirẽt. Quo cognito, Semyramis quum exuoto rescæderet parte copiarum ad pontis cuſtodiam relicta Indos cum reliquo exercitu proſecuta eſt. Præcedebant elephãtorum ſimulachra, quo regij exploratores, elephantorum apparatu conſpecto, regi metum injícerent. Verum ea ſimulatio haud diutius latuit. Nã admirantibus Indis, unde tanta illí elephantorum copia ſuppeteret, quidam ex Semyramídis exercitu nocte capti, rem prodidêre. Quapropter confiſus ſuis uíribus rex fictionẽ elephantorum prædicens, ut ſublato metu acrius pugnam inirent copias omnis aduerſus Aſſyrios eduxit. Inſtructa quoque acie Semyramis proficiſcebatur. Appropinquantibus exercítibus, rex equites, ac currus, in príma acie, ante phalangem deſtinauit. Semyramis ſimulatis elephantis aduerſus equites præmiſſis, ínitoq; certamine regios equites fudit. Aſſueti enim ueris elephantis, equí noua forma, olfactuque inſueto, turbati ſunt. Itaque pars in hoſteis equo-

Bellicus apparatus.

Arũdo Indica

Animaduerte dictum.

Vincitur claſſis Indica.

rum

rum impetu, pars in alia loca defertur. Semyramis cum electis militibus uictoriam secuta, in primis pugnans Indos in fugã uertebat. Quibus ad phalangem refugientibus, Staurobates haud ea re perculsus aciem peditum præcedentibus elephantis promouit. Ipse in dextro cornu pugnans, superq; ualido elephante insidens, aduersus reginã, uirili animo, proficiscitur, casu quodã in cornu pugnantẽ. Veri elephanti contra simulatos ibant neq; pari robore pugnabatur. Superiores erant regij, magnamq; edebant Assyriorũ cædem, partim qui elephantorũ pedibus conterẽrentur, partim qui interirẽt, aut lacerati dentibus aut à proboscide absumpti. Cum magnus interfectorũ alterius super alterum cadentium cumulus fieret, timor ac terror omnia complesset, nulli iam ordinem seruabant. Ita omnibus fermè Assyrijs ad fugam intentis, rex Semyramidi casu obuius primum sagitta brachium eius, deinde iaculo humerum sauciauit. Regina haud quaquam uulnere (leue enim erat) exterrita, quum equum ascendisset, belua insequente fermè capta est. Omnes in fugam uersi, ad naues tendunt. Insequentibus Indis magna cædes facta est, per loca tantæ multitudini angusta. Cum equitibus peditibusq; qui ad pontẽ tendebant immixtis, alter alteri impedimento esset, ut neq; fugæ, neq; salutis ullus daretur locus, sed ipsi suo met tumultu oppressi interirent. Multi ex utroq; pontis latere, præfugientiũ multitudine in aquam præcipitati sunt. Semyramis, quũ maior eorum pars, qui bello superfuerant, flumen transissent, pontem (is supra naueis fabricatus erat) discidit. Naues in pluries partes diuisæ, delataq; per flumẽ in diuersa loca applicuêre multis Indorũ qui illas insequendo ascenderant, ui fluminis submersis. Rex multis prodigijs, augurumq; responsis monitus, ne flumen transiret, finem persequendi fecit. Semyramis permutatis captiuis, in Bactrianos redijt, maiorem exercitus partem dimisit. Paulò pòst detectis, quas ei Ninus per eunuchũ parauerat insidijs, omnique iniuria iuxta Ammonis responsum remissa, cum omnibus filio ut regi parerent præfectis mandasset euestigiò euanuit, ad deos iuxta oraculi responsum (ut creditum est) translata. Quidam fabulantur illam in columbã fuisse conuersam: cõplurib⁹ enim auibus domũ ingressis, ad illã cum reliquis aduolasse uolunt. Quo factum est, ut Syrij columbã ut deam colant, immortalẽ reginam arbitrati. Imperitauit uuiuersæ Asiæ præter Indos. Vixit annos (quẽadmodũ Ctesias Gnidius scripsit) duos & lx. cũ quadraginta duobus regnasset. Atheniẽses nõnulliq; illi scriptores asserũt, Semyramidẽ quũ pulchra, decoraq; forma esset à rege Assyriorũ præter modũ dilectã, cuius modestia fuerit admodũ laudata. Quũ eius uitæ integritas uulgata admodũ foret, psuasisse uiro tradũt, ut quinq; dies se solã regnare pateretur. Quo impetrato sceptro, regni, stolaq; regia sumptis, prima die splendidũ cõuiuiũ fecisse, inq; eo omnes duces, principesq; adægisse, ut sibi ueluti reginæ parerẽt. Secũda die quũ populares, nobiliores q;, se, tanquàm reginã colerent, uiro in carcere truso, magnoq; animo cum

*Assyriorũ & Indorũ consilium.*

*Semyramis saucia.*

*Ninus filius.*

*Quid de Semyramidis morte sentiatur aduerte.*



cum cæpisset regnum, ad senium usq; multis à se præclarè, magnificeq; gestis renuisse. Hæc de Semyramide à diuersis auctoribus traduntur. Post eius obitum, sumpto regno, filius pacẽ cum singulis ægit, nequaquàm matrem imitatus, sed omne uitæ tempus reclusus, in regia, conspectũq; hominũ uitans, inter pelices & eunuchos ocium & delitias secutus, traduxit. Estimabat enim incommoda omnia uitare, in continuis uersari uoluptatibus, uacuum esse curis, summã in rege fœlicitatem esse. Ad securitatem imperij, & ut à subditis timeretur, annuatim certum militum indicebat numerũ, ac eorum ducem, singulis prouincijs imperabat. Exercitus quum extra urbem conuenisset, ducem cuilibet nationi prudentiorem ex his qui secum erant constituebat. Acto anno copias remisso domum priori militi, rursus à prouincijs petebat. Quo fiebat ut & subditi promptius imperata facerent, quum semper timor militũ subdiuo agentium immineret. Et si qui fortè descisceret timore pœnæ, quàm primum dicto parentes essent. Annuam uerò militum mutationem, ad id conferre existimauit, ut parua tẽporis consuetudine, nulla inter eos amicitia contracta, neq; duces, neq; cæteri aduersus regem cõspirarent. Diutina enim militia, tum milites robustiores, tum duces prudentiores solet efficere. Quæ res sæpius magnas facultates ad descisendum à principibus præbuit. Vita uerò principis, exterioribus ignota, uoluptates eorũ occultas reddit, & tanquàm inuisibilẽ deum, ne uerbo quidẽ quis blasphemare principem præ timore audet. Hoc pacto duces exercitus, prouinciarũ præsides, domesticarũ rerum curatores, iudices insuper singularũ gentium, aliaq; pro regni cura disponens, uitam agebat. Similiter & cæteri reges ad Sardanapalum usq; triginta, regnum tenuêre. Cuius tẽpore Assyriorum imperium, quod annis mille & trecentis sexaginta perseuerauit, quemadmodũ Ctesias secundo libro tradit, ad Medos transijt. Nomina regum, quantoq; quis regnauit tempore, quum nil memoria dignum egerint, nequaquàm scribit. Solum memoratur auxilium Troianis ab Assyrijs missum. Dux præfidij Mẽnon Thitoni filius fuit. Theutamo enim in Asia regnãte, qui uigesimus a Nino atq; Semyramide descendit, Agamemnonẽ tradũt aduersus Troiam cum Græcis bellũ mouisse, quũ Assyrij amplius mille annis Asiæ imperassent. Quum uerò Priamus bello oppressus a rege Theutamo præsidium, utpote Assyrijs subditus, per legatos postulasset, ille decem millia Aethiopũ, totidẽq; Susianos, cum ducẽtis curribus duce Mẽnone ad Troiã misit. Erat tunc Titonus præfectus Persarũ, acceptus maximè regi. Memnon uerò ætate florens, ac animi, corporisq; præstans, uiribus maximè in ea tempestate uigebat. Aedificasse eũ ferunt in Susis loco excelsiori regiam, quæ usq; ad Persarum imperium permansit, Memnonia ab illo denominata. Strauit & uiam leoferam ea regione quæ adhuc Mẽnonia uocatur. Asserunt qui sunt in Aegypto Aethiopes, Memnona eis in locis natum, ostendentes antiquam illius regiam, quam nunc etiam

*Ninus matri ſimilis.*

*Nini astus.*

*Assyriorum imperium.*

*Memnon.*

*Memnonis exercitus.*

Memnoniam

Memnoniam dicunt. Sed constat illum Troianis cum uigint í peditum millibus, curribus ducentis, præsidio fuisse, multosq; Græcos pugnantem occidisse, tandem per insidias à Thessalis interfectum, corpus eius ab Aethiopibus erectum, crematumq; extitisse, ossaq; eius ad Thitonũ delata. Hæc de Memnone inscriptis regijs Barbarí tradunt contineri. Sardanapalus à Nino trigesimus rex, ultimus uerò Assyriorum, excessit omneis superiores desidia ac uoluptate. Nam præterquàm quòd à nullis conspiciebatur, uitam muliebrem duxit, cum pellicibus, ueste, tum porphirea indutus, tum molli lana contexta. Stola insuper muliebri, faciem, totumq; corpus in modum pellicis fuco componens, ultra luxum muliebrem lasciuiebat, uocem fœmineã loquendo imitatus, non solum cibum potumq;, qui uoluptatem præberent, cõtinuò appetebat, sed luxuriæ quoq; deditus, nunc uiri, nunc mulieris uice abutebatur, omni post habita sexus, ac pudoris cura. Adeò uerò delitiæ turpis uoluptas, incontinentiaq; in eo uiguêre, ut successoribus post obitum suum in sepulchro inscribi Barbarica lingua mandarit, quod post modum Græcus interpretatus est:

*Sardanapalus ultimus Assyriorum rex.*

*Sarda. epitaphium.*

ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον, καὶ ἀφ' ὕβρισα μετ' ἐράτος
τέρπν' ἔπαθον τάδε τοῦ δ' ἀκαὶ ὄλβια κεῖνα λέλειπται. Hoc est,

Hæc habeo, quæ comedi, & quæ cum amore & uoluptate percæpi, ea plurima & præcipua relicta sunt. Vita in hunc modum turpiter exacta, Imperiũ Assyriorum, quod diutius perseuerarat, euertit. Arbaces quidã genere Medus, uirtute, & animi magnitudine præclarus dux erat copiarum, quæ singulis annis in Ninam à Medis destinabantur. Contracta amicitia cum Babyloniorum duce, nomine Belesо, hortatus est, ab eo ut principatum Assyriorum deleret. Erat enim insignis inter sacerdotes, quos Babylonij Chaldæos uocãt, peritus astrologiæ, diuinationisq;: multis prædixerat quæ erãt proculdubio futura. Hic Arbaci quum amicus esset, cum imperio omnium potiturũ prædixit, quibus Sardanapalus regnaret. Laudato uiro, satrapam se illum Babyloniorum, si uera prædiceret, facturum promisit. Ipse tanquàm dei uocibus in spem elatus, cum reliquis ducibus, tum benignè alloquẽdo, tum beneficijs, ad eius beneuolentiam attraxit. Cupiens autem regem atq; eius uitam inspicere, data uni ex eunuchis aurea phiala ad Sardanapalũ introductus est. Conspecta regis mollitie, & muliebri apparatu, illum ut nullius rei hominem despexit, magisq; in spem incubuit à Chaldæo datam. Inita cum Belesо societate, ut ipse Medos ad imperium, Persas ad defectionẽ sollicitaret. Ille uerò Babylonios, Barbarorumq; ducem sibi amicum, ad cõmunionem consiliorum impelleret. Quum tempus missionis exercitus aduenisset, quilibet de more in patriã secessit. Arbaces ad Medos reuersus, persuasit, ut pro imperio Persis pro libertate sumerent arma, similiter & Belesus Babylonios impulit ad libertam, & ad Arabes legatis missis, præfectum eorum sibi familiarem, ad so-

*Arbaces Medus.*

*Belesus Chaldæi.*

cietatem



cietatem consiliorum hortatus est. Acto anno ad Ninam conuenêre, omnes succedere se de more cæteris simulantes, reuera, ut imperium Sardanapalo auferrẽt. Erant quatuor gentes, quæ in unum conuenerãt, numero millia hominum quadringenta, munití castris, ac de rebus cõmunibus consultantes. Cognita defectione Sardanapalus aliarum nationum exercitum, aduersus desciscentes ducens, commisso certamine, hosteis superati profligarí ad montes confugiũt, stadijs à Nina distantes septuaginta. Quibus, quum denuò ad campos fortunam experturí descendissent, Sardanapalus cum omnibus copijs occurrit. Instructa acie, per præconem ei qui Arbacem, aut Babyloniũ Belesum occidisset, talenta auri ducenta, qui uiuos tradidisset, duplex præmiũ ac Mediæ præfecturam pollicitus est. Verum nullum ea præmia mouerũt. Commisso certamine, multí ex hostibus occubuêre reliquos Sardanapalus usq; ad castra in montibus sita persequitur. Qui cum Arbace erant, aduersis prælijs pauentes, inito quid uictis agendum esset consilio, maior pars in patriam cuiq; redeundum. Ibi præoccupanda munita loca, alios in societatem belli uocandos, necessaria ad bellũ paranda esse censebãt. Belesus Babylonius, asserens deos multis cum laboribus, periculisq; uictoriam polliceri persuasit ut in bello perseuerarent. Commissa rursus pugna, rex superior fuit, castrisq; hostium, potitus usq; ad monteis Babylonios insecutus. In eo certamine Arbaces uiriliter pugnans, multis prostratis Assyrijs, uulnus accepit. Tot aduersis prælijs eorum qui desciuerãt icti duces, quum domum abire decreuissent, Belesus sub dio pernoctans, ex astrorũ obseruatione, recedere uolentibus, prædixit, paucos post dies ultro illis auxilia aduentura, rescq; eorũ in melius cæsſuras esse. Hæc astris significare deos. Suadere igitur se, ut suæ arti fidentes, parumper deorum beneficia expectarent. Huic exhortationi parentibus ducibus, promissumq; expectantibus, tẽpus nunciatum est, Bactrianorum exercitum, ad regem mitti, propinquumq; esse mãgnis itineribus proficiscẽtem. Visum est igitur Arbaci, reliquisq; cum expeditis militibus obuiam proficisci, ut aut defectionem persuaderent Bactrianis, aut ad id armis cogerent. Primum duces tum reliqui libertatem asserentes, copijs cæterorum sese addiderunt. Hæc Sardanapalus ignorans, memor superioris fortunæ, ad hilaritatẽ profusus, epulum militibus exsacris, uinumq; abundè præbuit, aliaq; epulo accommodata. His intentis Assyrijs, Arbaces qui per transfugas hostium in castris negligẽtiam, ut qui uino ciboq; grauati, somno, quieticq; indulgebãt, norat noctu castra hostium expugnauit, acie instructi, incõpositos: parati, imparatos adorti, multis interfectis, reliquos in urbem compulêre. Sardanapalus cum exercitu ducem præbuisset Salamenum, uxoris fratrem, urbis curam custodiendæ sumpsit. Hostes in locis patentibus iuxta urbẽ duobus prælijs copias regias fundunt, interfectoq; Salameno, reliquos persequenteis, partim in fuga cædunt, partim in flumẽ Euphratem præcipites agunt, pau-

*Sardanapali uictoria.*

*Bactrianorum aduentus.*

*Salamenus. Arbacis uictoria.*



cis qui

cis qui cædi superfuerant in urbem compulsis. Adeò ingens numerus occisorũ fuit, ut fluuius redundante hominum sanguine, colorem mutarit. Obsesso in urbe rege, multæ nationes, quælibet libertatẽ asserens ad Arbacem deferũt. Rex magno in discrimine regnũ uersari uidens, filios treis, duasq; filias, cum magna auri, argentiq; copia, in Paphlagoniã, ad Cottum præfidem misit, ducum omniũ sibi acceptissimũ, tum per epistolas, reliquorum qui non defecerant, auxilia accersit ad ferendã obsidionem paratus. Erat enim responsum progenitoribus datum, nunquàm Ninam capi posse, nisi quũ fluuius urbi hostis fieret. Quod nunquàm futurũ ratus, spem cæperat obsidionis traducendæ, & simul futura auxilia expectabat. Hostes urbem quam, ppter mœniũ altitudinẽ expugnare nequibãt, obsedẽre. Nondũ enim catapultæ, neq; uinearum, neq; arietis, quo muri urbiũ dejciunt usus erat. Iis qui in ciuitate erant, omnes ad uictum res, & obsidionẽ tolerandã necessariæ, regis cura ad id antea impensa, supererãt. Quũ duobus annis obsidio perseuerasset per summũ ocium obsessorũ, tertio continuis imbribus excrescens supra modum fluuius, quũ partem urbis inundasset, muros deiecit ad stadia uiginti. Hic rex existimans tempus oraculi aduenisse, desperata salute, ne in hostium potestatem perueniret, pyram in regia ingentem extruxit, superq; eam auro, argentoq; omni ueste insuper regia impositis, uxoribus quoq; atq; eunuchis, in medio pyræ reclusis, se cremandũ unà cum his in ignem iniecit. Hostes audita regis morte, urbem per eam quæ ab oraculo prædicta erat, muri parte ingressi, Arbacem, regia stola indutũ, regem appellarunt omniũ sibi rerum potestate permissa. Sumpto imperio, Arbaces quum belli socijs pro cuiusq; meritis dona impenderet, prouinciarũ quoq; præsides pronunciauit. Babylonius Belesus, qui futurum imperiũ prædixerat, admonens præmissurum præfecturã Babyloniæ, obtinuit. Et simul testatus est, uotũ se bello, dum in dubio res esset, fecisse, uicto Sardanapalo, regia q; incensa, cineres se ex ea Babyloniã delaturum, ac ponẽ templum dei aggerem erecturũ, qui ab omnibus per Euphratẽ nauigantibus conspiceret, perpetuum monumentũ regni Assyriorum deleti. Hoc petijt suasore Eunucho quodã, à quo argentũ, aurumq;, ad se delatum, occultum tenuit. Quod ignorans Arbaces, existimabat enim omnia igni unà cum Sardanapalo assumpta esse: defferri Babyloniã cineres permisit. Ciuitati immunitate concessa, Belesus, paratis nauigijs, unà cum cineribus Babyloniam uim magnam auri, argentiq; destinauit. Quare, ad regem delata, iudices eius criminis dati sunt, ex his qui unà secum fuerant uictores. Cum Belesus factum confiteretur, iudices eum capite damnarũt. Rex magni uir animi, uolens regni principia, humanitate, ac clementia firmiora reddere, nõ solum Belesο, pœnam remisit, sed asportatum aurum, argentumq; condonans, præfecturã Babyloniorum à principio concessam habere iussit: asserens maiora illius erga se beneficia, quàm iniurias esse. Hac uulgata clementia, non solum beneuolentiam

*Cottus.*

*Nina urbs.*

*Sardanapali exitus.*

*Arbaces rex.*

*Maxima Arbacis in Belesum clementia.*



beneuolẽtiam singulorum, sed & gloriam assecutus est, censentibus omnibus illum imperio dignum, qui ita parceret delinquentibus. Arbaces suis bonis ciuibus concessis, urbem à solo euertit, aurum, argentumq; omne, nam ad multa talenta ex incendio effluxerat, detulit in Ecbatanã Mediæ urbem. Hoc pacto Assyriorum imperium, quod ad trigesimam prolem à Nino peruenerat, annis mille, & quadringentis ad Medos transijt. Nunc æquum uidet, quo nil memoratu dignum omittamus, de his qui Chaldæi apud Babylonios uocantur referre.

## DE CHALDAEORVM INSTITVTIS.

*Chaldæorum uirtus.*

CHALDAEI Babyloniorum antiquissimi, quũ locum in sua repub. quẽ in Aegypto sacerdotes obtinuêre, ad cultũ enim deorum deputati, per omnem uitã philosophanẽ, peritissimi astrologiæ habiti. Multi diuinatione quadam futura prædicebant, ac tum augurijs, tum sacris, tum alijs quibusdã incantationibus, & mala auertere ab hominibus, bona afferre, auguria insuper, somniaq; & pdigia interpretari cõsueuêre. Eorum præterea quæ ad sacra speculãda pertinẽt peritissimi. Non enim, quemadmodũ Græci, horum omniũ doctrinã præcipiunt. Nam pueri à patribus, pgeniem secuti, eam discunt philosophiam, omni aliarũ rerum cura posthabita. Ita tum quia à teneris annis in ea doctrina eruditur, tum qua diutius in illa pseuerant, doctissimi euadũt. Apud Græcos, ut plurimum, tardè ad philosophiã accædunt, paulumq; in ea immorati, ad questũ uertunẽ. Pauci ad modũ in ea immorant, pdiscenda lucri gratia, ad alia exercitia uersi. Non emẽ de more imitant parentũ doctrinã, sed ipsi sua sponte uarijs studijs pro libito incumbũt. Et enim Barbari in suscepto exercitio, semper immorant, Græci uerò lucri gratia nouis semp opinionibus incumbentes, deq; maximis disciplinis inter se altercãtes, incertos discipulos reddũt, animumq; eorũ per omnẽ uitã dubium, nulla certa sententia errare cõpellunt. Ita, si quis præclarissimorũ philosophorũ diligenter sectas exquirat, repugnãtes admodum, maximisq; de rebus inuicem cõtrarias cõperiat. At uerò Chaldæi mundum sempiternũ esse aiunt, neq; principiũ habuisse, neq; sortiturũ esse finem. Vniuersorũ ordinẽ atq; ornatum diuina quadã, puidentia factum. Cælestia omnia, non casu, aut sua sponte, sed determinato quodã, firmoq; deorũ nutu, iudicioq; esse perfecta. Astrorũ longa obseruatione cursum, naturamq; diligentissimè scrutati, multa futura hominibus prædicunt. Maximã uerò uim ac motum quinq; astrorũ, qui planetæ appellant interpretes illi dicunt, & eius præsertim qui à Græcis Saturnus dicitur, esse affirmant. Clarissimũ uerò, & cuius maxima sit uirtus, Solem dicunt. Reliquos quatuor eo nomine, quo & nostri astrologi, appellãt. Martem, Venerẽ Mercuriũ, Iouem. Mercurios illos, ppterea uocant, quòd quum alijs astris haud quaquàm errantibus: sed

*Chaldæorum opinio.*

*Planetæ solis uirtus.*

morum ordinatum habentibus, isti soli, pprium cursum sortiti, futura ostendant, tanquàm deorum interpretes uoluntatis. Nam tum ortu, tum occasu, tum colore significare rectè aduertentibus, futura testantur. Aliquando uerò uentis, quãdoq; hymbribus, tum æstu, nõnunquàm cometis, solis & lunæ eclipsi, hiatu terræ, multis demq; signis, quæ pfint, quæ ue obsint, non solum gentibus ac locis, sed & regibus, & priuatis personis ostendunt. Sub horum cursu esse astra triginta, quæ deos consultores appellãt, & horum medietatem supra, reliquã subtus terrã ferri, tum quæ apud homines accidũt, tum quæ à cælestibus eueniunt, spectãtia. Diebus autem decem, ex superioribus unum, ad inferiora, ueluti astrorum angelum, alterum rursus ab inferioribus ad superamitti. Et hunc esse eorum præscriptũ motum circuitu sempiterno. Deorum præcipuos duodecim asserunt esse numero, quorũ cuilibet mensem, & unum ex signis zodiaci tribuũt: perq; ea solem ac lunam reliquosq; planetas quinq; efficere motũ suum. Solem anno, lunam mense, pprios cursus peragere. Reliquorum planetarũ quemlibet suum motum diuersis cõsumare, tum uelocitate, tum tempore. Hos aiunt planetas plurimũ ingenerationẽ conferre, uel bona, uel mala consequẽda, perq; eorum naturã atq; aspectum maximè cognosci, quæ sint hominibus euentura. Multa quoq; prædixêre, tum alijs, tum etiam regibus, præsertim Alexandro, quum esset cum Dareio pugnaturus. Postmodũ Antigono, Nicanori Seleuco. Prædicunt etiã idiotis futura, ita euidenter, ut mirum, & ultra hominum ingenia esse putetur. Viginti quatuor præterea astra præter zodiaci circulum, annumerant quorum duodecim uersus boream, duodecim ad notum uergant. Et hæc, quòd uideri, quæ attribuunt uiuentibus, hæc non apparere, & defunctis adesse putant, quæ iudices uniuersorũ appellãt. His omnibus inferiorẽ lunam ferri, ppius terrã dicunt, quæ breui tempore efficiat cursum suum, non quidem propter uelocitatem motus, sed propter circuli breuitatem. Quòd uero lumen à sole habet, quòd propter terræ umbram obscuretur, sentiunt cum Græcis. De solis eclipsi uaria sentientes, neq; de ea suam sententiam efferre audent, neq; tempus prædicere. De terra priuatas sententias afferunt, asserentes scaphæ similem, & concauam esse, multaq; de hac, deq; reliquis, quæ in orbe sunt, persuadere nituntur, de quibus alienum ab historia est singulatim referre. Hoc autem concedunt omnes, Chaldæos astrologiæ ultra cæteros, cum diutius in ea uersati sint, esse peritos. Numerum annorum quibus se huiusmodi astrorum doctrinæ uacasse affirmant, haud facilè quis crederit: nam quadringenta tria annorum millia annumerant, usq; ad Alexandri ascensum, ex quo astrorum obseruationes ab se cæptas dicunt. Et de Chaldæis hactenus, nunc eo unde digressi sumus redeat oratio.

*Principales dij xij. menses sortiti.*

*Planetarum influxus.*

*Lunæ cursus.*

*Terra cõcaua*

*Astrorũ obseruatio.*

DE MEDORVM



## DE MEDORVM MORIBVS ET LEGIBVS.

QVONIAM scriptores plurimi de Medorum imperio dissentiunt, haud abre erit ueritatem historiæ exquirẽti, in quibus differant, referre. Herodotus, qui Xerxis tempore uiguit, Assyriorum regnum, qui annis antea quingentis, Asiæ imperitauerant, scribit à Medis euersum, deinceps multo tempore nullum fuisse regem, qui omnibus imperaret. Ciuitates singulas, populari impio usas, absq; regibus uixisse. Tandem plureis post annos, electum à Medis regem, iustitia insignẽ nomine Ciaxarem, qui, ppinquis populis in Medorum societatem adductis, dux omnium creatus est. Tum posteri eius susceptum imperium, ppagarũt usq; ad Astyagem, quem Cyrus Persæq; deuicerunt. de quibus nunc paucis contenti, postmodum suo tempore diligentius trademus. Secundo septimæ ac decimæ Olimpiadis anno, factus est Medorum rex Ciaxares secundũ Herodotum, Ctesias Gnidius post Herodotũ, qui cum Artaxerse aduersus Cyrum fratrem eius militans captus est, obq; artem medicinæ, annis decem & septem, cum rege, summo cum honore fuit, ex annalibus regũ, in quibus prisca Persarum gesta obseruata consuetudine scripta erant, certam à se compertam historiam ad Græcos attulisse affirmat. Is tradit post deletum Assyriorum regnum, Medos imperio Asiæ potitos fuisse, Arbace regnante, qui cum Sardanapalũ bello ut dictum est superasset, regnasseq; duo de triginta annis, Mandanes filius imperium suscepit, qui Asiæ imperauit annis quinquaginta. Post hũc annis triginta regnasse Sosarmonem, quinquaginta autem Carmin, Arbianem duo & uiginti, quadraginta Arsteum, qui bello maximo cum Cadusijs gesto, superatus sit. Eius rei causa traditur fuisse Parsodes, Persa, uir fortitudine, ac prudentia, multisq; præterea uirtutibus memoralibus, qui regi apprimè charus, cum magna esset auctoritate apud eos, qui præcipui penes regem habebantur, ex quodã iudicio infensus regi, cum tribus millibus peditum, equitibus mille, ad Cadusios aufugit. A quibus susceptus, fororem despondit uni, qui cæteris eo tempore potentia præstabat, quum à rege apertè defecisset, suasit Cadusijs omnibus, ut se in libertatem uendicarent. Dux belli ob uirtutem creatus, exercitum maximum adducenta hominum millia coẽgit, castrisq; in finibus Cadusiorum positis, Arceum Medorum ducem, se aduersus, cum octingentis millibus hominum profectum, pugna inita superauit. Ad quingenta millia interfectis, reliquos abegit extra Cadusiorum fineis. Hac uictoria insignis à Cadusijs rex creatus, in Mediam transijt, omnisq; prouincia uastata, magnam gloriam assecutus est. Vergens in senium, quum instaret uitæ finis, execratus est successores, qui odium, inimicitiamq; inter Cadusios ac Medos deleret, qui pacem procuraret, exilio mulcta-

*Herodoti secundum.*

*Medorũ sermo.*

*Ciaxares.*

*Astyages.*

*Ctesiæ seculũ.*

*Arbaces.*

*Nandanes.*

*Sosarmon.*

*Arsteus.*

*Parsodes.*

*Cadusij.*

*Arceus.*

*Belliũ caduſiũ.*

retur, siue progenies sua, seu Cadusius esset. Quapropter Cadusij semp Medis hostes extitêre, nunquàm illorum regibus subditi, usq; ad Cyrum Persarum regem. Post Arcei obitum, in Medis regnauit Artines, annis duobus & uiginti, Artibanus quadraginta. Post hũc Parthi à Medis deficientes, quum patriam, urbemq; Sacis tradidissent, magnum bellũ inter Sacas Medosq; quod annis duobus, magnis utrinq; cladibus gestum est, excitarunt. Paxtandem cõstituta, ut Parthi subicerẽtur Medis, Sacæ, Mediq; amici, sociiq; inuicem perpetuò essent. Sacarum tum regina, erat mulier Tarina nomine, bellorum appetens, audacia quoq;, & rebus gestis, cæteris fœminis inter Sacas nobilior. Habet ea patria mulieres robustas quæ uiros appetant, præsertim belli gloria illustreis. Fertur hæc, tum pulchritudine, tum uerò consilio, prudentiaq; mirabilis extitisse, propinquasq; genteis Barbaras, superbia elatas, ac Sacis imperãteis, expugnasse maioremq; eius regionis partem ad mitiorem traduxisse uitam. Multas insuper condidisse ciuitates, quas reddidisset præcæteris uicinis gentibus fœliciores. Post eius obitum, memores beneficiorum eius, uirtutisq;, subditi sepulchrum ei construxêre, omnium quæ apud ipsos erãt, magnificẽtius. Pyramis ea fuit triãgularis, cuius latus quodlibet, tribus stadijs protendebatur. Altitudo stadij erat unius, uertice in arctũ constructo. Addiderunt sepulchro auream statuam instar colossi. Honores insuper heroicos, aliaq; ad sepulchri magnificentiam, impenderunt, quæ suis maioribus consueuerũt largiri. Astibara Medorum rege in Ecbatanis ob senectam defuncto, filius Apanda regnum cæpit à Græcis Astiages nominatus, quo à Cyrho rege Persarum deuicto, Medorũ regnum ad Persas transijt de quibus suo loco scribemus. De Assyriorum, Medorumq; imperio, deq; his in quibus dissentiunt scriptores, satis dictum putamus. Nunc ad Indos, eaq; quæ de his traduntur, transeundum.

*Artines.* *Artibanus.* *Parthi.* *Sacæ.* *Tarinæ uirtus* *Pyramis.* *Astibara rex.* *Apanda qui Astiages dictus est.*

## DE INDIS AC EORVM CONTERMINIS SCYTHIS.

*Indiæ situs.* *Emodes mons Sacæ.*

INDIA in quatuor latera distincta. Quod ad orientem, quod ue ad meridiem uergit, magnum mare circundat. Quod arctos spectat, Emodẽ mons ab ea Scythia quam habitant hi qui appellantur Sacæ diuidit. Quartum quod est ad occidentem, fluuius Indus terminat, omnium ferè post Nilum maximus. Magnitudinem Indiæ ab oriente ad occasum, scribunt stadiorum uiginti octo milliũ. A septentrione ad meridiem, millium duũm ac trigínta. Hæc tanta Indiæ magnitudo, circulo æstiui tropici uidetur subiecta. In multis Indiæ locis aiũt erectum lignum, nullam à sole umbram reddere, nocte arctos non uideri: in ultimis uerò minimè aspici arcturum, quo in loco umbras uersus meridiem inclinate dicunt.



dicunt. India multos monteis, ac magnos continet, arboribus, omnis generis oppletos. Campos insuper plurimos, maximosq; fructibus uberes, pulchritudine egregios. Diuisa est fluminum multitudine, agros plurifariam rigantium. Ista ex re, bis in anno præbet fructus. Animãtia uarij generis producit, præ cæteris magna ac robusta, partim terrestria partim uolantia. Elephantes insuper plurimos, maximosq; qui Libycos robore excellant. Vtuntur his quos uenatione abundè capiunt in prælijs, multumq; ad uictoriã conferunt. Homines quoq; fert proceros ac ualidos, & artificio accommodatos, ut qui aërem purum ducant, & aquam bibant salubrem. Terra, & domesticis fructibus opulenta est, & uarijs, multiplicibusq; metallis fecunda. Nascitur in ea ingens argenti, auriq; uis, non parum quoq; æris, ferriq; & aurichalci. Multa insuper ad cultum, utilitatemq; uitæ & belli apparatum. Præterea inter alias segetes, fit apud Indos plurimum millij, ac legumínum, agros aqua fluminum irrigante. Oriza quoq;, & quod appellant Bosphorum, multaq; alia ad cibum utilia. Plureis insuper fructus animantium nutrimenta, quæ longum esset recensere. Ob hanc causam affirmant nunquàm Indiam fame, aut rerum inopia premi. Nam cum bis annis singulis segetes ferat, hunc quidem hyeme, quo tempore alij risum serunt, percipiunt. Alterum æstate, quũ oriza, Sisamus, Bosphorus millium, seritur. Quo accidit, ut præcipua sit apud Indos ubertas, quum & sua sponte nascantur fructus, & palustres dulcedine præcipua radices, magnam copiam uictui hominum præbeant. Omnis eñ ferè campestris regio, dulcem tum à fluminibus humorem suscipit, tum à pluuia, quæ certo anni tempore fieri æstate consueuit. Sũt radices quoq; palustres, æstu decoctæ, sed magnarum præcipuè arundinum dulces. Confert etiam ad Indorum fertilitatem cõsuetudo, quæ in bellis seruatur. Nam apud cæteras genteis, hostes bellorum tempore regiones spoliant, uastantq; neq; agros coli sinunt. Apud Indos uerò belli tempestate, in campis opus rusticum exercẽt absque cura agricolæ, procul ab omni discrimine belli. Hostes in prælijs mutua cæde † crassantur. Agricolis nullam in re nocent, sed intactos reliquunt, tanquàm communis utilitatis ministros. Neque uerò hostium agros urunt, neque cædunt arbores. Habent insuper Indi plura flumina, ingentiâque, nauigijs apta, quæ ex fontibus montium ad septentrionem uergentium, in campestria decurrunt. Horum permulti in unum coëuntes, in Gangem defluunt. Eius latitudo stadiorum est trigínta. Fertur absq; septentrione ad meridiem, inque mare Oceanum ingreditur. Delapsus uersus orientem, per Gangaricos, apud quos permulti sunt, maximiq; elephantes. Quo accidit, ut nullus unquàm eis rex aduena imperarit, propinquis gentibus, numerũ, uimq; belluarũ ueritis. Alexander Macedo totius Asiæ imperiũ adeptus, solos Gangaros non oppugnauit. Nam cũ ad Gangẽ cum exercitu

*Indorum agricultura.* *† fortè grassantur.* *Ganges.* *Gangari.* *Indi ab Alexãdro uicti præter Gangaros.*

cum exercitu peruenisset, cæteris sibi subditis Indis, ut nouit Gangaros quatuor milibus elephantis adbellum paratos, nequaquàm eos armis lacessiuit. Indus eodem modo quo Ganges ab Arcto incipiens, inq; Oceanum fluens Indiam diuidit, lapsusq; per loca patentia, augetur pluribus egregijs fluuijs qui in eum decurrunt, quorum præcipui Hypanes, Hydaspesq;, & Aresinus dicuntur. Sunt præter hos haud uulgaria flumina, Indiam inter labentia, quæ regiones eas, hortis, uarijsq; fructibus uberem reddunt. Cur in India plura, maximaq; sint flumina, causas philosophi, physiciq; asserunt, Indiam situ esse humidam, Scythas uerò, Bactrianos, Arrianosq; uicinas genteis elatiores. Meritò igitur humiditatem ex superioribus locis ad infima fluentem, plureis & aquosiores fluuios reddidêre. Sed quod accidit inter cæteros fluuios, quē dicunt Sillam, est dictu mirabile. Defluens enim à monte eiusdem nominis abrupto, neq; alterius fluuij decursu auctus, absorbetur ab hiatu terræ. Indiā omnem quum supra modum amplitudine excedat, multæ, uariæq; incolūt igentes, quarum nullam originem extra Indiam trahit, sed omnes indigetes appellantur. Nunquàm externa colonia illuc adijt, neque ipsi ad alias genteis misere. Asserunt priscos inde homines, his cibis, quos terra sua sponte produceret, pellibusq; animalium, quemadmodum & Græcos prouectibus usos, artesq;, & cætera ad uitam necessaria paulatim adinuenta utilitate homines docente, quibus natura manus, loquelam & animi præstantiam adiumenta uitæ dedisset. Traduntq; qui prudentiores apud Indos fuêre, priscis temporibus, quū adhuc homines dispersi per uicos habitarent, uenisse ad Indos cum exercitu, ex occidentali plaga, Dionysium omnemq; peragrasse Indiam nullis adhuc præclaris constitutis urbibus, quæ ei obsisterent. Quum uerò ob ingenteis æstus exercitus eius peste interiret, ut dux prudens in monteis ex locis planis, milites traduxit. Vbi quū uenti frigidi efflarent, & aquæ potu uterentur quæ pura ex fontibus manabat, à morbo sunt liberati. Locum montanū, in quo exercitus à peste euasit, femur appellauit. Vnde & Græcos tradidisse de eo deo posteris ferunt, in Iouis femore Dionysium esse nutritū. Cum multos fructus Indos plantare docuisset, & uni quoq;, aliorumq; aduitam utilitū usum dedit, plureis insuper condidit egregias urbeis, cogens ex uillis in ciuitatem migrare Deorū quoq; cultum tradidit, leges et iudicia cōstituit. Tandem propter impensa beneficia, rerumq; uarias inuentiones, deus existimatus est, & immortalitū honore potitus. Scribūt etiā mulierū multitudinē in exercitu circūduxisse usumq; esse in acie tympanis, cymbalisq; nondum tuba reperta. Cum Indis imperasset annos duos & quinquaginta, senex defunctus est, cui successerunt regno filij sed paulatim labente successorum culpa principatu cum longo tempore post regnum omnino defecisset, ciuitates libertatem asseruêre. Hæc de Dionysio, deq; progenitoribus eius, ab his qui Indiæ montana incolunt, tradunt. Herculem præterea uolunt ad Indos accessisse

*Hypanes.* *Hydaspes.* *Aresinus.*

*Silla fluuius.*

*Naturæ bona.*

*Dionysius in Indiam.*

*Dionysianus ex mulieribus est exercitus constitutus.*

*Herculis uirtus.*



fisse, sicut & Græci, claua, pelleq; leonis ornatum, qui corporis robore, uirtuteq; multo cæteros homines excesserit, terræ insuper ac maris monstra pdomuerit. Cum multas cæpisset uxores, filios plureis, natam unicam genuit, filijs, quū ad ætatē peruenissent, omnē distribuit Indiā, regnis pro numero filiorum cōstitutis. Filiā ab se nutritā in reginā fecit. Multas præterea ciuitates ab eo conditas scribunt, maximā, clarissimāq;, appellauit Palicotram, in qua sumptuosa ædificata regia, multos in eam introduxit, incolas. Sepulchris etiam fluminibusq; reddidit urbem munitionē. Et ipse quidem Hercules quum è uita migrasset, immortalitū honorē consecutus est. Posteri eius per multa regnantes secula, nil dignum memoria gessêre, neq; exercitu aliquo extra Indiam ducto, neq; colonia ad alias nationes missa. Multis post annis, plurimæ ciuitates in libertatem se uindicarunt. Nationes quædā regnum usq; ad Alexandri aduentū passæ sunt. Quū leges apud Indos uariæ habeant, admiratione tamē dignæ, quæ fuerunt à priscis eorū philosophis editæ. Lege enim sanxerunt, neminē omnino seruum esse, liberos æquo iure, honoreq; haberi omnes, qui assuescerēt, neq; præstare cæteris, neq; iniuria quēquàm afficere. optimè ad omneis fortunæ casus instituisse uitam. Stultum sanè uideri, leges æquas omnibus positas fortunas, nō æquè omnibus cōmunes esse. Indorū populus in tribus septē est distributus. Prima est philosophorū, qui cæteris numero pauciores, supeminent dignitate. Hi ab omni opere immunes, neque seruiunt cuiquam, neq; imperāt, recipiūtq; à priuatis, & ea quibus sacra diis faciāt, & curam habeāt defunctorū, tanquàm chari diis & quæ fiant apud inferos præcipuè norint; propterea dona plurima honoresq; eis impēdunt. Multum uerò psunt Indorū uitæ. Nam anni principio unà cōueniētes, siccitates, pluuias, uentos, morbos prædicūt, cætera q; quorū cognitio possit utilis esse. Futura em̄ audiētes, tum populus, tum rex & futura declināt mala, & bonis futuris imminēt. Qui philosophus falsa prædixerit, nullā præterquàm quod ppetuo sileat pœnā subijt. Secunda tribus est agricolarū, qui multitudine superantes cæteros, à bello, reliquoq; opere liberi, solis agris colendis tēpus impartiunt. Nullus hostis eos lacessit, neque spoliat, sed existimans illos in communi utilitate uersari, ab omni iniuria abstinet. Ita soluti metu agricolæ, terramq; liberè colentes, rerum afferunt ubertatem. Viuunt autem in campis cum uxore ac liberis, neque in urbeis commeant. Dant regi (omnes enim India subdita est regibus) tributum. Nulli priuato licet agros possidere, præter tributū & quartā quoq; fructuū partē regibus impendūt. Tertiam tribum cōficiunt omnis generis pastores, qui neq; in ciuitatibus, neq; in uillis morantur. Vtuntur tabernaculis, uenatu ac retibus tutas à feris auibusq;, regiones reddunt. Hoc exercitio Indiā domesticā præstant, multis uarijsq; tū bestijs, tum auibus, fementi agricolarum infestis copiosam. Quartum locum artifices tenent, quorum pars armis, pars rusticis instrumentis, alij alijs utilibus rebus

*Palicotra urbs.*

*Indorū leges.*

*Indorū tribus*

*Indorū philosophi.*

bus rebus fabricandis uacant. Hi non solum immunes à tributo sunt, sed frumentũ insuper à regia percipiunt. Quinto ordine milites, sed numero secũdi belli disciplina exercentur. Omnis ea multitudo armis dedita, tum equi, elephantíq; bello apti, ex regia uictum habent. Sextus est ordo ephorũ. Hi quæcunq; in India agunt inspiciẽtes, regi referunt. Vbi rex defit, principibus. Septimo loco existunt qui publicis consilijs præsunt, numero paucissimi, nobilitate, prudentiaq; maximè insignes. Ex his enim ad regũ consilia, tum ad rem pub. curandã, tum ad res dubias iudicãdas asciscuntur. Duces insuper ex his deliguntur ac príncipes. Has in parteis politia Indiæ distributa haud quaquàm licet unius ordinis uirum, alterius uxorem ducere, neque exercitium mutare. Necq; enim fas est militem agrum colere, aut philosophari artificem. Habet India plurimos, maximosq; elephantos, fortitudine ac magnitudine præstãtes. Coit hoc animal non sicut quidam putant, promiscuè, sed uelut equi, & reliqua quadrupedia. Decimo ac sexto admínus mense, ut plurimum pariunt quandoq; octauo & decimo. Vnicum ueluti equi parturiunt, quem nutriũt matres annis sex. Viuunt maiori ex parte ætate longeui homims. Qui ucrò maximè senescunt, annis ducentis. Sunt & apud Indos statuti príncipes, qui iniurias ab aduenis prohibeant. Si qui eorum infirmentur, conductis medicis curant, defunctosq; sepeliunt, eorum pecunia proximioribus tradita. Iudices causas cognoscunt: sontes diligenter puniunt. Et de Indis hactenus. Nũc de Scythis qui sunt Indiæ conterminí dicendum. Hi olim à primordio paruam patriam possidebant. Postmodum paulatim per uirtutem, & uicis auctí cum regiones multas sibi subdidissent in magnum imperium gloriamq; peruenere. Ea primum natio iuxta Araxim flumen parua numero, propterq; ignobilitatem contempta, consedit. Nacti regem quẽdam bellicosum, & militari uirtute præcipuum, agros ampliarunt. Montanos quidem usq; ad Caucasum, campestres uerò usq; ad Oceanum & Meotida paludem, aliaq; loca ad Tanaim usq; flumen. Fabulantur Scythæ, natam apud eos ex terra uirginem umbilico tenus hominis forma, reliqua uiperæ. Eam genuisse puerum, cuius nomen fuerit Scytha. Hunc, quum omnium qui ante eum fuerant clarissimus euasisset, indidisse populis Scytharum nomen. Inter huius regis posteros, extitisse fratres duos, summa uirture. Et unum Plutonem, alterũ Napim appellatos, qui magnis rebus gestis regno inter se diuiso, alteros populos Plutones, alteros Napas uocitarũt. Horum magno pòst tempore regum progenies, uirtute & belli artibus insignis, regiones ultra Tanaim usq; ad Thraciam subiecit. Versi déinde ad alteram partem armis, ad Nilum Aegypti peruenêre, redactisq; in potestatẽ, quæ intermediæ erãt gentibus, usq; ad orientis Oceanũ, & Caspiũ mare, paludemq; Meotidẽ imperiũ, ptenderũt. Aucta uiribus ea gens, reges habuit memoria dignos à quibus quidã Sacæ, Hi Massagetæ, qdã Arimaspæ alio noie appellati. Sub his regibus ex puincijs ab se bello subactis

*Elephantorũ natura.*
*Scythæ.*
*Araxes.*
*Virgo ex terra.*
*Scytha puer.*
*Pluto.*
*Napis.*
*Sacæ.*
*Massagetæ.*



lo subactis, coloniæ deductæ sũt, sed duæ maximæ, altera ex Assyrijs inter Paphlagoniã ac Pontum posita. Ex Medijs altera ponè Tanaim flumen, cuius populum Sauromates appellarunt. Hi multis post annis imperio latè diffuso, magna ex parte uastata Scythia, eam penitus desertam, cultoribus reddidêre. Deinceps deficiente Scytharũ principatu, regnasse fœminas dicunt, fortitudine corporũ præclaras. In his enim gentibus exercent ad bellum fœminæ, uiris nihilò uirtute inferiores. Aquarũ multis uirtute egregijs magnæ res non tantum in Scythia sunt, sed in propinquis locis gestæ. Cyrum quidem Persarum regẽ cum ingenti exercitu, Scythiã ingressum, Scytharũ regina prælio superatũ, captumq; cruci affixit. Adeò autem Amazonũ uires claruere, ut non solum multas uicinas genteis, sed magnã Europæ, Asiæq; partem subegerint de quibus postea quàm scribere cœpimus, haud absurdũ erit, quæ de illis magis fabulosè, quàm uerè scribunt referre. Penes Thermodunta fluuiũ, primũ gens Amazonũ fuit, quæ uiris similes, becillis artibus, uiribusq; corporis præstabãt. Earum regina exercitu mulierũ coacto, exercuisse traditur eas militari disciplina, ac nõnullas ex uicinis gentibus expugnasse. Eius déinde gloria, & uiribus ampliatis, propinquisq; subactis gentibus, filiam genuit, quam Martis filiam appellauit. Homines ad texturã, muliebriaq; deputauit exercitia. Lege autem statuit, ut solæ fœminæ, in re militari erudirentur. Viris interdicta essent arma, seruiliaq; officia permissa. Maribus qui ex eis nascebant, crura, ac brachia debilitabãt quo bello inutiles fierent. Fœminis dexterã inurebat mammã, ne pugnæ impedimẽto esset: ex quo & Amazonum eis est inditum nomen. Regina, & prudentia, & rei militaris opinione præstãs, urbem præclarã in ostijs Thermodontis, quam appellauit Themystram, inq; ea regiam insignem condidit. Quum in bellis militarem disciplinã summo ordine seruaret, primum propinquas omnis genteis, usq; ad Thanaim flumen, suo imperio addidit. In quadã deinceps pugna, cum uiriliter dimicans interisset, filia in regno succedens, perq; omnia matris uirtutẽ imitata, gesta eius superauit. Nam uirgines à primis annis uenationibus exercitãs, quotidie ab bellí munia instruxit. Martí quoq; & Dianæ sacrificia instituit, quæ Taurobolium appellauit. Sacra facere edocuit. Vltra Tanaim exercitu traducto, omneis eius oræ gẽteis ad Thraciã usq; deuicit. In regnũ deinde cum multis spolijs reuersa, magnifica eis deis templa construxit, omniũ subditorũ benuolentiã, iusto, æquoq; imperio adepta. Tũ ad alterã fluminis partem uersis armis, Asiæ partẽ usq; ad Syriam bello subegit. Post huius obitũ propinquior genere, in regno succedebat, iustè imperãs, ita, ut Amazones magno imperio, & gloria potirentur. Multis post seculis, uulgata earũ per omnẽ orbẽ uirtute, Herculi Semeles ac Iouis filio ab Eurísteo mandatũ fuisse tradũt, ut Hyppolitæ Amazonis baltheum ad se ferret. Qua ex re illato Amazonibus bello, acieq; profligato, eorum exercitu uictã Hyppolitã cum baltheo cepit, quo prælio

*Sauromates.*
*Cyrus.*
*Amazones.*
*Themystra urbs.*
*Taurobolium.*
*Hyppolita Amazon quæ ex Theseo Hyppolitũ genuit*

prælio Amazonum est regnum deletum. Barbaras deinde proximas gentes contempto Amazonum nomine præteritarum iniuriarum memores adeò, gentem earum continuo bello contriuisse aiunt, ut ipsarum, sit nomen & genus extinctum. Paulò pòst hanc Herculis expeditionẽ in Troiam belli tempore, Pantasileam reginam, Martis filiam, tradunt suarum cæde perteritã, cunctq; Amazonum reliquis exprima profugam Troianis auxilio affuisse, ac pòst Hectoris obitũ, multis præclaris belli facinoribus editis, ab Achille interfectam. Hanc postremã Amazonum præcipua uirtute extitisse, reliquiasq; deinceps eius gentis paulatim defecisse ferunt. Ea causa est, quur apud pastores, cum robur earum, uirtusq; refertur, fabularum antiquarum loco accipiantur. Nobis postea quàm res Asiæ, quæ ad Arctũ uergunt, dignas duximus, quæ posteritati mandarentur, haud absurdum usum est, quæ de Hyperboreis traduntur conscribere. Eorum qui ueteres, similesq; fabulis, historias scribens, Ecateus, quidam q; alij, oppositam Celtis iuxta Oceanum esse insulam, haud multum Sicilia minorem, ponè Arctos tradunt: habitariq; ab his qui Hyperborei, eoq; uento boreæ sint admodum subditi appellentur. Insulam uerò fertilem ac fructuosam, ut in qua fructus annui bis nascantur. Fabulantẽ Latonã in ea natam, unde & Apollo ibi præ cæteris dijs maximè colitur. Esse quoq; eius insulæ homines ueluti quosdam Apollinis sacerdotes, cuius laudes & hymnos, quotidie in cantu celebrent, summeq; eum honorent deũm. Præterea lucum ingẽtem, templumq; Apollinis, forma rotunda, egregium, multisq; donis atq; ornamentis cumulatum. Vrbs ei sacra est, cuius incolas maiori ex parte aiunt esse cytharistas, continueq; in templo sonare, canentes hymnos in Apollinis laudem, cantuq; eius gesta exornantes. Habẽt Hyperborei propriam linguam Græcis, sed Athenien sibus maximè, Delijsq; societate ac beneuolentia iuncti sunt, à priscis temporibus cæpta. Etenim Græcos quosdam dicunt cum ad Hyperboreos transissent, dona sumptuosa in templo apposuisse Græcis literis inscripta. Eodem pacto ex Hyperboreis, olim Abarim uenisse in Græciam, amicitiam q; cum Delijs antea contractam, firmasse. Ferunt insuper lunam hac insula uideri parum à terra distantem, ac terrestreis quosdam ueluti cumulos habentem in se manifestos. Dicũt quoq; eum deum per annos unde uiginti adire insulam, in quibus astrorum reuolutiones perficiantur. Ob eam rem huiusmodi annorum tempus à Græcis Metonus annus nominatur. Interea cythara sonare, psallereq; noctu continuo ab æquinoctio uernali, usq; ad Phadum ortum, deus existimatur uoluptati deditus. Regno, ciuitati imperant huic, temploq; præsunt, ij quos appellant Boreadas, progenies Boreæ, quæ per genus recipit principatum. Nunc ad reliquas Asiæ partes eas præsertim in quibus continetur Arabia transeundum. Ea inter Syriam Aegyptumq; sita, multis, uarijsq; distinguitur gentibus. Nam quæ uergunt ad orientem partes, Arabes incolunt: quos nominant Abatos, habitãtes patriam

*Pantasilea quæ pro hectoris morte uindicãda præclara gessit facinora*

*Hyperborei.*

*Latona Apollo*

*Hyperborea lingua.*

*Metonus annus.*



patriam, tum desertam, tum in aquosam, tum in paucis ferentẽ fructus. Ideó que latrocinijs, uicinis gentibus infesti sunt, atq; inuicti bello. Qui regionem aquis carentem tenẽt, puteos effodiunt, exteris ignotos, quæ res hostium pericula depellit. Nam qui eos persequuntur, aut errantes siti deficiunt, fontiũ inscitia, aut uix redeunt labore defatigati. Ob hanc causam Arabes ea loca incolentes, cum bello expugnari nequeant, liberi uiuunt, neq; ulli unquàm externo regi, non Assyrio, non Medo, non Perso paruerunt. Ipsi Macedonũ reges, nunquàm eos subigere, quantum uis magnis copijs ualuêre. Est in regione Abateorum saxum, natura admodum munitum, unico, angustoq; ascensu euntibus patẽs, paucis custodibus egens. Stagnum quoq; ingens, ut quod longitudine quinquaginta, latitudine lexaginta ferunt ẽ stadia complectatur, asphaltum producens, ex quo non paruum uectigal percipit. Eius aqua odoris est pessimi atq; amari. Quo fit, ut neq; pisces producat, neque aliquod aquatile animal. Et cũ plures dulcis aquæ fluuij in illud decurrãt, nequaquàm tamẽ aquæ natura immutat. Asphaltum stagni medietas plurimum annuatim gignit, quandoq; ad tria iugera, quandoq; ad duo. Vnde & circũstantes Barbari, maiorem partem, taurum, minorem uitulum appellant. Plenus asphalto lacus, procul aspicientibus infusa apparet. Cum asphaltũ lacus est egesturus, palàm ante urgesimum & secundum diem apparent signa. Etenim circa stagnum stadijs pluribus fetor à uento excitatus, proprium, argento, auróque & æri colorem aufert: uento iterum reflante restituitur. Propinqua loca ex calore, fetoreq; lacus corrupta, & morbos afferunt incolis, & breuioris uitæ reddũt. Fertilis est ea palmis regio, quæ fluminibus aut aquis fontium rigatur. Nascitur & in quadam eius cõualle, ad multa medicis utile, balsamũ, maximum uectigal, quum nulla orbis pars alia eam plantam producat. Ab hac deserta, aridâque prima uicina Arabia adeò differt, ut multitudine fructuum, cæterarumq; rerum quæ in ea nascuntur, fœlix nominetur. Calamo enim & eo quem appellant Schinum, rebusq; alijs quæ aromata dicunt plurimum abundat. Folijs præterea odoris suauissimi, & quod ex arboribus stillat, gummi myrrham, etiam & dijs gratissimum perq; uniuersum orbem diffusum thus extrema Arabiæ ferunt. Costum insuper Casiam Cinamomũ & alia eiusmodi plura. Herbæ uerò & arbusta odorifera adeò abũdẽ, ut quæ cæteri rarò super deorum altaribus ponant, illi pro lignis in furnis comburãt. Hisq; quæ apud alios habentur rara, Arabes seruorum domi lectos sternãt. Cinamomum utilitate excellens ad hoc resina, miriq; odoris therebintus apud Arabes nascuntur. Montes non solum abietes ac populos proferũt, sed cedros & quem uocant Baraton. Plurimas uerò alias nutrit plantas, suauem odorem transeuntibus inspirantes. Natura id soli accidit, ut dulces in eo odores orta ferant. Nam quibusdam in locis effossa terra, aliquæ reperiuntur suaue olentes glebæ, quæ ueluti metalla fusæ, lapides ingentes fiunt

*Arabes in libertate degentes.*

*Aduerte quæ in Arabia producuntur.*

*Felix Arabia.*

ædificandis domibus apti. In eos quum guttæ aquæ pluuiæ cadunt, ita liquefiunt ex humiditate iũcturæ lapidum, cõmiscenturq; inuicem, ut unicus murus appareat. Effoditur in Arabia aurum, quod non igni decoquitur, ut apud alios consueuit, sed euestigiò effossum, nucibus id castaneis simile reperitur. Colore est ita lucido, ut pretiosos lapides, ab artificibus auro inclusos, splendidiores reddat. Pecorum adeò fertilis Arabia est, ut nationes plurimas, uitam pastorum ducentes, enutriat. Frumento non eget, multarum rerum uberta te opulenta. Pars Syriæ contermina, multas, uariasq; nutrit feras. Nam & leones, & pardali multò plures, maioresq; in ea, quàm in Lybia reperiuntur. Præter hos qui Babylonij uocantur tigres. Fert & animalia naturæ duplicis, mixta specie, quorum aliquos appellant, Strutiones camelos, qui ex strutione, camelisq; cõstant: unde & nomen trahũt magnitudine ad cameli nascentis modum. Capite sunt pilis minutis, oculis grossioribus, nigrisq;, non dissimili forma & colore camelis, collo oblongo, rostro breui atq; acuto, elati, mollibus pennis, duobus cruribus, pedibus ungula fissa, ut terrestre simul uolatilecq; animal uideatur. Propter grauitatem, neq; altius extolli, neq; uolare potest, sed uelociter terra graditur. Persequũtur illum equites, quos sæpius lapide pedibus, ueluti funda iacto, ferit. Quũ effugere nequit, inter arbusta sæpius, aut umbrosa loca, caput abscondit, non naturæ desidia, ne uideat aut conspiciatur ab alijs ut quidam putant, sed quia ea corporis pars cæteris debilior, umbram sibi pro tutela parat. Natura enim optima singulis animantibus ad sui salutem magistra, non suæ tantum, sed eorum quoq; quos procreat curam salutis gerit. Qui Camelopardi uocantur, ab his ambobus à quibus sortiuntur nomen nascuntur, sed camelis existunt minores, & breuiore collo, capite, oculis colore, pilis, pardi similes. Vngulæ fissura camelos. Caudã habent longam in modum pardi. Nascunt etiam in Arabia tragelaphi ac bubali, pluraq; alia, uariæ formæ, mixtæq; naturæ animantia, quæ breuitatis gratia omisimus. Videtur autem sol regioni ad meridiem positæ plurimam gignendi uirtutem afferre, propterea q; plurima in eis locis uaria, ac pulchra animantia natura fieri. Eadem causa, & in Aegypto crocodylli, & fluuiatiles equi. In Aethiopia uerò, ac Lybiæ desertis, elephantes multi, uarij serpentes, diacones, cæteraq; feræ, magnitudine ac uiribus eximiæ nascuntur. In India quoq; elephantes, mole, uiribus multitudine, reliquis sunt antecellẽtes. Non solum autem his in regionibus animalia specie diuersa, solis opere, uirtuteq; fiunt, sed lapides quoq; naturæ uariæ, tum colore, tum splendore admodum lucido. Cristallus enim lapis ex aqua oritur pura, congelata, non quidem à frigore, sed diuini caloris ui, quam duritiem seruet, uariosque suscipiat colores. Smaragdi enim berilliq; inter metalla, æra, nascentes, à superis formam, coloremq; capiunt. Lapidibus etiam aureis, solis æstus, eum colorem indidit. Quapropter & adulterinos quoq; arte hominũ colore cristallos addito fieri tradunt.

*Aurum.*

*Leones.*
*Pardi.*
*Tigres.*
*Strutiocamelus.*

*Camelopardi.*

*Tragelaphi.*

*Animaliũ uarietates.*

*Cristallus.*

*Smaragdi.*
*Berilli.*



tradunt. Carbunculorum insuper uarias species solis uirtus efficit. Eodẽ modo diuersarum auium formis color est additus, ut inuicem differentes, quædam omnino porphireæ, aliæ splendido nonnullæ croceo, aliæ smaragdi colore existant, quæ omnia lumine solis effici uidemus. Hoc & in iride conspicere cælesti licet, qui uarios colores à sole accipit. Horum uarietatem naturales superioribus tribuunt calore solis cooperante, qui uiuificet omnium rerũ formas. Deniq; florum, terræq; colorum ac uarietatis, cuius naturale opus ars, postea hominum natura docente imitata, uarios singulis rebus colores addiderit. Et enim colores, fructuum odorẽ, saporum uarietates, animaliũ magnitudinem, cuiusq; rei formam, terrarum diuersas species, constat solis caliditate fieri, qui terræ humiditate concalefacta, cuiuslibet rei naturam producat. Itaq; neq; parius, neq; alius quiuis mirandus lapis cũ Arabicis est comparandus: quorum & albedo splendida est, & pondus graue, nec cæteris cædunt leuitate. Hanc ei prouinciæ proprietatem, uirtus solis, ut diximus, elargitur. Calor enim condensat, siccitas comprimit, splendor illuminat. Auium genus omne caloris particeps uolans, ppter leuitatem solis opera, diuersi est coloris in regionibus præsertim soli ppinquis. Babylonia pauones plurimos coloreuario distinctos nutrit. Vltima Syriæ fert psytacos, porphyriones q; ac meleagridas, plureisq; alias animantium species, coloribus uarias. Simili modo & de alijs similis plagæ locis, ut est India, rubrum mare, Aethiopia, & Lybiæ portio. Sed partes orientis quæ feraciores sunt, nobiliora, maioraq; ferunt animantia. Reliquæ secundum solis uirtutem. Eodem pacto inter arbores palmæ in Lybia fructus producunt, squalidos, ac paruos. In interiori Syria qui carioti appellantur fiunt, alijs excellentiores, tum dulcedine, tum magnitudine, tum humore. His maiores multò Arabia fert ac Babylonia, quorum magnitudo sex est digitorum. Colore sunt quidam subæreo, nõnulli puniceo, alij porphireo aspectu ameni, & suaues gustu. Palmarum arbor procera est, stipite tereti & usq; aduerticem æquo coma eius uariè circunq; diffunditur. Ea quæ ad meridiem spectat, Arabia, fœlix cognominatur. Interiorem pastores colunt, in tabernaculis uitam ducentes. Hi pecoribus, armentisq; diditi, latos habitãt campos. Quæ inter hos, fœlicemq; Arabiam interiacet, absq; aqua est, & ut iam diximus, deserta. Quæ ad occasum uergit, arenosa est penitus. Per eam iter qui faciunt, quemadmodum in mari nautæ arecti, signa itineris duces habẽt. Reliqua pars Arabiæ uersus Syriam sita, multifariam agrorum cultoribus, mercatoribusq; referta est. Qui eorum quæ exportant præmijs allecti, quæ rara apud cæteros habentur, abundè subministrant. Quæ ad oceanum pars respicit, supra fœlicem Arabiam posita, multisq; ac magnis diuisa fluuijs, plureis stagnantes locos, paludesq; haud parui ambitus facit. Quæ tum flumínum, tum imbrium aquis irrigata, maiori ex parte duplici fructu abundat. Nutrit autẽ is locus elephãtorum greges, aliaq;

*Carbunculi.*

*Solis uis.*

*Pauones.*
*Syria.*
*Psytaci.*

*Palmæ.*
*Carioti.*

*Arabia fœlix.*

uaria, ac diuersa specie, formáque animalia. Pecorum insuper, præsertim bo-
um, atque ouium magnas pingueisq; caudas habentium, copiosa est. Multa
Ditili. quoque & diuersa camelorum præbet genera, tum pinguium, tum macilen-
torum, quorum nonnulli gibbum duplicem in dorsum habent, à quo & Ditili
nominantur. Horum carnibus lacteque uescuntur incolæ. Quidam ferendis
oneribus apti, supra decem frumenti minas, homines uerò quinq; in lecto ia-
centes uehunt. Anacoli uerò, Ligariq; qui Dromadum sunt forma, plurimũ
uiæ conficiunt: præsertim per deserta & aquis carentia loca. In bello quoque
duos incertamen sagittarios ferunt, dorso contrariè inuicem insidentes. Al-
terum à fronte aduersus hostem, alterum contra persequentem pugnantes.
Et de Arabia hactenus. Nunc de insula in oceano uersus meridiem reper-
ta, & quæ in ea præter fidem narrantur, decq; inuentionis causa paucis sunt ex
Iambolus plicanda. Iambolus à pueritia eruditus, post patris qui mercator extitit, obi-
mercator. tum, & ipse mercaturæ operam dedit. Per Arabiam transiens ad aromata
emenda, cum socijs itineris à latronibus captus, primò cum uno ex conseruis
pastor deputatus est. Deinde unà cum eo à quibusdam Aethiopibus cõpre-
hensus, ultraq; maritimam Aethiopiam ductus. Hi quum essent externi in
expiationem eius regionis capti sunt. Mos erat his qui ea loca incolebant Ae-
thiopibus à priscis temporibus ex deorum responsa traditus, perq; progenies
uiginti annos uerò sexcentos (progenies enim trigínta perficitur annis) ob-
seruatus duobus hominibus expiationem facere. Habebant præparatum na
uigiolum, ad ferendas maris tempestates aptum, & quod duo uiri facilè
possent regere. In id sex mensium uictu, quod satis esset ambobus impositq;
uiros inducentes, manabant, ut secundum oraculi responsa, nauiculam uer-
sus meridiem dirigerent. Venturos esse eos ad insulam fœlicem & humanos
homines, qui beatè uiuerent. Eodem modo. & eorum patriam, si ipsi in insu-
lam salui peruenissent, sexcentis annis in pace, fœlicitateq; futuram. Sin ue-
rò longitudine maris territi, cursum retrò uerterent, tanquàm impios ac sce-
lestos, omni eorum genti magnarum calamitatum causam præbituros. Ae-
thiopes uerò aiunt dies agere iuxta mare festos, sacraq; facere, optantes quo
solita fiat expiatio, prosperum nauigantium cursum. Hi post quatuor men-
sium nauigationem, multis acti tempestatibus, ad insulam deferuntur, figu-
ra rotũdã, stadiorum ambitu quinq; millium. Insulæ appropinquantibus, ac
colæ quidam obuij, scapham deducunt. Alij accurrentes, mirantur alienige na
rum aduentum, eos humaniter, benigneq; suscipiũt, quæ apud se erant, cum
illis communicantes. Sunt eius insulæ homines corpore ac moribus haud no
stris similes. Eadem tamẽ omnes corporis forma, sed quæ magnitudine qua-
tuor cubitos excedat. Horũ ossa ueluti neruj, quo uelis flectuntur, reflectun-
turq;. Corpore sunt plus quàm nostra, agili ac robusto. Nam si quid mani-
bus cæperint, nemo eripere ex digitis potest. Pilis carent, demptis, capite, su-
percilijs,



percilijs, palpebris ac meritò reliqua parte corporis adeò perpolita, ut ne par
ua quidem lanugo appareat. Pulchri sunt, decori, & corpore compositio. Au
rium foramina multò nostris patentiora. Quemadmodum & lingua à no- *Lingua diuisa.*
bis differunt, habet enim eorum lingua priuatim quid, tum à natura, tum ab
ingenio datum. Diuisam enim linguam natura dedit, quæ scinditur in inferio-
ri parte, ut ab radice duplex esse uideatur. Ita uaria utuntur loquela, ut nõ so-
lum uoce hominum loquãtur, sed auium diuersarum imitant cantus. Quod *Dictũ animad uerte admira- bile.*
uerò uidetur admirabilius, unà cum duobus hominibus pfectè simul respon-
dendo, tum disputando loquuntur. Vna enim linguæ parte uni loquitur, re-
liqua alteri. Purum ibi esse integro anno aërem constat, quemadmodũ poëta
scribit pirum supra pirum, malum supra malũ, uuam supra uitem, ficum su-
pra ficum senescere. Esse insuper tradunt continuò diem parem nocti. Circa
meridiem nullam fieri rei alicuius umbram, quũ supra uerticem sol existat.
Viuunt autem secundum cognationes ac cetus, qui tamen quadringentos
non excedant. Habitant in pratis, ferente absq; cultura, sponte sua, uberes fru
ctus terra. Nam insulæ uirtus, aërisq; temperies, terram sua sponte frugife-
ram ultraquàm satis est reddit. Nascuntur apud eos arundines plurimæ, fe- *Arundines.*
rentes uberem fructum, albo eruo persimilem. Hos collectos spargũt aqua
calida, quo ad auctus, ouis columbæ magnitudinem æquet, ex his postmodũ
contritis, panem conficiunt dulcedine præstantem. Sunt etiam in ea aquarũ
fontes permagni, ex quibus partim aquæ calidæ, ad usum balneorum, ad cu-
randosq; morbos manant, partim summa dulcedine frigidæ, quæ ad ualitu-
dinem conferunt. Est quoque omnium doctrinarum, tum maximeq; astrologiæ
apud eos cura. Vtuntur literis, quas habent uiginti & octo, secundum uirtu-
tem significandi, characteres uero septem, quarum quælibet quatuor inter-
pretatur modis. Longissimæ sunt ætatis, ut qui annos centum quinquagin-
ta uitam agant, & absq; aliquo ut plurimũ morbo. Si quis febricitat, aut cor-
pore æger fuerit, mori statuta lege compellunt. Nõ scribunt per latus ut nos, *Diuersus scri bendi modus.*
sed à superiori parte recta línea ad inferiorem. Mos est eis ad certam usq; ætã
tem uiuere, qua perfecta, uariam sibi mortem sponte constituunt. Gemina
est apud eos herba, supa quàm si quis iacet, in suauem deductus somnũ, mori
tur. Mulieres minimè nubunt, sed omnibus sunt communes. Simili modo &
filij educantur, cõmuniq; amore sunt omnibus. Abducunt sæpius à nutrienti
bus infantes, ne matres filium recognoscant. Quo fit ut quum nulla sit apud
eos ambitio, aut præcipua affectio, concordes absq; ulla seditione uiuant. Es-
se insuper animalia ea in insula magnitudine quidem parua, sed natura ac sa-
guinis uirtute admirabili. Corpore sunt rotundo, ac testudinibus simili, dua-
bus lineis inuicem per medium transuersis, in quarum cuiuslibet extremo sit
auris & oculus, ut quatuor oculis uideant, totidem audiant auribus. Vnicis
uentre atq; intestinis, in quæ cõmesta confluunt. Pedes circũ habent plureis,

quibus in utranq; partem ambulat. Huius belluæ sanguis mirabili asseritur uirtute. Omne enim corpus cõcisum dum spirat, hoc tinctum sanguine euestigio cohæret. Similiter & manus cæsa, reliquæq; corporis, dum uita suppetit, partes resartiuntur, si recenti adhuc applicentur uulnere. Quisq; cætus nutrit magnas diuersæ naturæ aues, quibus experiuntur quales filij sint futuri. Positis enim supra aues infantibus, si uolantes per aëra, immoti non expauescant educant. Si uerò timore ignauiaq; deficiunt, proijciuntur, ut neq; diutius uicturi & animi exercitio inutiles. Cuiuslibet cætus senior, alijs tanquàm rex cui parent omnes, imperat. Annis centum quinquaginta actis, seipsum uita ex lege priuat. Post eum senior accipit principatum. Mare quo insula circũdatur, fluctuosum, & quod motus ingenteis facit, dulcis est aquæ gustu. Arctus & pleræq; stellæ, quæ nobis apparent minimè, ab illis conspiciuntur. Septem uerò insulæ, simili magnitudine, paribus interuallis, eiusdem gentis, legisq; existunt. Omnibus ea incolentibus, quamuis terra sua sponte abunde uictum ferat, tamen his modestè utuntur. Simplices enim cibos appetũt, nutrimentum quod satis est, quærentes. Carnibus, tum assis, tum elixis uescuntur, coquorum artem, uarijsq; saporibus condita, ut inutilia reijciunt. Deos & eum qui omnia continet, solemq; reliqua cælestia colunt. Pisces, aucisq; uarij generis capiunt. Nascuntur etiam sua sponte arbores fructiferæ, oleaq; & uites, ex quibus olei, uiniq; copiam educunt. Serpenteis magnos, sed innocuos insula producit, quorum carnes miræ dulcedinis, edunt. Vestes parant ex lanugine molli ac splendida, ex medio arundinum sumpta, qua maritimis tincta ostreis uestimenta purpurea conficiuntur. Varia existunt animãtia, ut propter opinionem, haud facilè credita. Certum uiuendi ordinem seruãt, uni cibo dietim contenti. Nam certo die pisceis, alio aueis quandoq; terrestria animalia edunt. Oleo aliquando, simpliciq; mensa utuntur. Diuersis sunt exercitijs dediti. Quidam inuicem ministrant. Alij piscantur, alij exercẽt arteis nonnulli circa alias res usui commodas occupantur. Quidam exceptis senibus, partitis inuicem operis, seruitio uacãt. In sacris ac diebus festis hymnos in deorum, & maxime Solis laudes canunt cui se & insulas dicarũt. Mortuos in littore sepeliunt, cadauer, quum mare fluit, arena obruentes ut aquæ fluxu, inundationeq; exaggeretur locus. Calamos aiunt, ex quibus fructum decerpunt, augeri minui ue ad lunæ modum. Fontium aqua dulcis ac sana, caliditatem seruat, nisi frigida aqua, aut uinum immisceatur. Iambolus, & qui cum eo accesserant, cum septem annis in insula mansissent, tandem ciectos fuisse aiunt inuitos, tanquàm malos, malisq; assuetos moribus. Igitur præparata scapha, cibisq; impositis, abscedere coacti, mensibus quatuor, ad regem Indiæ arenosa acuadosa loca marí appulêre. Et alter quidem tempestate periit, Iambolus in uillam quandam diuertens, ab incolis ad regem in urbem Alibrotam plurimum à mari distantem deductus est. Quum Græcos diligeret rex, plurimiq;

*Seniores principatu potientes.*

*Iambolus.*

*Alibrota urbs*



plurimiq; eorum doctrinam faceret, multis illum donauit. Deinde securè in Persidem primò, tum sospitem in Græciam misit. Hæc post modum Iambolus literis mandauit, multaq; de India conscripsit, antea cæteris ignota.

## EXPLICIT LIBER TERTIVS,
Incipit quartus, in quo hæc continentur.

De Acthiopibus qui sunt ultra Lybiam, déque his quæ apud eos antiquitus feruntur.

De auro quod in extremis Aegypti effodiũt, deq; eius præparatiõis artificio.

De his qui maritima loca Arabiæ incolunt, atq; ad oceanum sita uersus Indiam loca uergũt. Vbi describuntur singulatim nationes, & quibus legibus utuntur, & quam ob causam multa de eis uariè feruntur, minimeq; fides illis præstetur.

De priscis Lybiæ rebus, deq; his quæ de Gorgone & Amazonibus, & Amone atq; Athlantibus scribuntur.

De his quæ de Nisa feruntur fabulæ, in quibus de Titanibus, de Dionysio, & de eorum matre continetur.

# DIODORI SICVLI
## A POGIO FLORENTINO IN LATINVM TRADVCTVS, DE ANTIQVORVM GESTIS FABVLOSIS, LIBER QVARTVS.

*Aethiopes primi.*

POSTEAQVAM SVPERIVS DE AEGYptí, Asiæq; secundum quanq; prouinciã memoratu dignis rebus scripsimus, hic liber Aethiopes, Lybios, Athlantides cõplectetur. Ferunt Aethiopes primos hominũ omniũ creatos esse, cuius rei coniecturã ferunt, quòd nõ aliunde homines in eam accesserint: sed in ipsa geniti, meritò indigetes omniũ consensu appellentur. Et quidem simile ueri est, eos qui sub meridiẽ habitant, primos è terra fuisse homines genitos. Nam solis calore terrã, quæ humida erat, arefaciente, atq; omnibus uitam dante, decens fuit, locum soli propinquiorem primò naturam animantiũ tulisse. Asseritur autẽ deorũ apud eos cultũ primitus adinuentũ. Sacra insup. pompas, celebritates, aliaq; quibus diis honores impenduntur, ab eis fuisse reperta. Qua ex re ipsorum in deos pietate, religioneq;, inter omneis uulgata, uidentur Aethiopum sacra diis admodum grata esse. Huius rei testimonium afferunt antiquissimũ ferè, ac celeberrimum apud Græcos poëtarum, qui in sua Iliade Iouem reliquosq; unà deos introducit in Aethiopiã, tum ad sacra, quæ eis de more fiebãt, tum ad odorũ suauitatẽ cõmigrãtes. Dicitur etiam Aethiopas suæ erga deos pietatis præmiũ tulisse. quòd nũquàm ab externis regibus subacti sunt: semp; emẽ liber permansere. Etenim quum plures, magnis copijs, apparatuq; aduersus eos profecti sint, nullus tamen eorum imperium potitus est. Cambises quippe maximis uiribus Aethiopas aggressus, & exercitu, amisit, & ipse periculũ subijt uitæ. Semyramis, & consilij magnitudine, & rerum gestarum fama excellens quum Aethiopiam intrasset, desperatione rerũ subitò abscessit. Hercules quoque & Dionysius, uniuerso peragrato orbe, solos Aethiopas, etiam Aegypto conterminos, tum propter eorum in deos cultum, tum quia inexpugnabiles uidebantur, intactos reliquêre. Asserunt insuper Aegyptios eorum colonos esse, colonia ab Osiride deducta. Quin etiam Aegyptum olim non terram firmam, habitabilemq;, sed mare ab orbis exordio extitisse. Ea limo postmodum Nili inundatione ex Aethiopia aduecto, exaggerata à flumine terra, paulatim continentẽ factam. Quod in ostijs fluminis conspici licet. Annis emẽ singulis, noua materia, inundatione Nili ostijs appolita, cædit pelagus

*Homines primi.*

*Deorũ cultus.*

*Aethiopes à Semiramide Hercule, & Dionysio nõ uicti.*



pelagus, ob cumulos terræ superinductæ: ita regio omnis incrementũ ab Aethiopia ex terra allata cæpit. Plurimæ etiã leges ab Aethiopibus sunt ad Aegyptum translatæ, colonis maiorum seruantibus instituta. Nam reges, deos existimare, sepulchrorũq; præcipuum studium habere, aliaq; eiusmodi plura ex Aethiopum disciplina profecta sunt. Statuarũ insuper magnarum usum, ac literarum formas, ab Aethiopibus acceperunt. Quum Aegyptij literis utantur propris, has quidem uulgò discunt omnes, has quas sacras appellãt, soli sacerdotes norunt, à parentibus eorum priuatim acceptas. Apud Aethiopes hisdem omnes figuris utuntur. Sacerdotes non apud utranq; nationem eundem ordinem habent, purè enim castéque ad cultum deorum accedũt, utriq; simileis ferentes stolas eiusdemq; figuræ. Sceptrum in ara tri formam quo & utuntur reges. Pileos etiam ob longos gestant, circa finem umbelicum habentes, serpentibus quos aspidas uocant circumuolutos. Monumentum insigne, eos qui contra regem insurgere audeant, mortiferis morsibus subesse. Plura alia de illorum antiquitate dicuntur, Aegyptiorumq; colonia, de quibus scribere haud operæpretium uidetur. Sed de Aethiopum literis quas Aegyptij sacras uocant, ne quid de priscis rebus omittatur, dicendum. Sunt Aegyptiorum literæ uarijs animãtibus, extremitatibusq; hominum atque instrumentis, sed præcipuè artificum persimiles. Non enim syllabarũ compositione, aut literis, uerba eorum exprimuntur, sed imaginum forma eorum significatione usu memoriæ hominum tradita. Scribunt quidem, accipitrem, crocodillum, serpentem, hominis oculum, manus, faciem, & cætera eiusmodi. Accipiter rem denotat citò factam, quoniam hæc aliarum fermè omnium auis sit uelocissima. Transfertur hæc notatio ad domesticas res, quæ uelociter fiant. Crocodillus malum significat. Oculus iustitiæ seruator, & totius corporis interpretatur custos. Reliquarum corporis partium, dextera manus, digitis passis, libertatem designat. Sinistra uerò compressis, tenacitatem atq; auaritiam. Eodem modo & cæterarum corporis partium figura atq; instrumenta aliquid certum notabant, quæ memoria hominũ, longo usu ac meditatione obseruata, euestigiò quid ea exprimerent internoscebant. Aethiopum leges quædam non parum ab reliquarum gẽtium legibus, maximè uerò circa regum electionem differunt. Nam sacerdotes optimos ex se ipsis eligũt. Quem uerò ex eis deus more quodam bacchantium circumdelatus cepit, hunc regem populus creat. Statinq; flexis genibus, quoniam sit diuina prouidentia datus, ut deum honorat. Assumptus in regem, uitam ducit, statutam legibus, omniáque agit iuxta patrios mores, neque præmio, neque pœna afficiens quẽquàm, præter traditam à superioribus legem. Mos est illis neminem subditum, etiam damnatum, morte punire, sed quidam ex lictoribus præferens mortis signum, ad reum mittitur. Quo accepto, reus domum abiẽs, sibi mortem cõsistit. Commutare mortem exilio, ueluti mos est apud

*Aspides.*

*Aegyptiorum literæ.*

*Accipiter.*
*Crocodillus.*
*Oculus.*
*Manus.*

est apud Græcos nefas habetur. Ferunt quendam, misso ad se mortis signo, cogitasse ex Aethiopia fugere. Quod præsentiens mater, zona adfilij collum polita, nequaquàm manibus renitere ausum, ne suis dedecori esset, transgulasse. Sed præter omnium opinionem mirandum uidetur quod fertur de regum morte. Nam qui in Meroë sunt, circa decorum sacra, cultumq; diditi sacerdotes, & hi quidem maxima apud omneis pollent auctoritate, quum eis uisum fuerit, regi nunciant, ut mortem oppetat: ita enim deorum iuberere sponsa, neq; fas esse immortalium uoluntatem ab mortali homine cõtemni, aliasq; addunt rationes quibus ex ueteri obseruataq; consuetudine, uoluntariam regi suadeant mortem. Et sanè superiores omnes reges, sacerdotibus, non armis, neque ui coacti, sed ipsa uicti superstitione, sponte paruerunt. At
*Ergamenes.* Ptolomæi secundi tempore, rex Aethiopum Ergamenes, Græcis doctrinis, philosophiæq; deditus, hunc primus morem spreuit. Vsus nanq; prudentia regedigna, cum militibus in Auatum, ubi templum aurcum erat Aethiopũ profectus, sacerdotibus omnibus interemptis, ueteriq; consuetudine abolita, pro uoluntate regnum tenuit. Consuetudinem quam seruant regis amici,
*Aethiopũ rex* quamuis mirabilem, tamen permanere ad hoc usque tempus dicunt. Moris enim afferunt Aethiopibus fuisse, ut si quando res aliqua corporis parte, ex quauis causa debilitaretur, domestici homines, sponte sua eandem partẽ debilitarẽt. Turpe etenim existimabãt, regeclaudo, nõ & omneis claudos amicos esse. Et quidem absurdum uidebatur, quũ ueræ sit amicitiæ, ex rebus aduersis amicorũ dolore, lætari secundis, nõ & corporis quoq; doloris amicos particeps esse. Ferunt quoque consuetudinis esse, amicos ultro in regis morte uita defungi, existimantes eum interitum glorioſum, ueræq; amicitiæ testem. Ideo haud facilè est Aethiopibus aduersus talem amicorum sensum, insidias parare, cum & rex, & amici, uno animo, communi eorum consulant saluti. Hæ leges apud eos Aethiopes qui Metropolim, ac Insulam Meroën, uicináque Aegypti loca incolunt, seruantur. Sunt & alia genera Aethiopum admodum populosa, quorum hi, utraq; Nili ripas, insulasq; in Nilo sitas habitant, in Arabiæ sunt, proximi. Alij mediterraneas tenent regiones, uersus Arabiam sitas. Horum pars maior, maximeq; iuxta fluuium inhabitantes, colore nigri sunt, facilè similes, capillis crispis, sylucstres ferme omnes, atq; aspectu efferi corpore robusto, ungues, ptensas feris similes, absuntq; à mutua humanitate plurimum. Vocem, pnunciãt acutam. In cæteris quæ ad uictũ spectãt, nil domestici, humaniq; habẽt, plurimũ à nostris moribus differentes. Arma ferunt, hi quidem scuta ex corio crudo bouis ac paruas hastas. Hi præacutas sudes quandoq; ligneos quatuor arcus cubitorũ: quibus sagittãt altero, ptenso pede. Consumptis sagittis, subdolis pugnant. Armant insuper usq; ad certam ætatem fœminas, quibus ut plurimũ moris est, æreũ circulũ in labijs ferre. Vestibus quidã minimè utunt, uitã per omnẽ nudi, expositiq; solis



solis ardoribus, nulla re præterquàm quæ casu se offert, adiuuant. Nonnulli pecudũ caudas, pudendis uelamẽ, fœmori circũdant. Alij pecorũ uestiunt pellibus. Sunt qui subligaculis quæ ex capillis contexunt, usq; ad mediũ, corpus cooperiant. Non enim oues eorũ (ita fert regio) lanam habẽt. Cibis utuntur quidam herba, quæ in aqua sua sponte, circa stagnantia ac paludosa, oritur loca. Quidã arborum fructibus, quibus etiam corpora ab æstu meridiano circundant. Alij Sisamũ & lotum serunt. Sunt qui teneras arundinum radices edant. Plures arcu exercitati, auibus occisis, famẽ sedant. Magna pars, pecorum carnibus, lacte, caseo, uitam ducũt. De dijs qui superiores accolũt regiones, dupliciter sentiunt. Nam quosdam eorum opinantur sempiternos, atq; incorruptibiles esse, ueluti solem, lunam, & uniuersum mundum. Quosdam uerò putant mortales, naturæ participes, sed ppter uirtutẽ, & in homines beneficia, honores immortales fuisse sortitos. Iisdem nanq; Pana, Herculẽ, Iouem, præcipuè colunt, existimantes multa ab his hominum generi beneficia impensa. Quidam Aethiopum nullos censent esse deos, ideoq; solem orientem, ut hostem in loca palustria fugientes, execrantur. Moribus, circa mortuorum funera, sunt uarijs. Nam hi defunctos in flumen, pijciunt, existimantes id optimum sepulchrum esse. Hi circundatos uitro, diu seruant, ne eorum aspectus sit posteris ignotus, neue in obliuionem incidant domesticorũ. Alij in urnis fictilibus condentes, circa templa sepeliunt, per quos maximum habetur præstitum iusiurandum. Regna tribuunt, hi quidem melioribus, arbitrati fortunæ dona, utraq; & monarchiam & uirtutem esse. Alij bonos pastores in regnũ assumunt, tanquàm eos qui rei optimæ curam habeãt. Quidam ditioribus, at qui suis facultatibus soli cæteris opitulari queãt, regnum mandant. Nonnulli fortitudine præstantes, eligunt reges, putantes qui bello plurimum possit, solum imperio dignum esse. Eius iuxta Nilum oræ, quæ Libyam respicit, nam portio pulchritudine cæteras superat uarias ad usum uitæ res, copiosaq; afferentes, ad euitandos uerò ardenteis solis æstus, paludes, aptissimũ refugiũ habet. Qua ex re is locus à Libycis atq; Aethiopibus sæpius bello lacessitus ipsi quoq; accolæ, mutuis decertant bellis. Accedunt ad eos ex superiori plaga elephantes electi, ut quidã tradũt, fertilitate loci, pastusq; suauitate. Paludes enim mirandæ à ripis fluuij manant, in quibus multi, uarijsq; ut ulua, arundinesq; nascunt cibi, quos quũ degustãt, libẽter in his locis morant. Cõsumentesq; ut plurimũ nutrimenta hominum, eos compellunt ad alia loca fugere. At ipsi, utpote pastores, in tabernaculis habitantes, fertiliores agros suam patriã esse putant. Elephantes autẽ mediterranea, aridaq; loca, procul ab aquis linquunt, pascuorum inopia. Nam tum æstus magnitudine, tum raritate fontium, pauca ibi nascuntur. Tradunt quidã in desertis ac efferis locis, serpentes, qui cum elephantis propter aquas pugnant, magnitudine, numeróque admirabiles esse. Complicant enim in corpus assurgentes

*Aethiopum de dijs opinio.*

*Aethiopum sepulchra.*

*Elephantes cũ serpentibus.*

surgentes, annixíq; uíribus, elephantorum crura, connectuntq; pluribus plícis, adeò arctè summaq; ui, ut spumentes bestias, natura graueis, ad calum compellant. Tum plurimum concursu facto, bestiam haud facilè mobilem depascuntur. Omissis enim elephantis, ad assuetos uertuntur pastus. Dícunt hos serpentes loca fugere campestria: habitare autem inter longas cõualleis, in altis speluncis, neq; assuetos, tutosq; deserere locos. Natura quod cuiq; ad tutelã conferat, singula animantia docente. Et de his Aethiopibus hactenus.

*Agatharchides. Arthemidorus.*

Nunc pauca de auctoribus, qui de Aegyptijs atq; Aethiopibus scripsêre sunt nobis dicenda. Horum nonnulli fama & quidem mendaci credentes, quidam scribendi uoluptate seducti, nullam merent fidem. Agatharchides quippe Cnidius, in secundo rerũ Asiaticarũ, ac Arthemidõrus Ephesius in Octauo geographiæ libris, nõnullíq; alij qui in Aegypto habitantes, historias edidêre, in plurimis eorum, quæ retulimus cõueniunt. Et sanè nos, quo tempore ad Aegyptum uenímus plurium sacerdotum consuetudine usi, cum senioribus quoq; nonnullis, qui ex Aethiopia aduenerant collocuti, ab his díligenter rerum ueritatẽ scrutati sumus: multa quoq; ab historicis, falsò scripta deprehendentes, ea in quibus conueniebant literis mandauimus. Nunc Aethiopes qui meridiem uersus & rubrum mare incolunt referemus. Verum prætermittendum nobis non uidetur, quomodo aurum apud Aegyptios reperitur.

*Auri effossio.*

In Aegypti finibus, qui ad Aethiopiam & Arabiam uergunt, loca sunt metallorum feracia, ex quibus magno cum labore atq; impensa, aurum educitur. Nam terra nígra natura, meatus ac uenas habet marmoris albissimi, & quod super omneis luceat splendorem. Huic operi qui præsunt, magna hominum copia, ad excudendum aurum utuntur. Aegypti enim reges, crimine damnatos omnes, ac ex hostibus captos, insuper ob aliquam falsam calumniam, aut regum iram, in carcerem detrusos, auro effodiendo deputant, simul sumpta facinorum pœna & magno quæstu ex eorum labore percepto. Illí compedíbus uincti, magnus hominum numerus, absq; ulla intermissione, die, noctuq; exercentur, nulla, neq; requie concessa, omníq; ablata effugiendi facultate. Nam Barbari milites, diuersa inuicem lingua, eorum custodiæ præsunt, quorum nullus sermonis commertio sublato, aut precibus, aut amore, potest corrumpi. Ex terra quæ fuerit durissima, plurimo igní decocta, aurum extrahit. Molliorem petram, & quæ mediocrí labore frangitur, ferro effodiunt infinita ferè hominum millia. Qui auri uenas discernit, præcedit operarios, ostendens quæ effodiant loca. Monstratum lapideum marmor, robore corporis prævalídi, non arte, sed magna ui, cuneis ferreis proscindunt. Cuniculos uerò agunt non rectos, sed quo splendentis auro marmoris natura ducit, quũ propter uarios flexus, circuitusq; obscuri existant. Lumen opifices ante frontem præferentes, saxa magno conatu in frustra excísa, in solum deíciunt. Ab hoc labore nunquàm conquiescũt, contumelijs, uerberibusq; ad continuum opus coacti.



coacti. Impuberes pueri, in duas parteis diuisi, hi quídem proiecta frusta minutatim scindunt, hi uerò efferũt. Qui annum trigesimum excedunt, sumpta ab his ad mensuram concísa frusta, in lapídeis uasis, ferreo malleo ad eruí magnitudinem terunt. Ea deinceps in molas, quæ plurimæ sunt, coniecta, fœminæ, senesq; duo aut tres ad molam positi, usq; ad farinæ modum contrita molunt. Nota omnibus horum corporis illuuie, neq; ueste ulla operiente pudenda, nemo est, quin eo aspectu fedo, tetroq; motus, tantæ miseriantur calamitati. Sed nulla pietas, nulla requies, nulla uenia illís datur, siue æger, siue febrícitans, siue senes, siue fœminæ debiles fuerint. Sed plagis omnes ad continuum opus cogunt, quod ad miseri ex debilitate deficiant. Sunt qui timore futuræ uitæ, quam præsenti putant pœna deteriorem, mortem uitæ præferant. Demum opifices ad molam cõtrita, in latis tabulis, paulò accliuioribus ponentes, iterum aqua iniecta, marmor terunt. Eo modo terra defluente, aurum ex grauitate in tabulis remanet. Hoc sæpius iterantes, manibus aurum fricant. Déinde rarís spongijs terram mollem exprimunt, quo ad uelut arena aurea reddatur. Alij postremò operarij pondere ac mensura in ollas fictileis conijcientes, superaddunt certa mensura plumbum. Algam maritimam, furfuremq; ordeaceum. His ad proportionem compositis, ollas luto díligenter liniunt. Deinceps quinq; continuis diebus, noctibusq; in fornace decoctum, rebus cæteris consumptis, solum aurum purum in uasis reperitur: parum priore pondere imminuto. Hoc labore, industríaq; in Aegypti extremis aurum paratur. Sanè ipsa nos palàm docet natura, aurum inuentione laboriosum, custodia difficile, quæstu anxium esse, usu inter uoluptatem ac dolorem constitutum. Horum metallorum inuẽtio uetusta est, & ab antiquis regibus reperta. Nunc de his quæ Arabici sinus líttora, Troglodytasq; ac Aethiopiam, quæ meridiem notumq; respícit incolunt gentibus dicemus. Exordiemur autem ab eís quos Icthyophagos uocant qui littus habitant Carmanium Gedrosiumq;, extremum usq; Arabici sinum, longa sanè intercapedo, ac duobus Epíris, altero in exitu sub fœlicem Arabiam altero sub Troglodyticam oram. Clausula horum Barbarorum quidam nudi per omnem uitam degentes, uxores, filiosq; communeis habent, bestijs símileis, ut qui neq; uoluptatis, neq; doloris ullum, nisi naturalem sensum percípiant, neq; turpis neque honesti discrímen norint. Habitacula habẽt, non longè à mari, iuxta promontoria, ubi non solum profundæ cauernæ, sed cõualles immensæ, & angustæ speluncæ existunt, egressu ipsa natura difficilí ac tortuoso. Harum tanquàm ad eorum usum natura factarum, aditus, incolæ magnorum cõgerie lapídum obsepiũt, qua uelut retibus capiant pisces. Maris enim fluxu, quod his diebus singulis, circa tertiam, ac nonam horam accidit, oras littori propinquas inundãte aqua, in immensum excrescens, opertis locis omnibus, innumeram sortem diuersorum piscium, secum in continentẽ defert. Qui quum

*Icthyophagi piscium uoratores.*

in díuersa loca cíbí gratia díuertant, refluente mari, aqua uerò per lapides effluente, piſces in ſicco deſtituuntur. Quos incolæ cum uxoribus, pueriſq; concurrentes, capiunt. Accedunt autem per cœtus diuiſi, Barbari ad ſua quiſq; loca, cum clamore uaſto, ueluti improuiſam quandam uenationem nacti. Mulieres, pueriq; minores ab ſe captos piſces in terrā proiiciūt. Qui corpore uigent, magnorū piſcium capturæ uacant. Traducunt autē marí, non ſolū ſcorpíj, murenæ & canes, ſed marini uituli, uariaq; piſciū genera, & nomine & forma ignota. Has marinas beluas, nō armis expugnāt, ſed caprarum cornibus præacutis, ſaxiſq; in aciem abruptis cedunt. Et enim neceſſitas naturā inſtruit, quæ temporibus parens, ſe ad id quod uſui eſſe uidetur accōmodat. Captos uarij generis piſces, ſupra petras ad meridiem ſitas nimioq; ſolis incēſas æſtu ponunt, paulóq; pòſt reuoluunt, tum ad ſolem decoctos perq; caudam apprehenſos, quatiunt. Omni excuſſa carne, ſpinas ad certum proiicientes locum in magnum aceruum cumulant, certo poſtmodum uſui: de quo poſtea ſcribemus. Futuras poſt hæc carnes piſcium in concauo ſaxo pinſunt, admiſtoq; palinuri ſemine, cibum conficiūt ſibi ſuauiſſimū. Nam ſic immixtas carnes, in modum longioris lateris formant, ad ſolemq; paulò deſiccatas, ſedentes cum uoluptate edunt. Non quidem ad certam menſuram aut pondus, ſed ad ſatietatem, prout cuiuſq; fert líbido & edendi appetitus. Habent enim ſemper uelut è penu promptum hunc cibum, tanquàm Neptuno pro Cerere uíctum illis ſubminiſtrāte. Quandoq; uerò maris tempeſtate adeò littorí proxima loca, multis díebus, inundant, ut nulla detur piſcandí facultas. Quo tempore, cíbí penuría, conchas legunt permagnas, quarum teſta ſaxis attrita, interiorí carne cruda, ſapore oſtreis perſimili, ueſcuntur. Vbí uerò tempeſtas uentorum uí díutius perſeuerat, conchæq; deficiunt, ad oſſa confugiūt iam cumulata. Ex his tenerioribus, recentioribusq; electis, quæ dentibus poſſunt, mandunt. Duriora edunt ſaxo contrita, nil brutis animantibus diſſimiles. Et oſſibus quidem, ut díximus, piſcibus autem miro quodam modo ultraquàm quis exiſtimaret utuntur. Nam eorum capturæ quatuor diebus continuis intentí, epulantur palàm cum lætitia cantuq; abſono, omnibus inuicē congratulantibus. Déinde mulieres, ut quanq; quis fortè incídit, cognoſcunt, prolis cauſa, omni cura ob cíborū qui præſto ſint copiam uacuí. Quinto die ad fontes pergunt, potus gratía, ubí aquæ dulces fluunt, ad quas poſtores greges atque armenta potum ducunt. Eorum profectio haud diſſimílis eſt armentís boum, omnibus ſimul uocem uelut inconditum ſonum tollentibus. Lactanteis infantulos matres in ulnis ferūt. Repulſos à lacte, patres qui quintum excedunt annum, cum parentibus magno cum gaudío (ut quí ſua ſponte uíctum quærāt) proficiſcunt. Natura eorum incorrupta, famem ſedare, maximum ducit bonum, nullam aduentitiam uoluptatē quærens. Cum paſtorum aquationibus appropinquant, repleto aqua uentre, uix regredí queunt, potu

*Neceſſitas naturā inſtituit.*



potu graues. Eaq; díe nihil edunt, iacet quiſq; aqua plenus, diſtētusq; ſimilis ebrío, poſtera die denuo ad capiendos piſces redeunt. Ita eorum uita p omne tempus tranſacta, ob ſimplicem uíctum, rarò in morbos incídunt. Breuioris tamē quàm nos ſunt uitæ. Hæc eorum qui intra ſinum habítant, uíuendi norma. At illorū qui extra ſinum ſunt, multò eſt mirabilíor: ut qui nunquàm bíbant, & natura ab omní ſemoti ſint paſſione. Hí procul ab terra habitabílí, tāquàm in loca deſerta à fortuna eiecti, piſcatíoni dant operā. Humida nō appetunt, piſces edunt ſemicrudos: nō quo ſitim effugiāt, ſed feritate quadā contenti uíctu quē à fortuna ſortiti ſunt. Fœlicitatē ſummam putant his carere rebus, quæ dolorem poſſent egentibus afferre. Id uerò mirabile, & quod uíx credí queat, quòd nulla mouentur animí paſſione. Ab Aegyptijs mercatoribus quí per rubrum mare, iuxta ea loca nauígant, etiam nunc eadem quæ nos ſcribímus de his, referuntur. Tertius quoq; Ptolemæus cupiens elephantos qui in eis ſunt locis uenarí, quendam ex amicis Simiam nomine, ad ſpeculandam eam regionem miſit. Hic díligenter ſcrutatus ſingula, ut Agatharchídes Gnidius refert, ait gentem hanc Aethiopum, qui abſq; paſſione uíuunt, nullo utí potu, ut quem non appetāt natura, neq; nauigantium ſermone, aut appropinquantiū externorum aſpectu moueri, ſed reſpicientes tantum ímmobíles ſtare, abſq; ullo, ac ſi neminem uíderent, ſenſu. Si quís enſe educto eos percuſſerit, non diffugiunt, & uerbera, & iniurías perferentes, neq; quiſquàm alterius uulnere aut damno mouetur, ſed ſæpius filíos aut uxorem ante oculos interfectos, abſq; ulla paſſione reſpíciunt, nullum neq; iræ, neq; miſericordiæ ſignum oſtendentes. Deniq; omnía mala, quieto animo perferunt, aſpicientes ſolum ad percutientes, ac ad ſingula mouentes caput. Ferūt eos præterea ſermone carētes, nutu, manibusq; ſignificare, quíbus egeant & quæ uelint. Quod uerò quís míretur magís, marini uituli inter hos uerſant, piſcium capturæ, uelut homines intenti. Símilí ſtudío cubília, partuſq; & natorum tutelam, hæ gentes unanimí conſenſu, paceq; curant, nullo externo animantí infeſtæ. Quod uitæ genus, licet mírabile, à priſcis olim temporíbus ea gens ſeruauit, ſiue ita longo tempore aſſueta, ſiue acta neceſſitate. Habitaculis non ijſdem quíbus Ichthyophagi utuntur, ſed díuerſis habitant modís. Quídam inſpeluncis díuerſoría habēt ad arctum poſitis, in quibus tum umbra, tum ſpírans aura, eos ab æſtu ſolis tutatur. Nam quæ ad meridíem loca ſpectant fornacibus ex nimio æſtu ſimília, acceſſum ad ea adimunt. Quí ſunt uerſus arctum, ex coſtis cetarū incuruis, quas mare plurimas effert, extrouque poſitis latere, colligatíſq;, quas magís alga operiunt, habitacula ſibí extruunt, ad euitandos æſtus, natura ſibí artem ex neceſſitate ad ſe tuendam reperiente. Eſt & tertius apud Ichthyophagos habitādí modus. Arbores quædā iuxta líttus plurimæ naſcuntur imminentes mari, has frequentibus foliis, fructu uerò ſimílí nucí caſtaneæ, ſimul connectentes, umbracula ſibí conſti-

*Simia Ptolemæi tertij amicus.*

*Admirandam gentis patientiam animaduerte.*

*Diuerſæ habitationes.*

tuunt: ubi in littore pariter & mari commorantes, uitam agunt, cum solem effugientes, arborum umbra, tum cõtinua maris unda, uentorũq; aura, æstũ mitigare. Quarum habitaculorũ modum, ingens iuxta littus tumulus efficit, quí priscis olim temporibus, ex maritimis herbis, arenaq; maris, fluctibus immixta editus, instar montis excreuit adeò firmus, solideq; compactus, ut in eo oblongas effodiant speluncas, in quibus commorantes, maris refluxu prodeant ad piscium capturam. Fluxu ad speluncas cõfugientes, epulantesq;, quos ceperant pisces. Mortuos in mare proijciunt, inundationis tempore sepulchra suis corpora piscium præbẽtes. Vnum ex Icthyophagis genus eas habet habitationes, ut qui eiusmodi diligenter res inuestigare uelint, satis addubitare cogantur. In promontorijs enim præcipitibus undiq;. ac præaltis habitant nonnulli, ad quæ impossibile fuit quẽquam in principio adire. Pars mari proxima, nepedití quidem est accessibilis. Nauibus non utuntur, quum sit ignotus illis earum usus, ita fatea mur oportet, illos esse loci aborigines, neq; ab aliunde generis, sicut quidam naturales senserunt, principium cepisse. Verum quum horum cognitio difficilis nobis sit, nil prohibet multa pollicentes, in paucis uera sentire, & quæ uerbis similia uero audientibus persuadentur, quandoq; longè à uero abesse. Nunc eorum quos Chelonophages dicunt uita recenseatur. *Chelonophages.* Sunt in oceano insulæ iuxta continentem, numero plures, sed paruæ humilesq;, nullo, neq; domestico, neq; agresti fructu. In his quoniam fermè contiguæ sunt, nulla fit tempestas, aut fluctuum maris inundatio. Inter has magnus habetur testudinum numerus, quæ eò confugiunt, ob maris tranquillitatem. Noctu in profundo cõmorantur, intẽtæ cibo. Die inter insulas diuertentes, iacent, respicientes ad solem, inuersisq; nauiculis piscatorijs aspectu similes, excellũt enim magnitudine præcipua inter marinas conchas, Barbarí insulas incolẽtes, interdiu paulatim ne sentiantur, uersus testudines natant. *Testudines ingentes.* Eas adorti, quidam abuno latere ad terram premũt, quidam abreliquo sursum leuant, quo reddant resupinas, ne uertere se, neue effugere queant. Tũ longa reste per caudam ligatas, nando ad terram deducunt. In insula expositis, omnia interiora, paruo tempore ad solem adusta, comedunt. Testa, quæ cõcaua est, tum ueluti cimba ad continentẽ nauigant, tum pro aquæ receptaculo, tum pro tentorijs utuntur, quibus natura admodũ, opitulata est, ut una res, uario usui accõmodaretur. Cibo enim, uase, domo, nauí, uitam illorum adiuuãt. Haud procul ab his † leuis, inhabitant uitam inculta m ducentes Barbarí. Nutriuntur enim excetis, à marí ad littus eiectis. quarum magnitudine, quandoq; abunde epulantur, quandoq; illis deficientibus, torquentur fame, cogunturq; cum cætera consumpta sint, algam, & extrema costarum mandere. Hæc fertur Icthyophagorum uita. Littus quod ad Babyloniam spectat, contiguum est regioní domesticæ, & plantis plenæ. Tanta uerò inest piscium multitudo, ut incolis nũquàm eorum desit copia. Nam

† *alias letus*

prope



prope littus frequentes is infigunt humi calamos, adeò inuicem cõnexas, ut retia aspicientibus, in littore uideantur. In his sunt plurimi aditus, quí ostrijs ita ut in utrãq; uoluantur partem, claudantur. Maris fluxus ad terram delatus, aquæ impetu ostia impellens aperit, refluxus claudit. Singulis igitur diebus, ex maris inundatione pisces contingit ad terram per portas deduci, qui refluente aqua ostijs clausis, humí in sicco remanẽt, tanto persæpe numero, ut cumulum psallentium piscium diceres. Hí & copiam uiuendi, & haud paruum uectigal præbent. Quidam circum ea loca habitantes (regio enim omnis plana atq; humilis est) fossas à mari ad eorum usq; uillas pluribus stadijs ducũt, ostiaq; ex uiminibus facta, in imo fossæ statuunt, quæ fluente mari aperiuntur, clauduntur refluente. Igitur remeante per ostiorum raritatem aqua, deprehẽsos pisces in fossa sinunt, quoad ceperint quos uelint. Nunc ad reliquos transeamus in Aethiopia quæ supra Aegyptum est, iuxta fluuium quẽ Asam uocant, inhabitat gens quam Rhizophagos uocant. Radices enim arundinum, quas ex propinquis locis effodiunt magna cura lauantes Barbarí, lapidibus terunt, quoad molles factæ cohæreant. Deinde placentas ad modũ lateris, quantum manus capit factas, atq; ad solem decoctas, mandunt. Quem solum cibum, quum per omnem uitam suauem atq; affatim habeant, coq; pacem continuam inuicem seruent, cum leonibus tamen bellantur. Nam aëre circùm æstu feruente, è deserto leones ad eos egrediunt, & umbræ causa, & ut minores uenent feras. Ab his Aethiopes ex paludibus exeuntes, multí pereũt, tum inferiores uiribus, tum deficientibus quibus se tutari ualeant armis. Et iam dudum ea deleta esset à leonibus natio, nisi natura eis sponte † perfluium tulisset. Namsub ortum Canis, mirabilis, atq; innumera, nullo agitante uento, culicum multitudo ad ea loca aduolat. Homines ad paludes confugientes minimè lædunt. Leones abire ex his regionibus compellunt, tum morsu, tum uocis sono territos. His sunt Ilophagi, † spermatophagiq; quí appellantur propinqui. Quorum hí quidem fructus, quí æstate ex arboribus decidũt colligentes, absq; labore edunt. Reliquo tempore, herbam in umbrosis nascente locis decerpunt, quæ uitæ subuenit egestati. Iliophagi uerò, cum filijs, uxoribusq;, ad loca campestria accedentes, arbores ascendunt, ac teneras ramorũ summitates auferũt. Tantam autẽ, ex continuo usu ramos ascendendi, peritiam habẽt omnes, ut quod incredibile uidetur, de arbore in arborem uelut aues prosiliant, ascendantq; tenueis absq; periculo ramos. Macilentia, leuitateq; corporis nixi, si quando pedes labantur, manibus ramis comprehensis, se à casu uindicant. Quod si fortè deciderint, nulla in re, propter leuitatem corporis, lædantur. Ita ramis teneríoribus dente exesis, uentrem farciũt. His em per incedunt nudo corpore, communeisq; uxores, ac liberos habent. Pugnãt inuicem pro locis, armati baculis, aduersus alios ac dominantes uictis. Moriuntur ut plurimum fame, quum deficiẽte uisu, corpus priuetur eo sensu, quo

*Piscium capturæ.*

*Asa fluuius. Rhizophagi.*

† *præsidium reor.*

*Ilophagi.*

† *Spermophagi Straboni.*

*Cynecorũ uiuendi modus & eorũdẽ cũ beſtijs adortio*

cibum quærebat. Reliquam circa regionẽ Aethiopes tenent, qui Cyneci dicuntur, numero haud multi, uita ab reliquis diuerſa. Syluestrem enim incolentes patriam, & penitus aſperam, rarisq; aquarum fontibus, ſupra arbores, ferarum timore, dormiũt. Sub auroram, ad aquarum decurſus armati prodeuntes, ſe abſcondunt inter arborum frondes. Sub æſtu uerò ſolis, agreſtes boues, pardalíq; ac uaria ferarum genera, tum caloris, tum ſitis impatientia, ad aquas potus cauſa confluunt. Repletas, graueíq; aqua beſtias, Aethiopes quum haud facilè moueri poſſint, ex arboribus deſcendentes, adoriuntur, ac lignis aduſtis, ſaxisq; & ſagittis occiſas, perq; cœtus diuiſas, edunt. Aliquando uerò, qua muis perrarò & ipſi à ualentiori beſtia interficiuntur. Sed multas, ipſi dolo & arte ualentiores, beluas capiunt. Sí quando deſint animalia, antea captorum pelles madefactas, remotis pilis, ad ignem leuem ponunt, diſpartitasq; ſingulis, auidè ad ſatietatem ſumunt. Impuberes pueros exercent ad certum ſignum iacere, ſolis cibum præbentes his, qui ſignum tetigêre. Ideo iaculatores optimi euadunt, urgente fame. Ab hac regione, qui occaſum uerſus plurimum diſtant Aethiopes, cum elephantis certãt. Habitantes enim in ſyluestribus, & arboribus refertis locis, elephantorum ingreſſus atque exitus ex præaltis arboribus obſeruant. Multos unà incedentes non aggrediuntur, omni ſpe uincendi remota. Singulis inijciunt manus, mirabili audacia freti. Nam quum incedens beſtia arbori propinquat, in ſua ſpeculator occultus latet, ex ea deſiliens, manibus apprehenſa cauda, pedibusq; ad dextrum femur oppoſitis, ſecuri quæ ex humero pendet leui, ut quæ unica manu tractari queat, & acie acutiſſima, dextera manu apprehenſa neruos dextri poplitis, crebris ictibus amputat. Siniſtra manu regens agile corpus beluæ conatus, magna uelocitate effugit, in eo nanq; certamine uerſatur utri uſque ſalus, mortis diſcrimine in alterius uita poſito. Elephas neruis abſciſis, quandoq; quia haud facilè ſe uertere poteſt, inclinatus in latus fauciũ, in terram cadit, Aethiopemq; ſecum trahens, interficit. Quandoq; ad arborem, aut ſaxum hominem allidẽs, ipſo pondere, quo ad animam exalat, comprimit. Quidam elephantes dolore moti, quum inſidianti obeſſe nequeant, diffugiunt per campos, quoad continuis ſecuris ictibus ab incidente cæſi, decidant. Tum concurrũt Aethiopum cœtus, & adhuc uiuentis beſtiæ, poſteriorís partis carneis abſciſas edunt. Nonnulli ex propinquis incolis, abſque ullo diſcrimine elephantos arte ſuperant. Conſueuit hoc animal, quum à paſcuis plenus redit, dormitum proficiſci plurimum natura abreliquis quadrupedibus diuerſa. Non enim genu corpus flecti ad terram poteſt, ſed arbori hærens dormit. Arborem elephantis adhæſione, tum attritam, tum ſorde plenam aduertentes incolæ, iuxta humum ſecant, ut tamen non niſi impulſa cadat. Deinde ſui acceſſus ueſtigia ad ea loca delent, ſubinde abeuntes, priuſquàm beſtia ad ſomnum redeat. Elephas ueſperi cibo plenus, ad notum cubile profectus,

*Pro elephãte interficiendo Aethiopũ ars.*

*Magnũ in elephãte occidendo periculum.*

*Elephãtis ſomnus.*



ctus, omníq; mole ſectæ hærens arbori, ſtatim unà cum eo ad terrã proſternitur. Reſupinus tota nocte iacet, quum ſe erigere nequeat. Aethiopes die ad locum accedentes, abſque periculo beſtiam occidunt, tabernaculíſq; ibidem erectis, moram trahunt quò ad animal ſit aſſumptum. Harum gentium, qui partes ad Heſperum pertinentes habitant Aethiopes ſimi, ad meridiem ſpectantes, † Scrutophagi cognominantur. Eſt apud eos auium ſpecies natura terreſtribus animantibus mixta, unde & aues ceruinæ nominate ſunt. Hæ magnitudine ſunt magni ceruí, collo oblongo, rotundis lateribus atque alatis, capite tenui, oblongóque cruribus ac iuncturis firmiſſimis, fixo pede. Altè uolare, propter grauitatem nequeunt, uerum ociſſimè, ſummis pedibus terram tangentes, præſertim quum flans uentus, alas ueluti nauem extentis uelis impellit, currunt. Venatores feriunt lapidibus, fermè lateris magnitudine, pedeiactis. Ceſſante uento, alarum præſidio deſtitutæ, curſuque uictæ, prehenduntur. Harum quum magna ſit multitudo, uarijs artibus, plurimas Barbari, faciléque capiunt. Et carneis quidem edunt, pellibus uerò pro ueſtibus utuntur ac lectis. Ab ijs uerò quos Simos Aethiopes dicũt, ſæpius uenatione laceſſitæ, roſtris ſe tuentur. Quæ quum magna ſint, & ad incidendum apta, magno ſunt incolis uſui: quum haud parua habeatur horum animantium copia. Haud procul ab his abſunt Acridophagi, deſerto contermini, homines paulò cæteris breuiores, macilenti ac ſupramodum nigri. Veris tempore, Zephyrus ac Lybicus uenti, infinitum penè locuſtarũ, ex deſerto ad eos deferunt, numerum. Hæ per magnæ ſunt, ſed colore alarum turpi ac ſqualido. Aethiopes ad id aſſueti, in quandam latam, longamq; multis ſtadijs conuallem, plurimum materiei ex propinquis locis ingerũt. Quum ſuo tempore, tanquàm locuſtarum nubes, à uentis ſupra uallem defertur, materiem congeſtum, omnémque loci herbam antea ſuccíſam, incendunt. Locuſtæ deſuper uolantes, ingenti fumo euectæ, paulum ultra uallem, ad terram tanta decidunt, copia ut uictum omni genti abundè præbeant. Has enim ſale, quod regio plurimum fert, ſuper infuſo, diutius ſeruant, cibum guſtu eis ſuauem. Hic eſt ſolus eorum per omne tempus locuſtarum uictus. Neque enim pecora nutriunt, neque piſces edunt, procul à mari poſiti, neque ullum aliud uitæ adminiculũ habent. Corpore leues ſunt, ueloces curſu, & uitæ breuis, ut qui longiſſimè uiuunt, quadrageſimũ nõ excedant annũ. Finis eorũ non ſolũ mirabilis eſt, ſed etiã incredibilis. Nam, ppinquãte ſenecta, pediculi alati, non ſolũ uiſu uarij, ſed ſpecie horridi, ac turpes, in corporibus nati, uentrem primò, tum pectus, deinde totum corpus paruo tempore exedũt. Qui morbum patitur, primum ueluti ſcabiei cuiuſdam pruritu allectus, corpus ſcalpit. uoluptate ſimul & dolore perceptis Deinde exorientibus pediculis, ſimul effluẽte ſanie, morbi acerbitate, ac dolore percitus, unguibus corpus ma

† *Strutophagi Aues ceruinæ.*

*Locuſtis pro cibo Aethiopes utuntur.*

*Quorũdã Aethiopũ pediculis alatis oppreſſorum fermè incredibilis mors.*

gno cum gemitu lacerat. Tanta uerò uermium copia effluit, alijs super alios tanquàm ex perforato uase scaturientibus, ut deleri nequeant. Hoc pacto siue cibi, siue aëris causa, miserum sortiunt uitæ finem. Huic genti regio adiacet perampla, uarietate pascuorũ fertilis, sed deserta, & quæ penitus adiri nequeat. Non tamen hominibus à principio caruit, sed postmodum intempestiua expluuia, deserta est, multitudinem aranearum, scorpionũq; ferente. Tantam enim harum bestiarum excreuisse copiam ferunt, ut morsibus pestiferis incolæ coacti, patriam deserere, & ad alia loca confugere cõpellerent. Neq; uerò debẽt hæc incredibilia uideri. Multò enim his maiora sunt per terrarum orbem literarum monumẽtis tradita. In Italia murium multitudo syluestrium è terra prodiens, plureis solum patrium linquere coëgit. In Media adeò ingens passerum moleuit copia, iacta absumentium semina, ut homines malo acti, ad alia migrarint loca. Eos quos Attariotas uocant, ranæ è nubibus pro guttis aquæ in terram delapsæ, adegerunt, relicta patria, ad eam, in qua nunc quoq; resident oram confugere. Et enim quis ignorat, inter multa egregia opera, quibus Hercules immortalitate donatus est, illud etiã annumerari ex Stymphalide palude, innumeras aueis, quæ ea loca infestabãt, sua uirtute expulsas? Quædam Lybiæ ciuitates leonum ui, ab desertis locis ad eas aduentantium, desertæ sunt. Hæc eorum gratia, qui parum quandoq; fidei scriptoribus, ut incredibilia narrantibus habent, retulimus, nunc ad historiam redeamus. Extremas, ad meridiem parteis, uiri tenent à Græcis Cynamyni, à uicinis Barbaris, sylueſtres appellati. Hi Barbas habent admodum magnas, greges sylueſtrium canum nutrientes, præsidia uitæ. Nam ab æstiuo Tropico, usq; ad medium hyemis, Indici boues, innumera multitudine, eorum patriam ingrediunt. Causa quidem incerta est, utrum ne alias insectantes se feras fugiant, an pastus penuria, an alio naturæ, quæ omnia miranda gignit impulsu, hominibus ignoto, actæ. His homines, quũ obsistere nequeant, suis freti uiribus, se canibus tuentur, quibus in uenatione usi, boues permultos capiunt. Et hos quidem recentes edunt: hos salliunt ad futurum usum. Multa insuper alia animantia canibus capta, comedunt. Postremi qui ad meridiem habitant, in hominis forma, ferarum uitam ducunt, sed de his hactenus. Nunc de Troglodytis loquemur. Hi à Græcis appellantur pastores, eò quòd ex pecoribus uiuant. Cœtus ac tyrannos inter se cõstituunt. Vxores ac filios habent communeis, excepto, qui umcam tenet, tyrãno. Huic propinquanti, mulctam tyrannus irrogat, certo numero. Pecudes Etesiarũ tempore, quo maximi decidunt imbres, sanguine, & lacte immixtis, paulumq; ectis nutriuntur, æstu solis. Deficientibus pascuis ad loca declinant palustria, pro quibus solis inuicem certant. Pecora uetusta, aut in morbos cadẽtia, occidunt, excq; his p. omne uiuũt tẽpus. Parentũ nomina minimè indiderũt filijs, sed tauri, arietis, ouis. Et hos quidem patres, hos matres, quoniam ab his, nõ

*Aranearum, scorpionũ, murium, & passerũ multitudine regiones multæ desertæ*

*Attariotæ.*

*Cynamyni.*

*Troglodytæ & eorũ uiuendi modus.*

à parentibus,



à parentibus quotidianus præbeatur cibus appellant. Vtunt potu † idote paliuri succo, potẽtiores ex q̃dã flore expresso, qui est deterrimo nostro musto pſimilis. Armentorũ greges secum ducẽtes, uarias, ne ĩsdem in locis morentur diutius regiones mutãt. Corpora, præter uirilia quæ pellibus teguntur, nuda: pudenda Troglodytæ omnes uelut Aegyptij circũcidunt, his demptis, quos à casu claudos appellãt. Hi soli intra regionem hesternorum habitãtes, ab infantia nouacula inciduntur. Arma ferunt Troglodytæ ĩj, quos dicunt †Megauares, scutum ex corio crudo bouis, rotũdum, & ferratã clauam. Alij arcus, lanceasq;. Sepulchra ridiculè penitus curant. Nam paliuri uiminibus corpus ligantes defuncti, ceruicem cruriſne applicant. Deinde cadauer in loco editiori positum, lapidibus ridentes obruunt, impositoq; supra saxorũ aceruum, capræ cornu, abeunt, nullo dolore moti. Bellantur inuicem, nõ ut Græci, ob iram aut ambitionem sed pabuli gratia. In eorum cõcertationibus, primum iactis lapidibus, quòad aliqui uulnerentur, concertant. Tum arcu, quo admodum exercitati sunt, pugnantes, mutuis uulneribus cadunt. Ea certamina dirimunt, quæ ætate præcedunt, fœminæ, quibus nullo periculo in medium prodeuntibus, nefas est enim has ullo pacto lædere, extemplo à certamine cessant. Inualidi obsenium armẽta sequi, gutture, bouis cauda astricto, uitam finiunt. Qui mortẽ differunt, licet uolenti eodem modo, admonitos tamen antea, uita priuare, idq; habetur beneficij loco. Febricitãtes item, aut morbo incurabili correptos, simili afficiunt morte. Maximũ enim arbitrant malorum, ob eam uitam diligi, qui nequeat aliquid agere dignum uita. Videre licet Troglodytas omnis, corpore integro ætate ualida, ut qui sexagesimum non excedant annum. Verum de his hactenus, si quis uerò lector, aut propter rerum nouitatẽ, aut mirabilem eorũ, qui describebantur uitam, nostræ forsan historiæ fidem abrogabit si Scitharum, Troglodytarumq; aërem comparans, quantum inter se is differat, pensitet, scribentium uerbis credet. Tantum enim noster differat aër ab eo qui in historijs aliquando narratur, ut diuersitas eorum incredibilis uideatur. Aliquibus in regionibus adeò maxima frigoribus congelant flumina, ut currus, & exercitus sup. immobilẽ glacie transeãt. Congelant etiã, uinum, reliquaq; humida adeò, ut gladio abscindantur. Quodq; his est mirabilius, & extremitates ueſtiũ, quas homines ferant, frigore attritæ decidunt: obfuscantur oculi, ignis splendorem non reddit, æreæ statuæ dirumpuntur. Quandoq; uerò ob densas nebulas, neque fulgura, neq; tonitrua in eis locis fiunt. Plura quoq; alia his mirabiliora natura efficit, quæ ignorantibus incredibilia uidentur, ijs uerò qui ea experti sunt, facilia. In Aegypti, ac Troglodytarum finibus propter immensam solis circa meridiem caloris uim, nequaquàm se respicere prope stantes queunt, ab aëris crassitate. Absque calceis ire non possunt: nam discalciati subitò pedes immensa caliditate exulcerãtur. Sitientes, nisi potum citò sumant, eueſtigiò mori-

† *forte idiotæ, aut Dyota Sabinorum ansato uase.*

† *Magabares Strabo.*

*Istud animaduerte.*

*Glaciei & frigoris uis.*

*Solis uis.*

giò moriuntur: utpote solis æstu, humiditatem corporis subitò absumente. Cibi in uas æneum cum aqua positi, extemplò solis ardore, absq; igne alio decoquuntur. Has tamen qui incolunt oras, tanta uitæ incõmoda nolunt effugere, sed ultrò potius eam diligunt uitam, quàm alio cogant more uiuere.

*Patriæ amor.* Ita patriæ amor quidã ingens natura singulis innatus est, & aëris malitiam; consuetudo à teneris annis cepta superat. Has uerò terrarũ uarietates, haud magna locorum intercapedo aliquando cõtinet. A Meotide palude, ubi Scithæ quidã in pagis, & summis frigoribus habitant multi cum onerarijs nauibus, decem diebus Rhodũ, tum quatuor in Alexandriã accessere. Deinde per Nilum nauigãtes dicbus decem, in Aethiopiã peruenerũt. Ita à frigidissimis orbis partibus, ad calidissimas regiones, nõ amplius quatuor & uiginti dierũ continua ea nauigatio fuit. Quapropter quũ non longè distantiũ locorũ aëris sit tanta uarietas, non est mirandũ, uitam illorũ, mores & corpora à nostris multũ differre. Nunc de feris quæ in eis sunt regionibus aliqua sunt scribenda.

*Rhinoceros.* Est animal quod abre, Rhinocerontẽ uocant, par uiribus elephãti, magnitudine inferior, pelle durissima, colore bussi. In summitate narium cornu gerit, simum forma, durumq; instar ferri. Hoc pabuli causa cum elephante certat. Acuit enim ad saxa cornu, deinde cum elephante congressus, uentrem grauiter ictum, cornu tanquàm gladio, pscindit. Hoc pacto pugnãs, bestiam exanguem reddit. Si uerò elephas illius ictum præoccuparit, proboscide captum, cum superior sit uiribus, dentibus laniat.

*Sphinges.* Sphinges & apud Troglodytas, Aethiopesq; nascuntur, forma haud ei dissimili, qua pingũtur, sed paulò pinguiores. Naturam habent mansuetam, pluribus exercitijs, disciplinisq; aptam. Qui cynocephali uocãtur, corpore sunt de forma homini persimiles, uocemq; imitantur humanã, ferum omnino, atq; indomitũ animal, ratione carens. Supercilijs, aspectuq; sunt horrido ac truci. Fœminis sua natura accidit, ut palàm expositam extra corpus uuluam, per omnẽ uitã ferant.

*Cynocephali.* Is uerò quem ortum nominant, ab corporis & ætatis decore, nomen sortitus facile est leonis. Corpus reliquũ pantheræ simile, excepta qua damis æquatẽ magnitudine. Horũ animal omniũ, syluestris taurus, qui carnibus pascit, feritatem excedit, penitusq; est inexpugnabilis. Corpore maior est domesticis tauris, equi uelocitate, ore, usq; ad aureis fisso, rubicundo colore, oculis albis, noctesq; refulgentibus. Cornua ueluti aureis mouens, in certamine firma tenet. Pili, contra naturã cæterorũ animantiũ, uersus caput ducunt. Et hæc feraui ribus, fortitudineq; mirabili, pugnat cum cæteris bestijs, quas supatas comedit. Est quoq; infestus admodũ armẽtis, nihil nec pastorũ uireis, neq; canũ multitudinẽ timens. Dicit eius pellis haud quaq; uulneribus patere. Cũ multi illũ conent ui capere, frustra defatigant. In foueam delapsus, aut alio captus dolo, seipsum ex ira suffocat, pristinæ libertatis memor. Meritò igitur Troglodytæ hanc bestiã optimã iudicãt, cui à natura indita sit leonis uirtus, equi

*Taurus syluestris.*



equi celeritas, robur tauri, quodq; maximum est haud inferior natura ferri.

*Crocotæ.* Quos uerò Aethiopes appellant Crocotas mixtas, sunt canis, lupiq; natura, sed ambobus deteriores, dentibus ita ualidis ut ossa omnia facilè conterãt, & digerant comesta. Hoc animal scribunt quidam uocem hominis, quod nobis procul à uero uidetur, imitari. Varia serpentum genera, incredibiliq; magnitudine conspici dicunt, qui loca deserto incolunt propinqua: centum enim cubitorum longitudine nonnullos esse aiunt, ut meritò non solum à nobis, sed ab alijs quoque id falsum esse existimetur. Addunt insuper his multò maiora, haud digna fide. Nam quum plana sit regio, serpentes uerò maximi, circũuolutos in gyrum longè procul aspicientibus, locum editiorem, & quasi collem quendam uideri. Sed eorum magnitudo non omnino uidetur spernẽda. Nos de maximo omnium qui in conspectũ uenerint, serpente capto, ac in Alexandriam delato, referemus addentes capturæ modum. Secundus Ptolemæus, cupiens & elephantos, & alias mirabileis uisu, ac uribus beluas, ad se adduci, donis ac pecunijs plureis ad elephãtos, qui multi ad eum deducti sunt, aliasq; feras capiendas, pellexit. Itaq; multa eius studio ad Græcorum notitiam, antea ignota animantia, deducta sunt. Conspecta, uenatores quidam regis in huiusmodi donis magnificentia, decreuêre cõmuni animo, aliquem magnũ serpentem uiuum in Alexandriam ad Ptolemæum traducere. Quum res gratuis difficilisq; esset, fortuna eorum consilio opitulata est. Serpens erat triginta cubitorum longitudine, iuxta aquas, qui reliquo tempore immobilis, se in circulum redigens quiescebat. Accedentibus ad aquam, potus causa, cæteris animantibus, subbitò assurgens, oreq; nonnulla capiens, alia circumnectens cauda depascebatur. Hunc conspicati homines, quum longior esset, habensq; natura laqueis & catenis illum capere existimantes primum fidenter ad eum accesserunt. Bestiæ appropinquantes, uisis igneis oculis lingua lãbente singula, squamarum asperitate tum moueretur, strepitum ingentem reddente, dentibus insuper eminentibus, oris quoque aspectu horrido, immutato colore, admodum exterriti sunt. Itaq; timidè iniectis ad caudam laqueis, ad contactum funibus corpus, magnis sibilis conuersa belua, propinquiorem ore captum, uiuum deglutiuit. Alium fugientem, cauda longè apprehẽsum, atq; ad se tractum, occidit. Cæteri metu perculsi, fuga saluti consuluêre, non tamen omittentes beluæ capiendæ curam, spe lucri, timorem superante. Arte igitur & dolo potiore uiribus ad beluam sunt aggressi. Primũ ualidis, spissisq; funibus, rete concauum, gibbi formã, beluæ capacem fecerũt. Tum speculantes serpentis cubile, atq; exitus, reditusq;, notato tempore, ut primũ serpens ad consuetum animalium pastum prodijt, ore aditus ingentibus lapidibus, terraq; obducto, in proximo uallis loco, latum in primis ingressum, rum arctiorem interius, ueluti cuniculum cubile uersis, in quo rete positum est, fecere. Reuertẽti à pastu, beluæ, sagittarij, funditoresq;, tum equitum magnus

*Serpentũ magnitudo.*

*Serpens ingẽs*

*Cuncta uel impoßibilia lucri causa homines aggrediuntur*

magus numerus, ad hæc tubicines ad id præparati, omneis sese ostendêre. Nulli tamen adire propius ausi sunt, aliorum malo edocti. Hos ille ut conspicatus est, caput altè extulit. Sed tum coniectis procul manu telis, tum equorum conspectu, tum latrantium canum multitudine, ad hæc tubarum cõcentu territus serpens, ad solutum aditum profectus est. Quem obseptum quũ repperissent, illi insequendo, armorum, equorumq; strepitu, tubarum insup clangore, & uenantium clamoribus, iam feritate depositã, obstupefactã beluam ad præparatum ad id aditum adegêre. Quem ingressa, in rete incidit. Deinceps reluctantem, reteq; dentibus, magnis editis sibilis, lacerantẽ, compresserunt. Nam & cuniculo cum rete extracta, multisq; ad caudam ictibus percussa, effractis insuper dentibus, exq; ea re dolore perculsa fera, mitior est effecta. Eo pacto irretitum serpentem deferentes Alexandriam, regi obtulerunt, mirandum spectaculum, & uix audientibus credendum. Deducto deinde paulatim ad conterendas ureis cibo, feritas eius remissior reddita est, ut ob illius omnes mansuetudinẽ obstupescerent. Ptolemæus uenatoribus tributo præmio, serpentem dimenso enutriens cibo, ad regiam ueniẽtibus exteris pro mirando spectaculo ostendebat. Tam ingenti igitur serpẽte, incon spectu hominum palàm deducto, haud abrogãda uidetur fides Acthiopibus, neq; pro fabulis dicenda, quæ de serpentibus tradunt. Asserunt enim reperiri apud se illos, tanta magnitudine, ut non solum boues ac tauros, cæteraq; eius dem molis animantia, sed elephantos quoq; occisos uorent. Nam cum illis congressi primum cauda pedes illorum multis nexibus complicant, ita, ut nequeant moueri. Deinde in caput assurgentes, oculisq; tanquàm fulgore incen sis, elephantorum uisum obumbrantes, ad terram deiectum commedunt.

*Serpens mira magnitudine Ptolemæo Alexãdriæ regi pro munere offertur.*

Nunc de reliquis Arabici sinus oris scribemus partim à nobis Alexãdriæ, ex regum commentarijs, partim ex his qui uiderunt perceptis. Hæc enim orbis portio, insula quoq; Britanniæ & loca ad Arctum sita, paucis nota sunt. Verum de regionibns quæ Arctum spectãt, deq; Britannicis rebus, tum referetur à nobis, quum C. Cæsaris qui Romanum usq; Britãniam imperium protulit, easq; oras incognitas antea, notas effecit, gesta cõplectemur. Arabici sinus ostia patent ad oceanum qui meridiem respicit, plurimum stadiorum longitudine, quæ Arabiæ Troglodytarumq; finibus terminatur. Ostij reliqui sinus latitudo decem & septem stadijs patet, à portu Panormi ad oppositam Epirum diei uniusnauigatio. Plurimum uerò dictat circa Tiritum montem, ubi ita latum est mare, ut Epiri minimè inuicem aspiciant. Ab hac latitudine paulatim claditur, usq; ad ostium eius. Is sinus multis in locis insulas continet magnas, quas inter arctus est nauium cursus, maris uerò fluxus uehemens ac multus. Hic situs est Arabici sinus, cuius ab ultimis locis ordientes, utrinq; nauigandi modũ quæ ùe in eo sunt memoratu digna, recensebuntur. Et primum dexteram sumemus littoris partem, quam usq; ad desertum habitant

*Arabicus sinus*

*Tiritus mons*



habitant Troglodytæ. Ab Arsinoẽ ciuitate, iuxta dextrum continens cuntibus uarijs in locis, ex saxis in mare emanant aquæ salsedine amaræ. Vltra quas, latis campis, mons imminet uiridi colore, qui continuò aspicientium ui sum corrũpit. In montis radicibus stagnum est difficile ad nauigandũ, nomine Aphrodites, ex tribus quæ in eo sũt insulis, quæ oliuas ac ficus abundè ferũt. Tertia his arboribus deficiens Meleagridis, ut appellant referta est. Post hæc sinus est ingens, nomine Achatartus. In quo Cheronesus angusto aditu, iter nauigantibus ad oppositum mare præbet. Vltra hæc loca, insula est longitudine stadiorum octoginta, nomine Ophiades, olim deserta cultoribus, obserpentum, unde & nomen sumpsit, in ea diuersantium multitudinem. Postmodum regum Aegypti opera, serpentibus purgata est, ad cultumq; redacta: ita ut nulli in ea amplius conspiciantur. Non autem prætermittenda uidetur causa, qua hanc insulam serpentum molestia, cura hominum liberauit. Inuenitur in ea insula topacius lapis, uitro similis, colore aureo. Cuius accessus omnibus est interdictus, pœna mortis ad eam nauigantibus statuta. Pauci custodes insulæ præsunt, uitam miseram ducentes. Ne quis enim eos lapides furto auferre possit, nulla penitus in insula nauis relinquitur. Qui propè nauigant, regis timore, haud quaquàm propinquant insulæ. Nutrimentum deferentes, ueste tigiò abscedũt, cibo relicto. Cæteri propinqui insulam nõ adeunt. Deficiente cibo, ad littus sedent omnes, uitæ subsidium expectantes. Hos qui deferunt, ut tardos sæpe incursant, uelut in extremo uitæ positi. Hic lapis in petra nascitur, die ob solis splendorem minimè apparens. Noctu in umbra lucet, procul ostendens quo sit in loco. Custodes sorte diuisi, ad loca ubi latent topacij accedunt. Quem ubi noctu splendentẽ conspexêre, locum splendentem lapidis designant, eum post modum die excisum, opificibus tradunt, qui ex eo topaciũ eliciant. Propinqua littora maiori ex parte Scythiæ phagi habitant, & pastores Troglodytæ. Montes insuper sunt usq; ad Sotiras portũ contigui, qui nomen hoc à Græcis primũ eò prosperè nauigãtibus accepit. Deinceps Sirius est Arabiam uersus, cuius regio ac mare aliam à priori natura m habet. Nam continens, humilis est, nullis collibus elatus. Mare nõ amplius tribus passibus profundum, colore admodum uiridi. Quod ferunt minimè natura aquæ contingere, sed quia alga referta est. Locus ad nauigandum facilis, nulli subditus tempestati, multisq; refertus piscibus. Naues quæ elephantes uehunt, tum profundæ, tum ponderegraues, haud parua subeunt maris discrimina. Noctu enim uentorum actæ ui, quandoq; in scopulos, quãdoque ad loca uadosa impelluntur. Nautæ ubi neq; egredi propter aquam statura hominis profundiorẽ, neq; nauem contis queunt impellere, omnia præterquàm ad uictum necessaria, é naui eijcientes, non tamen propterea periculum deuitant. Nulla insula, nullo editiore loco, nulla naui propinqua. Nam regio penitus inculta est, & incolis uacua, & ad quam rari nauigent. Præterhas

*Aphrodites.*

*Achatartus.*

*Ophiades.*

*Topacius lapis.*

*Sirius sinus.*

difficultates, breui tempore tanta maris fluctibus arena ad nauis alueum impellitur, ut ueluti aggere obducatur. Illi incassum ad surda loca exclamantes, nõ tamen omnino salutem desperant. Nam quandoq; à maris exestuante fluctu, naue in altum eleuata, tanquâm deus quispiam salutẽ attulit periclitantibus. Si uerò hoc die auxilio destituãtur, ubi cibus deficit, imbecilliores in mare à ualentioribus, quo pluribus diebus cibi suppetant, proijciuntur. Sed tandem & ipsi multò pereũt deterius, quàm iam uita functi. Illi enim breui tempore spiritum naturæ, quæ illũ dederat, reddidêre: isti multis calamitatibus morte producta longiora, differendo mala perpessi, tandem priuantur uita. Naues autem destitutæ nautis, tanquàm suorum sepulchra, aliquãdiu permanent, arena undiq; congesta. Malus autem, neq; à longè conspectæ, ad defunctorum misericordiam aspicientium animos mouent. Regium est mandatum, si quando eiusmodi casus acciderit, ut significẽtur loca nauigantibus pernitiosa. Traditum est à maioribus fama, ijs, qui prope Ichthyophagos habitant, magno quodam eius sinus fluxu, mare ad oppositum littus secedente, omnibusq; locis eius sinus arefactis, terram fundi rus colore uiridi apparuisse ex immenso rursus maris reflexu, aquam in priorem locum restitutam. Harum partium à Ptolemaida ad Taurũ usq; montem nauigationem retulimus, quum Ptolemæum elephantorum uenationi scripsimus operam dedisse. A Tauro uertitur littus orientem uersus, ubi æstiuo solstitio umbræ ad meridiem uergunt, diuerso à nobis modo, usq; ad horam secundã. Habet ea
*Pſebei montes* regio flumina decurrentia à montibus, quos appellãt Pſebeos. Diuidit quoque latissimis campis, hibiscum, cardamomum ac miræ magnitudinis palmas, fructus insuper omnis generis, asperos gustu, ferentibus, ignotos nobis. Mediterranea regio, elephantis, tauris syluestribus, leonibus, cæterisq; magnis feris copiosa est. Nauigatio insulis impeditur, nullum domesticum ferentibus fructum. Aues in eis uariæ, aspectuq; mirabiles, nutriuntur. Ma
*Cete.* re deinceps sequitur profundum, habẽs cetæ, magnitudine eximia, haud infesta hominibus, nisi quum fortè quis inscius in earum cristas inciderit. Neq; enim nauigantes insequi aduerso sole possunt, splendore illarum oculos obumbrante. Has Troglodytarũ parteis ultimas, montes quos dicũt Perseuras circundant. Reliquum ex aduerso littus Arabiam spectans, ab ara, quam Ariston à Ptolemæo ad peruestigandam Arabiam usq; ad oceanum missus,
*Neptunum.* Neptuno dicauit, Neptũnum appellatur. Eius longitudinis regio maritima
*Phœnicia.* propter utilitatem admodum celebris, Phœnicia, à palmis, quas plurimas fert, ubere acsuaui fructu appellata. Omnis propinquus ager, tum aquas scatenteis raras habet, tum ad meridiem uergens est admodũ calida, propterea locum illum arboribus, fructuq; fertilẽ, inter deserta hominibus loca, situm, meritò dijs Barbari sacrarunt. Etenim non pauci fontes, riuiq; aquam quæ nimium frigiditate haud inferior est, scaturientes terram herbis uirentem præstant,



præstant, rem aspectu admodum iocundam. Est & templum ex duro lapide, priscis temporibus conditum uetustarum, & quæ intelligi nequeant, literarum inscriptione. Ei uirac mulier præsunt per omnem uitam, sacrorũ curam
*Arborũ lecti.* habentes. Hi fœlices habiti, qui id loci habitant, in arboribus ob timorẽ dormiunt ferarum. Iuxta Phœniciam nauiganti ad Epiri promontorium, insula est ab animãtibus, quæ in ea uersantur, dicta Ferarum insula. Tanta enim
*Ferarũ insula.* harum bestiarum copia in his superest, mirum ut uideatur aspicientibus. Imminens huic insulæ promontorium, ei loco adiacet, qui appellaẽ Petra & Arabiæ Palestinæ. In hanc & thus, & reliqua odorem reddentia, ex superiori, ut fertur Arabia, Genei, Minæiq; asportãt. Reliquam maritimã oram tenuerunt olim Maranei. Deinde qui proximi sunt † Garindanes, quæ loca ab eis
*†Garindæi.* hoc pacto sunt usurpata. Celebritas erat olim in ea quam diximus Phœnicia, lustris singulis seruata, ad quam undiq; è proximis locis accedebant, pingues camelos, quos Hecatombas appellãt, dijs in tẽplo sacrificaturi. Aquam inde recedentes (nam persuasum erat, eam sanitatem deferentibus conferre) in patriam ferebãt. Ob eam causam Maraneis sacra adeuntibus, Garindanes,
*In Maraneos perfidia Garindanes usi.* tum prius qui domi remanserant Maraneos, tum deinceps, qui à sacris redibant, per insidias aggressi, ad unum peremerunt. Vacuam cultoribus patriã, tum frugibus tum pecoribus nutriendis aptam, inter se diuiserũt. Portus ea regio paucos habet, sed frequentibus diuidit montibus, ex quibus præter spectus uoluptatẽ, magna colonis utilitas percipit. Ex hac nauigantes, sinus excipit Lamites frequentibus inhabitatus Arabum uicis, quos Nabatæos uo-
*Lamites sinus Nabatæi.* cant. Hi maiorem sinus portionem tenent, et mediterraneas quasdam propinquas parteis, in quibus frequens est populus, & per magna pecoris copia. Hi priscis temporibus, iustè uiuebant, uictu, quem armenta præbebant, contenti. Postea uerò quàm Alexandrinos mercatores ad ea loca nauigantes spoliare prædatorijs nauibus cœperũt, imitati eorum qui in Ponto sunt, taurorum feritatem, triremibus deinde capti, meritam pœnam dedêre. Subest deinceps regio campestris irrigua, quæ ob frequenteis fonteis, nutrit gramen medicum & longitudine hominis lotum. Propter loci ubertatem, nõ solum infinitus ibi pecorũ alit numerus, sed syluestres cameli, cerui, damæq; quamplures pascuntur. Magno præterea numero accedunt eò cibi gratia leones, ex locis desertis, ac lupi, pardalisq;, quibus cum feris, pro armentorum tutela, pastores, die, noctuq; certare coguntur. Ita soli illius bonitas, incolis discrimi
*Mala cũ bonis* nis causam præbet. Natura enim bonis, ut plurimum quæ hominibus largitur, & mala immiscet. His campis sinus quingentorum latitudine stadiorũ adiacet, natura mirabili clausus, pluribus ac magnis scopulis, perplexusq; ac exitus difficilis. Saxum longè in mare porrectum, nauigantium aditum, reditumq; impedit: tantum fluxus tempestatisq; tempore, quum fluctus excreuêre naues supra saxum uentorum ui delatæ transeunt. Gentes quæ iuxta

Banizomenæ. sinum habitant, Banizomenæ appellatæ, & uenationibus uiuunt, apud quos est sanctissimum templum, quod omnes Arabes superstitiosius celebrãt. Tres proximæ his sunt insulæ, quæ pluribus habent portus. Harum primam solitariam, in qua antiquarum domorum lapidea sunt fundamenta. Itemq; columnæ Barbaricis literis insculptæ. Ferunt Isidi sacram. Eodem pacto & reliquæ sunt desertæ cultoribus, oleis tamẽ refertæ, à nostratibus diuersis. Post has insulas maritima loca, ad mille stadia, abruptis scopulis, plena sunt. Mare innauigabile, neque portus, neq; locum habet, in quo anchoræ figi queant, ut necesse sit orta tempestate nauigantes submergi. Mons huic mari imminet, uertice præcipiti atque alto, in cuius radicibus excisæ speluncæ sunt, frequentes, asperæq; concauitates. In has frequentibus procellis, delata maris profundi tempestas, sonum tonitruo similem reddit. Fluctus partim ad magna illisi saxa, sursum feruntur, spuma mirabili edita: partim à locis concauis absorbentur, maximo edito fragore ac strepitu, adeò ut eis locis propinquantes, eo sonitu perculsi, timore pereant. Hoc littus Arabes incolunt nomine
Thamudeni. Thamudeni. Sequitur sinus ingens, sparsis in eo insulis permultis, aspectu si-
Ethinasiæ. mili insulis Ethinasijs. Iuxta littus, arenæ sunt prælti cumuli, colore nigro, longè latéque dispersi. Deinceps Cheronesus subest, optimum habens omni-
Charmutha. um portum, qui in historijs describuntur, nomine Charmutha. Nam sub rupem immensam, quæ ad Zephyrum spectat sinus est, non solum iocundus aspectu, sed utilitate quoq; cæteris supergressus. Ei mons imminet amenus, centum stadiorum ambitu. Ingressum habet duorum iugerum, portus tranquillus, duobusq; millibus patens nauibus. Irriguus est præterea magno flumine in eum fluente. In medio quoque insulã continet, aquis redundantem atque hortis accommodam. Deniq; Charthaginiensium portui, quem dicũt
Cothonus. Cothonum, uidetur esse pſimilis, de cuius utilitate suo loco dicetur. Piscibus plurimis, ad eum ex magno mari tum cibi, tum aquarum in eum decurrentium dulcedine, confluentibus est refertus. Hæc nauigantibus loca, montes quinque distantes inuicem prælti, apparent, uertice in modum Aegypti pyramidarum acuto. Sinus est deinceps rotundus, magnis circundatus promontorijs, cuius in diametri medio, assurgit collis, in modum mensæ oblongus, in quo tria templa sunt, admodum magnifica, dijs Græcis ignotis, sacra, magnóque in honore ab incolis habita. Sequitur deinde littus, tum fontibus irriguum, tum plenũ dulcis aquæ riuis. In eo mons est uarijs arboribus den-
Gabinus. sus, quem Gabinum dicunt. Loca monti contigua Arabi tenent, quos uocãt Debas. Hi camelos ad omnem uitæ usum paratos habent. nam in his bellantur, his uaria ferunt onera, horum lac potant, his uitam ducunt, super his diuersa perambulant loca. In medio regionis eorum dicitur fluuius Arena aurea, ex qua incolæ aurum elicere nesciunt. Sinunt autem ab externis, sed non
†Peloponesis. omnibus auferri. Boëtijs enim duntaxat & †Peloponẽsijs arenam asportare licet.



licet. Idq; eis Herculis beneficio, erga suam gentem, ut à maioribus acceperant olim impenso, in gratiam beneficij concessum. Contiguam eis patriam
Abilei. Arabes, Abilei, Gasandiq; habitant, non quidem calore feruidam, ut propin-
Gasandi. qua loca, sed mollem, & spissis quandoq; humectam nubibus, qui nimbi suo tempore aduenientes, æstatem fructiferam reddunt. Regio sua natura fertilis habetur, sed parum colitur hominum incuria. Aurum è cuniculis nulla arte factis effodiunt, non quidem quod terra igne liquefactum exprimant, sed
Apyron. ipsa natura purum quod abre Apyron dicũt. Minutum tamen reperitur, ut pars minima scintillæ ignis maior, nucis sit instar regiæ. Illud circa manuum iuncturas ferunt, circáque collum preciosis lapidibus distinctum. Quum auri apud eos sit copia, æris inopia ac ferri, inuicem ea cum mercatoribus per-
Carbi. mutant. Hos sequunt quos uocant Carbos. Hos Sabæi gens Arabum popu-
Sabæi. losissima, qui fœlicem Arabiam incolunt, eorumq; apud nos sunt preciosissima, ferentem plurima, ac omni pecoris genere apprimè copiosam. Odoribus insuper suauibus, quos passim natura apud eos gignit, omneis fermè alias superat nationes. Nam in maritimis locis Balsamum oritur, & Cassia quæ
Balsamum. Cassia. dam q; herba natura singulari, quæ recens, aspectu oculos oblectat, inuetera ta subitò fit debilior. Pars Mediterranea syluas continet amenas, in quibus magnæ sunt thuris ac myrrhæ arbores: palmæ insuper, arundines, accinamomum & alia his odore similia. Neque enim referri posset singulorum species ac natura, adeò affluenter multa in eum odorifera natura exaggregauit. Diuina quædam res est, & quæ uerba superet suauis ad nostros sensus ab eis aspirans odor. Et sanè longè quoq; à continenti nauigantes, hanc odorũ uoluptatem percipiunt. Veris enim tempore, uenti à terra perflantes ab huiusmodi arboribus, odores ad propinqua maris loca perferunt. Non enim remissam aromata & uetustam, ueluti apud nos acidit, uim habent, sed ingentem, recentem q; & quæ ad omneis sensus perueniat. Aura quidem ex optimis mixta odoribus, ad maritima descendens, multa suauitate nauiganteis afficit, & confert ualitudini. Nam haud quaquàm ex contrito fructu, aut in
Ambrosia. uase recondito, aër manat odoriferus, sed à patria, arboribusq;, quibus id diuina quadam natura inest, ut qui odores hos sentiunt, ambrosiam, quam narrant fabulæ, tanta enim odorum excellentia, nullum sibi nomen inuenit aptius, esse putent. Non tamen puram, simplicem q;, & absque inuidia fœlicitatem fortuna his hominibus largita est, sed tantis donis plura miscuit mala profectò admonens perpetuis bonis deos à nobis solere † cõtempti. Nam
† forte contempni. apud odoriferas syluas, serpentum infesta multitudo uersatur, colore rubi-
Deorum contemptus. cundo, longitudine palmi, qui prosilientes in homines, letali occidunt morsu: singulare quid incolis accidit, longo debilibus morbo. Nam longa uexati ægritudine, quum natura debilis, adeóque exhausta est, ut recreari nequeat, ex asphalto, hyrcíq; barba, uapores faciunt, quo malus odor, boni, immensíq;

*Bonorũ mensura.*

uirtute emn cotundat. Bona enim mẽsura, & modo sumpta, hominibus prosunt, & afferunt uoluptatem, temerè & casu inutilia redduntur. Huius gentis *Saba.* metropolis est quam Saba appellant, supra montem sita. Reges habet ex generis successione, eos, quibus multitudo honores distribuit, bonis, malisq; immixtos. Beatam nanq; uitam habere uidentur, quòd reliquis imperantes, rationem abs gestorum minimè coguntur reddere. Infœlicem uerò, quòd nunquàm regiã exire queunt. Nam si palàm prodirent, à turba hominum lapidibus, ueteri quodam deorum respõso, obruerentur. Hæc natio, non solum propinquis Barbaris, sed cæteris hominibus ditior atque opulentior habet. Nam in mercaturarum commertio, ex paruí ponderis re, plurimum precij à mercatoribus, ex rerum commutatione capiũt. Ideoq; quũ nullam unquàm calamitatem ea gens sit experta, auri autem argentiq; copia, præsertim Sabæ ubi regia est, superfit, torreumata argentea, aureaq; omnis generis poculorum habent lectos insuper, tripodasq; argenteis pedibus, cæteramq; supellectilem ultra fidem sumptuosam. Magnis quoq; columnis porticus fulciuntur, quarum capita, tum argentea, tum aurea existunt: laquearia uerò ac portæ aureis phialis, preciosis lapidibus intermixtis, totius domus sumptuosissimum ornatum ostendunt. Alia enim auro, alia argento, quædam lapidibus splendent. Nonnulla, tum elephantorum dentibus sunt exculta, tum multis præterea rebus alijs, quæ plurimi apud homines extimantur. Et hi sanè multis seculis perpetuam habuêre fœlicitatem. Abfuit enim ab eis penitus, quod multos in præceps dedit, ambitio, per auaritiam aliena possidendi. Horum mare in albo colore esse uidet, quod qu ũmirabile sit, eius rei causam quærendæ dedit. Insulæ sunt fœlices propinquæ quarum urbes mœnijs carent. Pecora in eis omninò alba cornua, fœminis natura desunt. Ad has mercatores cõ-

*Potanæ conditor Alexand.*

meant undiq;, sed maximè ad Potanam quam Alexãder iuxta Indi fluminis ostium cõdidit, locum in Oceano littore nauibus recipiẽdis aptum. Et hæc hactenus. Nunc illa quæ in eis locis miranda in cœlo uidentur, non omittenda sed præcipua admiratione uidentur digna, quæ de Arcto scribuntur, multumq; dubij afferunt nauigantibus. A mense enim Martio, nullum eorum septem, quæ circa Arctum sunt astra, usque ad primam uigiliam uideri dicunt. Maior autem usque ad secũdam, paulòq; pòst, parum aspici à nauigantibus, at qui Planetæ appellantur, non aspici omninò. Aliorum autem quædam maiora nostris uideri, quædam dissimili ortu atque occasu. Solem nõ tanquàm

*Solis ortus.*

apud nos, paulò antè ortum iubar emittere sed adhuc nocte obscura, subitò apparere lucentem. Ideo nunquàm diem in eis locis priusquàm sol uideatur oriri, quem ex medio pelagi tradunt surgere, incensis carbonibus similem, radiosque per magnos procul afferre. Forma autem apparere nõ rotunda, quẽadmodum apud nos, sed columnæ simili, paulum absumo capite luculentiorem aspectum habẽte. Præterea neque splendorem, neque radios usque ad primam





primam horam præbere, sed uelut ignem absq; luce in umbra uideri. Secunda hora ueluti clipeum fieri, lumẽnque præbere continuum, & supra modum feruentem. Circa occasum eo nuerso contingit. Nam uidetur aspectu orbem nouis radijs illuminare, horis duabus. Et ut Agatharchides Gnidius tradit, tribus. Hoc uerò tempus incolis periocundum. Iam diminuto, uergente in occasum, solis æstu, Zephyrus & Lybicus & Euri uenti, apud eos sicut & apud alios spirant. Noti uerò apud Aethiopiam, neque uigent, neque noti existunt. Apud Arabes ac Troglodytas adeò calidi supra modum regnant, ut & exurant herbas & adumbras quoque confugientium debilitent corpora. At Boreas meritò optimus extimat, quum sit ubiq; terrarum frigidus. Nunc ad Lybios Aegypto propinquos, & proximas eis regiones transeamus. Circa *Lybia.* Syenem ad Syrtes, oràsque mediterraneas, quatuor Lybiorum inhabitãt *Nasamones.* genera, quorum Nasamones dicuntur, qui ad Notum uergunt. Alij Anochi- *Anochitæ.* tæ ad occidentem siti. Quidam Marmaridæ inter Aegyptum & Cirenem *Marmaridæ.* habitant ad littoris partem. Quartum genus multitudine præstans homi- *Macæ.* num, appellantur Macæ. Qui circa Syrteis habitantes, soli inter cæteros Lybios agros ubereis fructu colunt. Iumentorum, ex quibus nutriuntur, diligentem curam habent. Hæ ambæ nationes regibus parent, uitam non omninò agrestem agẽtes, neque ab humanitate alienam. Tertij neque ullis subsunt regibus, neque ullam latrocinijs semper intenti, iustitiam norunt. Rapientes enim quæ prima ex deserto casu occurrant, confestim ad sua loca redeunt. Hi omnes Lybij uita syluestri, sub diuo habitant. Victu ferarum more contenti, nil domesticum edunt. Nullis uestibus præterquàm caprarum pellibus, tegunt corpora. Potentiores inter eos, nullas habent ciuitates, sed turreis aquis proximas, condentes in eis quæ usui supersunt. Subditos populos singulis annis adiurant, ut principi pareant. Obtemperantes, ut socios diligunt, imperium abnuentes, ut latrones persequuntur. Arma sunt eorum & regioni & moribus congrua. Nam quum sint corporibus leues patria uerò plurimum plana, neque ense, neque gladijs, neq; armis utuntur in bello. Treis tantum ferunt hastas, lapidesque in uasis ex corio factis, delatos, cum hiscertantes, tum in congressu, tum etiam abeundo. Primo ferire hostem conantur, ad cursum, & lapides rectè iaciendos, longo usu edocti. Erga externos nullum ius, nullã omninò fidem seruant. Regio Cyreni proxima, campestris *Cyrene.* est, non frugibus solum, sed uineis, oleóque & pascuis utilis. Sunt insuper flumina non parum incolis utilia. Quæ uerò ad Notum uergit, deserto cincta, infructuosa est: utpote aquis carens, aspectum habet mari similem. Huic desertum ingens, steriléque adiacet, transitu per difficili. Ita neq; aues in ea neque quadrupedia præter damas & boues conspiciuntur. Loca mediterranea arenarum cumulis referta, quo plus uitæ necessarijs carent, eò uarijs, magnisq; serpentibus, his præsertim quos Cerastes uocant, quorum *Ceraste.*

morsus letales habentur, sunt fertiliora. Hi colorem arenæ similem habent. Qua ex re à paucis internoscuntur, ita coloris errore seducti. Quidam pedibus illos conculcantes, uitæ periculum adeunt. Ferunt hos quondam serpentes in Aegyptum transmigrantes, plures uicinas regiones inhabitabiles reddidisse. Mirabile uerò quidpiam in eis oris, & ea quæ est circa Sirtes Lybia, contingit. Nam quando & maximè quieto à uentis tempore apparent in aëre diuersorum animantium formæ, quarum quædam quiescunt, quædam mouentur. Et hæc aliquando fugiunt, aliquando insequuntur, sed omnes magnitudine eximia, stuporem, timoremq; inscijs præbent. Nam quæ homines insequuntur, comprehensum frigido circundant contactu. Externi quidem, utpote eius rei insueti, exterrentur. Ab incolis exassuetudine spernũtur. Quoniam res uidetur miranda, & fictæ fabulæ persimilis, physici quidam eius rei conati sunt rationem reddere. Aiunt enim uentos in ea regione, aut omnino non spirare, aut penitus debiles esse & remissos. Aërem uerò persæpe, quoniam neque conualles neque abrupti specus, aut antra, neque alti colles, aut magna flumina in eis sunt locis, esse immobilem & quietum. Denique omnes is uicinas regiones sterileis, & absque fructu, nullos uapores, quibus uentus excitetur, gignere. In aëre igitur denso atque obtuso, quemadmodum æstiuo tempore in nubibus aliquando solet, diuersas animantium species licet uidere, formam illis aëre quem leues & tenues auræ quandoq; mouent, præbente. Eas postmodum moto paulum aëre, ad terram impulsas, forma tradunt, quam casu sumpserunt cadere: eiq; in quem fortè inciderint hærere, quarum in unã partem, magisquàm in aliam motus, nulla in illis electio esse uidetur. Nam in re inanimata, non est, aut appetitio, aut uolũtas, sed animantia quibus hærent occultè causam motus præbent. Nam procedentium, animantium motu, anterior aër impulsus, imaginem præcedentem mouet, ut fugere uideatur. Similiter sequens idolum ex motu aëris ad progressum animantis præcedentis tractum sequi uidetur animal, quod præcedit. Quod si se uerterit, aut firmum steterit, idolum simili modo à motu cessat. Quum uerò in animal inciderit, dissoluitur, frigore quodam circa corpus relicto. Supereſt

*Amazones. Thermodon.*

nunc ut de his Amazonibus scribamus, quas priscis temporibus in Lybia ferunt extitisse. Plures enim existimant eas solas fuisse, quæ circa flumen Thermodonta in Ponto regnarũt. Verum non rectè sentiunt. Multis enim antea seculis Lybicæ fuêre à quibus multa gesta accepimus memoratu digna. Neque uerò ignoramus harum historiam, nonnullos haud ueram existimaturos. Nam quũ ea natio multis ante Troianũ bellũ seculis omninò deleta sit Amazones autẽ quæ circa Thermodonta habitarunt, multo pòst tẽpore extiterint, simile ueri est, eas quæ postea notiores fuêre, superiorũ, quarũ iam euanuerat fama, nomẽ & gloriã, pſertim apud tẽporũ insçios, obscurasse. Verũ quũ legerimus plureis antiquos, tũ poëtas, tum rerũ scriptores, eosq; q post

modum



modum fuêre, illarum memoriã posteris reliquisse, conabimur & nos quoq; paucis ipsarum facta literis mandare, rerum serie à Dionysio qui Argonautarum Dionysijq; ac nonnulla alia priscorum gesta descripsit, assumpta. Plures mulierũ nationes in Lybia fuisse traduntt, pugnaces ac ualidæ uiribus. Nã Gorgonũ gens fuit, aduersus quas Perseus haud paruo certamine bellũ gessisse fertur, uir fortitudine eximia, Iouisq; filius, & Græcorũ suæ ætatis optimus. Earum mulierum uirtus & potentia, uel maximè licet conspici, si quis quæ de illarũ præstantia scribunt, cum nostri temporis mulieribus conferat. Asserunt sitas esse occidentẽ uersus, in extremis orbis finibus, nõ eandẽ quam nostræ uitã ducunt. Nã mos est illis, certo tẽpore, bellicis, ad seruandã uirginitatẽ, rebus, exercitari. Transactis militiæ annis, uiris cõiungi prolis gratia. Has solas, & principari, & publica obire munera. Viros, nostrarũ fœminarum instar, domesticæ rei curã habere; tum obtemperãtes fœminis, tum militiæ, principatusq;, ac omnis reip. expertes. Post partum nati infantes, dantt uiris quos lacte nutriãt, alijsq; rebus prout ætas poscit. Fœminis mamillas ne crescãturunt, asserẽtes impedimẽto eas ab bellandũ esse. Vnde à Græcis eò quòd mãmis careãt, Amazones appellantt. Asserũt habitare illas insulã Hesperã, quia ad occasum sita sit, uocitatã. Eam uerò esse in Tritonidis palude, quæ proxima oceano, à flumine quod in eam defluit, Tritonia appelletur. Hanc paludem Aethiopiæ ferunt conterminam, montisq; qui est iuxta oceanum maximus omnium, qui in eis sunt locis, & mari imminens, à Græcis Athlanta dictus. Hãc insulam permagnã esse, uarijsq; arborum fructibus, ex quibus incolæ uiuant uberẽ ferunt esse, & in ea multos, tum caprarũ, tum pecudum greges, quorũ lacte & carnibus uescuntur. Frumento penitus carent, illius usu incolis ignoto. Hæ Amazões corpe ualidæ, auidæq; belli, primũ omnes insulæ uicos, præter unum, Ichthyophagi Aethiopes habitãt Menes nomi natum, quem sacrum arbitrãtur, expugnarũt. Solis æstu admodũ insula feruet, ferens preciosos lapides permultos, quorum hos Græci carbunculos, alios sardonicas, quosdã smaragdos uocãt. Deinceps plureis Lybiæ propinquas subegerunt gentes, urbemq; præclarã infra Tritonidis stagnũ, quam à forma Cheronesum appellãt, in potestatem redegêre. Ex hac profectæ plureis orbis parteis peragrarunt. Sed primi Athlantide bello appetiti, cæteris earum partium humaniores, qui patriam incolentes fœlicem, magnas urbeis tenebant. Ab his deorum genus, prout Græci de oceano scribunt, prodisse ferunt, de quibus paulopòst dicemus. Traditur Amazonum reginam, nomine Myrinam, exercitum triginta millium peditum, duũm millium equitum confecisse, maxima spe uictoriæ in equitibus posita. Tegmenta corporum, pro armis habere serpentum magnorũ coria, quorũ & quidem præter fidem ingentium copia in Lybia supereſt. Vtebantur longis ensibus, hasta & arcu, quo non solum ex aduersum pugnantes uulnerabant, sed fugiendo serie-

*Gorgones. Perseus.*

*Amazones unde.*

*Tritonis palus*

*Athlas.*

*Menes uictus.*

*Supra l. 3*

*Myrina Amazonum regina magnas militiã coëgit copias.*

Cercenes. do ferebant insequẽtes. Cum Athlantidũ patriam peruasissent, quam Cercenem uocant incolentes, acie superata uictos insequẽtes, unà cum eis portas ingressæ urbem cœpêre. Vt autem terrorem, formidinemq; cæteris iniicerent, insolenter uictoria abusæ, occisis omnibus usq; ad pubertatem uiris, pueros, fœminasq;, euersa ciuitate, in seruitutem adegerunt. Qua calamitate apud finitimos uulgata, Athlantides aiunt timore territos ad eas misisse, pollicitos tradituros se illis ciuitates, atque imperata facturos. Regina quum ipsos benignè audiuisset, amicitia cum eis statuta, ciuitatẽ sui nominis, euersæ loco condidit: inq; ea tum captiuos, tum finitimarum partium uoluntarios accolas collocauit. Deinde dona magnifica, communi Athlantidum decreto data, honoresq; eximiè impensos, inito cum eis fœdere cœpit, pollicita se genti eorum satis esse facturam. Verum Gorgonidum, quæ gens finitima erat, armis sæpius Athlantibus lacessitis, ferunt Myrinam, gratia, precibusq; eorum impulsam, exercitum contra Gorgonidas duxisse. Quo, oppositis copijs, inito certamine, superatæ, magna ex parte occubuerũt. Viuæ ad tria millia captæ. Reliquis in loca syluestria confugientibns conatam Myrinam scribunt syluas, ut earum genus deleret incendere uoluisse. Verum quum id nequisset, ad monteis propinquos transijt. Amazonibus negligenter, ut in uictoria solet, uigilias seruantibus, captiuæ, eductis dormientium ensibus, multas interemerunt. Tandem excitatæ Amazones, armis captis, acriter pugnantes, omneis occiderunt. Mortuas Amazones, Myrina tribus magnis aggeribus sepeliuit, qui hucusq; Amazonum cumuli appellantur. Gorgonidas deinde tradunt, quum uireis auxissent, iterum à Perso Iouis filio expugnatas, quũ earum esset regina Meduſa, postrem ò ab Hercule, & eas, & Amazonũ gentem, quo tempore ad occiduas parteis transiens, columnam in Lybia posuit, fuisse deletas: rem indignam existimante, quum pro communi salute hominum pugnaret, aliquibus gentibus fœminas imperare. Legitur quoq; Trironidam paludem terræmotu, his apertis locis, quæ ad oceanum uergebãt, deficcatam esse. Myrina plurima Lybiæ parte peragrata, quum in Aegyptũ transmeasset, cum Oro, Isidis filio, qui Aegyptijs imperabat, amicitia firmata, Arabiam bello petijt. Vbi multis interfectis, in Siriam transit. Qua subacta, Cilices ei cum donis obuios, pollicitosq; imperata facturos, liberos esse quoniam ei ultrò occurrissent, iussit. Qua ex re nunc etiam liberi Cilices uocantur. Subiecit quoque eas, quæ circa Taurum sunt nationes, quamuis uiribus potenteis. Tum per Phrigiã ad magnũ mare quum descendisset, regionẽ maritimã transgressa, Caicum flumẽ statuit militiæ finẽ. Prouinciæ uerò quæ Doryctica dicit, loca oportuniora condẽdis urbibus eligẽs, plureis in ea ciuitates unã sui nominis, alias magnorũ ducũ appellatione ædificauit: Nynã, Cymẽ, Pytanẽ, Pryneã. His iuxta mare sitis urbibus, cæteras perplureis in mediterraneis posuit locis. Insulas insup nõnullas in potestatẽ redegit, sed

*Captiuarũ in uictrices subita pugna.*

*Amazonũ cumuli.*

*Meduſa à Perſeo uicta.*

*Ori regis & Myrinæ amicitia.*

*Cilices quare liberi.*

*Doryctica.*



sed Lesbum præcipuè in qua urbem condidit Mitilenem, sororis quæ cũ ea militabat nomine. Deinceps quum quasdã alias sibi subdidisset insulas, tẽpestate cohorta, quũ uotũ matri deorũ pro salute fecisset, ad unã ex his solitariã ꝓfecta, iuxta quoddã insomniũ, ei deæ insulã sacrauit. Erectaq; ara sacra, solemnia celebrauit. Nominasse insulã ferũt Samothracẽ quòd à Græcis sacra insula interpretatur. Quidã historici, tradunt eam primũ appellatã Samũ, ab incolis postea Thracibus, Samothracẽ cognominatã. Alij Amazonibus in Epirũ aduentãtibus, ferũt deorũ matrẽ, hac oblectatã insula, & alios quosdam in eam, & filios quos Corybãtas dicũt, traduxisse. Quis uerò eorũ extiterit pater, in archanis sacrorũ traditur. Monstrasse quoq; ea fertur, quæ nunc in ea seruantur mysteria, templũq; asylum statuisse. Per hæc tẽpora Mopsus Thrax, à Lygurgo rege Thracia pulsus, Amazonũ gentẽ, coacto exercitu ꝓuasit, cui Sypilus Scytha auxilio affuit, antea ab Scythis Thraciæ finitimis expulsus. Prælio inter eos Amazonasq; cõmisso, Mopsi Sypiliq; res, superior fuit. Myrina cum pluribus alijs interẽpta, postea quũ sæpius à Thracibus acie superarent, tandẽ quæ supfuerant Amazones in Lybiam reuertẽre, ibiq; earũ militiæ finis, ut aiunt, fuit. Postea uerò quam Athlantũ meminimus, haud ab re erit, deorũ genus, quis ab his ꝓdisse referunt, quũ & Græci parũ ab his dissentiãt, recensere. Athlantides ut accepimus, loca ꝓpinqua oceano, & quidẽ fœlicia incolentes, tum pietatis, tum erga aduenas humanitatis, præ cæteris finitimis gentibus laudẽ tulerunt. Ab his deorum genus manasse tradunt, quibus assentitur præstantissimus Græcorũ poëta, Iunonem oceanum, deorum patrem, & matrem Tethin appellantẽ introducens. Scribunt autem primũ regnasse apud eos Cœlũ, homines q; antea per agros dispersos, ad cœtum condendas q; urbeis exhortatũ, à fera eos, agrestiq; uita, ad mitiorem cultum, traduxisse. Assuefecisse insuper domesticos fructus serere, aliaq; per multa ad cõmunẽ uitæ usum spectãtia edocuisse. Tenuisse quoq; magnã orbis partẽ, maximeq; loca ad occidentẽ atq; ad septentrionẽ sita. Astrorum quoq; diligens extitit obseruator, multa hominibus futura prædicens. Annũ etiam confusum antea, à Solis, menses uerò a Lunæ motu descripsit, singulásque anni designauit tempora. Qua ex re multi ignorantes astrorum ordinẽ sempiternũ, admirati autem futurorum prædictionem, arbitrati sunt eorũ auctorem, naturæ diuinæ participẽ. Post eius obitum, tum ex eius beneficio, tum astrorũ notitia immortaleis honores adeptus est. Hoc autẽ constat, illũ nomẽ hoc sortitũ esse ob astrorũ occasus, ortusq;, multarũq; rerũ peritiã, tũ uerò ꝓpter honores beneficijs suis impẽsos tum & ipsum regẽ sempiternum omniũ appellarunt. Cœlũ ex plurimis uxoribus suscepisse ferunt filios quinq; & quadraginta, horũ decem & septẽ ex Titea ortos, ꝓprio nomine singulos, cõmuni autẽ omneis à matre appellauit, Titanas. Titeã uerò prudẽtia præditam, quũ plurimũ mortalibus ꝓfuisset, ab eis post obitũ deificatã, terramq; esse

*Insulæ quas Myrina domuit.*

*Mopsus, Sypili Scythæ auxilio, Myrinã interfecit, Amazonũq; copias profligauit.*

*Oceanus & Thetis deorũ parentes.*

*Cœli filij. Titea. Titanes.*

*Regina. Rhea. Pandôra.* esse cognominatam. Genuit quoque filias, quarum duæ, Regina uidelicet & Rhea quam Pandôram dixêre, superiores ætate cæteris euaserũt clariores. Ex his Regina, prior annis, prudentiaq; & uirtute reliquis præstantior, in

*Magna mater.* gratiam matris, fratres omneis educauit, eoq; Magnam aiunt matrem appellatam. Postea uerò quàm pater post obitum ad deos transijt, cõmuni populorum, fratrumq; consensu, regnum adhuc uirgo cepit, quum nulli antea nupsisset. Postmodum cupiens filios linquere successores regni, unum ex fra

*Hyperion. Sol puer. Luna puella.* tribus Hyperionẽ uirum sumpsit, ex quo duos peperit liberos, Solem & Lunam. Quorum formam, prudentiamq; admirantibus singulis tradunt fratres, prolis inuidia motos, ueritosq; nequãdo imperium ad Hyperiona peruenirent, scelesto facinore excogitato, fratrem, communi consilio obtruncasse, Solem adhuc puerum, in flumen Eridanum proiectum, suffocatũ esse. Qua re uulgata, Luna prætermodũ fratrem diligẽs, ex tecto se præcipitauit. Matri quærenti iuxta flumen corpus, quum in somnum incidisset, uisum ei per somnium est, à Sole seconsolari, rogareq; ne lugeret natorum mortem: nam homicidæ meritum essent supplicium passuri. Se uerò ac sororem, quadam dei prouidẽtia, futuros immortaleis nam ignem cœli sacrum antea uocatum, Solem ab hominibus appellandum fore. quæ uerò Mena prius dicebatur, Lunam. A somno experrecta, quũ omnibus, tum somnium, tum infortunium suum narrasset, filios ut deos colui, ipsa innupta uiuens, postmodũ in insaniam uersa, filiæ cymbala, tympanaq; quatiens, edito sonitu, sparsis crinibus, per patriam errabat. Quo aspectu misero obstupebãt homines. Quũ uerò singuli eius dolori misererẽt, quidam corpus sustinerent maximo imbre coorto, cõtinuoq; fulminum casu Reginam aiunt disparuisse. Qua re admiratus populus, Solis, Lunæq; nomen, ad astra trãstulit matrem, & deam existi mauit, & erecta ara, cymbalis & tympanis cæterisq; rebus illius gesta imitatus, sacra illi, & deorum honores instituit. Huius deæ in Phrigia origo extitisse traditur. Asserunt enim incolæ Phrigiæ, Lybiæq; regem priscum fu

*Menoes rex. Dindimene.* isse Menoẽn, qui uxorem duxerit Dindimenem. Ex ea natam fœminã, quum nutrire nollent, in montem Cibelum nomine, ab se expositã, diuina quadam sorte Pardali aliæq; feræ, lacte uberrimè præbito, nutrierunt. Hanc mulier quædam pecora pascens quum uidisset, facto stupẽs, infantem tulit, atq; à loco Cibelem nominauit. Aucta ætate, pulchritudine, prudentiaq; excellẽs, mirabili ingenio fuit. Nam & fistulam pluribus calamis compactã, & ad lusum choreasq; cymbalum, tympanumq; prior adinuenit. Præterea pecorum, puerorumq; morbis remedia introduxit. Itaq; tum, ppter infanteis quibus uerborum medicaminibus salutem præbuit, tum quia plurimos uelut in sinu fouit, tum etiã propter diligentiã, amoremq; singulis præstitã, matrem ab omnibus dictam ferunt. Amicitiã quoq; eius appetisse Marsiam Phrigem, ingenio, prudẽtiaq; mirabili. Coniecturã ingenij sumunt, quòd uocis sonum multiplicis

*Vide quare Cibele mater dicatur.*



tiplicis fistulæ imitatus, ad tibias eam harmoniam traduxit. Prudẽtiæ quòd usq; ad extremũ uitæ finem, cælebs uixit. Cibeles prouecta ætate, adolescentem quendam eius regionis Atim nomine, dilexit: quem postmodum dixerunt papam. Cum eo clàm coiens, grauida facta est. Quod ut parentes norunt, in regiam accitam, ut uirginem pater suscepit. Noto filiæ peccato, & Atim, & nutrices interfici iussit, atq; insepultos abijci. Cibelẽ, tum Atis amore, tum dolore nutricum perculsam, insanam effectam, in publicum prodijsse ferunt, psallentemq; cum tympano, solam uniuersam patriã, sparsis capillis, deambulasse. Huius Marsias misertus sponteq; illam assecutus, unà perrauit, pristinæ amicitiæ memor. Quum ad Dionysium in Nysam urbem uenissent, inuenêre Apollinem, magna existimatione habitum, quòd primus diceretur citharam reperisse. Orta inter eos artis contentione, Nyseos iudices instituerunt. Apollo primum cithara simplici usus est: Marsias uerò tibijs. Quibus admodum, ut re noua audientes, obstupuêre. Eo incertamine, soni suauitate Apollinem uisus est superasse. Ambo astantibus iudicibus, quũ artem quilibet suam præferret, Apollo modulationẽ cantus ad citharæ suauitatem adiecit, qua propter tibiæ sonum uisus est excedere. Quod Marsias ægre ferens, audientes monuit, minimè se uictum esse. Nõ enim uocis, sed artis comparationẽ fieri oportere, secundum quam harmonia ac suauitas, tum citharæ, tum tibiarum esset exquirenda. Iniquum præterea esse duas simul arteis uni conferri. Tunc Apollo respondisse fertur, se nihilo plus ad sonum, quàm Marsiam adhibere: nam & ille quoq; ore uteretur, quum tibias inflaret. Oportere igitur aut ambobus idem licere, aut neutrum ore, sed manibus ostendere suæ artis modulationẽ. Quum uideretur iudicibus, æquiora Apollinem postulare, artibus iterum comparatis, aiũt denuò Marsiam esse uictũ: Apollinem uerò ea contentione exasperatum, uiuum Marsiam excoriasse. Verũ extemplò pœnitẽtia ductus, ægrè quod egerat ferens, plectis citharæ chordis inuentã abse harmoniã deleuit. Ad hanc postmodũ musæ mediã, Linus quam Licanon Orpheus & Tamyras quam Hypatẽ, Parhypatẽ musici dicunt addiderũt. Apollinẽ ferunt citharam, tibijsq; in antro Dionysij positis, Cibeles amore captũ, cũ ea usq; ad Hyperboreos errasse. Quũ Phryges morbus opprimeret, terra nullos præberet fructus, sciscitantes deum malorũ remedia, oraculo præceptũ est, ut Atis corpus sepelirẽt, & Cibelẽ uenerarentur deã. Nõ reperto Atis quod tẽpus ablumpserat, corpore, Phryges imaginem adolescẽtis, circa quam planctu ac lamentis sacra inibant fecère, iram iniquè mortui, mitigãtes. Quæ cõsuetudo penes Phryges usq; ad hæc tẽpora pmansit. Cibele uerò ara erecta annis singulis sacrificabãt. Postmodũ in Pessinunte oppido Phrygiæ sumptuosè cõstructo tẽplo, honores illi, sacraq; solẽnia cõstituerũt. Mida rege ad ea plurima cõferente, positi erãt circa deæ statuã pardali ac leones, à quibus olim esset enutrita. Hæc de Cibele deorum matre apud Phryges, deq; Athlantibus qui circa oceanum regnarunt, traduntur.

*Atis cũ Cibele concubitus.*

*Cibeles insania.*

*Apollinis & Marsiæ contentio.*

*Acuta Apollinis responsio.*

*Cibele dea. Atis deus.*

## DE SATVRNO, ATHLANTIBVS, ET DIONYSIIS.

*Athlas astrologus.*

POST Hyperionis interitū, asserūt Cœli filios imperiū diuisisse, ex eis fuisse Athlantē & Saturnū nobiliores. Athlanti loca ad oceanū posita sorte euenerunt, qui & populo suo nomine & maximum, ppè oceanū montiū appellauit Athlantē. Ferunt ipsum astrologiæ fuisse peritissimū, deq; sphæra primum inter homines disputasse. Qua ex re uisus est orbem suis humeris sustinere, locum præbente fabulis sphæræ inuentione. Hunc aiunt plureis sustulisse filios, sed unum pietate, ac in subitos iustitia, humanitateq; insignem, quem Hesperum appellant. Qui quum in Athlantis montis cacumen, ad seruandos astrorū cursus ascendisset, subitò à uētis arreptus, nequaquàm amplius uisus est. Ob eius uirtutē, casum hunc misera plebs, honores sibi præbens immortaleis, astrum cœleste lucidissimū, eius nomine uocauit. Fuerunt insup Athlanti filiæ septem, à matris nomine Athlantides uocatæ: quarum is cuiuslibet, ppriū nomē esset, ut Maia, Electra, Taygete, Asterope, Merope, Alcione, Celeno. Has tradunt, tum ab heroibus, tum ab diis cognitas, & deos, ppter uirtutē, & eos quos heroas dixerunt, ueluti principes generis hominū peperisse. Veluti prior ætate Maia ex Ioue Mercuriū genuit, multarū rerum apud homines repertorem. Eodē modo & reliquæ Athlantides, singulæ filios ediderunt, præstāti uirtute: quorum hi quidē gentiū, hi urbiū conditores extiterunt. Itaq; non solum Barbari quidā, sed etiam Græcorū plurimi, priscorū heroum genus, ad ista res tulerunt. Quas quū prudenteis fuisse constat, tum post obitū honores deorū immortaliū adeptas, Pleiadū appellatiōes cœpisse. Nymphæ quoq; dictæ sūt, quoniā cōmuni uerbo mulieres omneis Nymphas incolæ appellāt. Saturnū Athlantis fratrē aiunt præcipua impietate, auaricia q; præditū, uxorem cæpisse sororem Rheam. Ex qua ortus est Iuppiter, Olympus postea uocatus. Fuit & alter Iuppiter Cœli frater, qui in Creta insula regnauit, multò gloria inferior posteriore. Hic enim imperauit orbi superior Cretæ tantū. Genuitq; filios decem, qui Curetes, sunt appellati. Insulam quoq; ab uxore Ideā uocauit, ibiq; post obitū sepultus est, cuius & hodie monstrari sepulchrū ferūt, prout etiam testantur Cretes, de quibus posterius referemus. Regnauit Saturnus in Sicilia, Lybia ac etiam Italia, sed præcipuè in locis ad Hesperū sitis. Eius imperij firmamentū fuit. Apud omneis uerò, arceis urbium, & loca munitiora tenuit quo firmius imperiū foret. Eò ad hoc usq; tempus, & in Sicilia & in occiduis oris, editiora loca Saturnia dicta sunt. Ex Saturno Iuppiter ortus, quoniam diuersa à patre uitæ institutione, erga singulos mansuetudine, atq; humanitate usus est, à populo Pater est nominatus. Regnum is deinde cæpit, partim concedente patre, partim populis ab eo per odiū deciscentibus. Aduersus quem quum Saturnus Titanum præsidio fisus, pugnasset acie

*Animaduerte quid Athlas cœlum sustinere dicatur.*

*Hesperus à uentis raptus.*

*Septē Athlantides.*

*Mercurius, Iouis & Maiæ filius.*

*Saturni & Rheæ connexio.*

*Curetes.*

*Saturnia loca.*

*Iuppiter pater.*



acie uictus, Iuppiter superior imperiū assecutus, uniuersum orbem perambulauit, plurimū de genere hominū meritus. Viribus corporis, uirtutibusq; excellens, breui totius orbis imperio potitus est. Omne eius studiū in punien dis impijs, facinorosisq; hominibus, ac in bonorū præmijs, cōmunisq; populorū utilitate uersabat. Quibus rebus post uitæ finem Iouem dixere: eò quod bene uiuendi causa hominibus extitisset. Creditus uerò deus in orbe est ab his, de quibus bene erat meritus, sponte illū omnibus, & deū, & dominū in sempiternū uniuersi orbis, pfitētibus. Quoniā in his, quæ de rebus Aegypti à nobis relata sunt, Dionysij genus, gesta q; tetigimus, æquū uidet, ut quæ de hoc à Græcis deo scribunt, literis mandemus. Verū quū prisci rerum scriptores, poētæq;, qui de Dionysio miranda quædā literis tradidere, de eius genere ac gestis dissentiunt, difficile uidet uerum in his rebus exquirere. Nam hi quidē unicum Dionysiū, reliqui tres scribunt fuisse. Sūt qui eius genus nequaquàm *Dionysius.* à mortalibus fluxisse dicant, existimentq; illum uini extitisse auctorē, sed nos quæ de eo ferunt paucis trāsigemus. Naturales q de hoc deo loquunt, uinisq; *Vinum.* eū reptorē putāt. Terrā aiunt unà cum cæteris plantis, sua sponte uiteis tulisse, nō ab aliquo principio satas. Huius rei cōiecturā sumūt, quòd nunc quo- *Vites.* que in quibusdā sylue stribus locis nascant uites, fructūq; ueluti reliquæ arte hominū cultæ ferant. Duas Dionysio matres prisci fuisse arbitrant. Vnam & eam priorē generis, quando uitis in terrā posita augmentum capit: secundam quando racemos pducit. Itaq; altera huius dei ex terra, altera ex uitis fructu fertur generatio. Sunt qui & tertiā generationē ipsi attribuant, ex Ioue & Cerere genitum ferētes, à mortalibusq; dissipatū, ac decoctum. Rursus à *Ceres.* Cerere membris cōpositis, iuuenē factum, reuixisse. Quæ omnia ad naturaleis traducunt rationes. Iouis enim & Cereris filium ob eam causam tradunt, quoniā uites ex terra & pluuia nutritæ, pducant racemos: ex quibus uinum exprimat. Ab hominibus uerò dispersum, eò quòd agricolæ fructum auferāt, terramq; homines Cererē putent: membra eius decocta, quoniā pluresuinū decoquāt, tanquàm melius ac suauius futurum. A mortalibus uerò membra dispersa, iterum in ordinē redacta, terram ostendit certo anni tempore, acta uindemia, denuò nouos fructus proferre. Deniq; ab antiquis poētis, scriptoribusq; traditū, Cererem fuisse terrā matrem appellatā. Eadem quoq; & Orphei tradūt poēmata, & in cerimonijs introducunt, de q bus haud quaquàm fas insciōs loqui. Eodē modo ex Semele ortum, ad naturale principium deducunt, asserentes Thionem ab antiquis terram fuisse nominatum. Semele eò quòd honesta fit, eius dei cura & honor, Thionem uerò à sacris ei impensa uocatum. Bis ex Ioue natum, quoniā uites Deucalionis tempore, unà cum cæteris arboribus, diluuio sint absumptæ. Deinde iterum exortæ, ueluti hæc secunda extiterit dei apud homines, pcreatio, qua ex Iouis femore natum, denuò hunc deum scribunt. Qui igit uini repertorē Dionysium uolunt, huiusmodi fabulas scripsere. Qui uerò hunc humano corpore deum perhibent fu-

ísse, eadem tradunt, & uites eum, in uini usum adinuenisse. Vtrum Dionysij plures fuerint incertum est. Quidam unum extitisse uolũt, qui & uinum reperit, & arborum fructus, uniuersumq; peragrarit orbem: initiationesq; ac cerimonias, & Bacchanalia introduxerit. Alij treis, ut diximus diuerso tempore fuisse scribũt, pprijs cuiq; gestis attributis. Priorẽ Indum uolunt extitisse, terraq; sua sponte, ob solis fertilitatẽ, uiteis ferente, ex uua uinum elicere, ficus, cæterarũq; arborum curã, & horum insuper cõmedendorũ usum edocuisse eundẽ. Quoniã Indorũ sit moris per omnẽ uitam barbam nutrire, Barbatum cognominauerunt. Hic orbem cum exercitu perambulans, & uitem plantare & ex racemis uinum torcularí, ex quo ipsum Lenæum appellãt, educere monstrauit. Plura insup ad hominum usum ab eo adinuenta, causam ut post mortẽ pro deo coleret, præbuêre. Ostendi quoq; etiã nunc apud Indos aiunt, & locum, in quo sit ortus Dionysius, & urbeis eius nomine ab incolis appellatas. Multaq; præterea alia extare, quæ longum esset scribere, uestigia illum apud Indos natum testantia. Secundũ ferunt ex Ioue genitum & Proserpina, ut alij sentiunt ex Cerere, quẽ tradunt tum primum boues ad aratrũ iunxisse, quum terra prius manibus hominum coleret, multaq; alia instrumenta repperisse, agrorum culturæ accõmodata: quo minori labore rustici opus facerent. His erga homines beneficijs, quũ eum censerent immortalẽ, & honores illi, & sacra, ut deo instituta sũt. Addita fuêre ueluti insigne quoddam ad picturas eius statuasq;, cornua, tum ad monstrandã alteram Dionysij naturã, tum ob perutilem agricolis aratri inuentionẽ. Tertium ex Ioue ac Semele Cadmi Thebis Boëtiæ natum dicunt. Iouem enim ferunt amore illius captum, cum ea sæpius cubuisse. Iunonẽ, zelo & ira motam, sumpta unius ex Semeles ancillis forma, ad ulciscendum iniuriam, suasisse illi ab Ioue petere, ut ea maiestate, honoreq; secum cõcumberet, quibus cum Iunone consuesset. Quod postulatũ annuens Iuppiter, cum tonitruo ac fulmine ad Semelem descendit. Quæ insolita re territa, expirans, abortsa est. Editum ante tempus filiũ, Iuppiter absconditũ infemur quũ tenuisset partus tẽpore editũ in Nysam Arabiæ urbẽ tulit: ubi à nymphis educatus infans, à patre, locoq; appellatus, Dionysius est. Hic specie decorus, primò in choreis, & mulierum thyrsis, summa in uoluptate, ludoq; nutritus atq; educatus est. Tum fœminarum exercitu, quas thyrsis armauit, congregato orbem terrarum circuit, eos qui piè, iusteq; uiuerent sacra, mysteriaq; docẽs. Festos præterea ubiq; dies, publicè choros agi, & musicam exercendi artem instituit. Postremò sedatis inter omneis nationes, urbeisq; discordijs, belisq; ubiq; sublatis, pacẽ singulis largitus est. Ita uulgata tanquam præsentis dei fama, quũ ad uitæ ciuilis cultum homines traduxisset, passim ei occurrentes, cum lætitia, gaudioq; excipiebant. Paucos autem ob superbiã, impietatemq; spernentes eum quũ propter incontinentiã dicerent Bacchides ab ipso circũduci, cerimonias uerò ac mysteria ad corruptelam externarum mulierum introducta, ex templo, pœna

*Dionysius barbatus.*

*Lenæus.*

*Dionysius secundus.*

*Dionysius unde dictus.*

*Panthẽ, Aganẽ, & multos alios Bacchi furoræ correptos intelligit.*



pœna affecit. Ob diuinam animi naturam, aliquãdo plectebat impios, quandoq; insanos reddens, quandoq; mulierũ manibus, uirorum membra discerpens: nonnunquàm militũ opera sibi aduersantes ultus. Tradidit quoq; Bacchidibus pro thyrso iacula, mucronẽ ferri, edera circundante. Quæ tanquàm muliebria spernẽtes, reges eosq; imparatos adortus, præter spem superauit. Insignes inter mulctatos ab eo ferunt, Græcũ Penthea, Nynum Indorum regem, Lygurgum Thracem. Tradunt enim Dionysium ex Asia in Europã cum exercitu transiturũ, cum Lygurgo Thracum, qui sunt ad Hellespontũ reges, societatẽ coisse. Quum fœminas primum in Thraces, uelut amicos, traduxisset, iussisse Lygurgũ noctu milites suos Dionysiũ aggredi, ipsumq; & pelices omnes obtruncari. His per quendam accolam Tharopem nomine cognitis, territus Dionysius, quum nondum transfretassent milites, amicorum præsidio, occultè ad exercitum transijt. Lygurgus pelices aggressus in loco qui appellatur Nysius, omneis interemisse dicitur. At Dionysius exercitu traducto, Thracem pugna superatum, captumq; priuauit oculis, domesticis eius cruce affixis. Tharopi, memor beneficij, Thracum imperium concessit, tradito ei orgia celebrandi modo. Huic Agrus filius succedens, & regnum, & cerimonias, mysteriaq; tradita suscepit. Quibus postmodum ab Orpheo, ingenio & eruditione præstanti, percæptis, quum nõnulla ad orgia addidisset, repertas à Dionysio cerimonias, Orphea posteri appellarũt. Poëtarum quidam, interq; eos Anthimachus, tradunt non Thracum, sed Arabum regem fuisse Lygurgum, & qui Dionysio & Bacchidibus in Nysa Arabiæ cum exercitu occurrisset. At Dionysius pœna impijs, præmio bonis affectis, ex Indis Thebas, elephanto uectus, perucnit. A triennio uerò ijs peregrinationibus exacto, Græcos instituisse triateridas tradunt. Ipsum quoq; fabulantur multarum gentium spolijs onustum, primum omniũ in patria triumphasse. Sed in hoc genere maximè conueniunt prisci. Disputant uerò nõ paucas Græcarum urbeis ab his fuisse conditas. Nam Ilienses, Nasij, & qui ciuitates incolunt liberas, insuper Teti, alijq; plureis, suos fuisse illos ostendunt conditores. Teti quidem apud se ortum ea tradunt coniectura, quòd etiam adhuc in eorum urbe, certo anni tempore, è terra uini fons, sua sponte fluat, sapore suauissimò. Cæteri uerò, hi quidem ostentant suam regionem Dionysio dicatam, hi erecta templa illi sacraq; olim statuta. Postremò quum in pluribus orbis locis illius dei meritorum uestigia mõstrentur, haud mirum est, multos existimare suas urbeis, patriamq; præ cæteris à Dionysio dilectas. Sentit & poëta nobiscum, enumerans in hymnis eos, qui de suo genere ambigunt & simul illum asserens in Arabiæ Nysa ortum. Haud uerò inscius sum Lybiæ, quæ ad oceanum uergit, accolas, de huius genere differentes, Nysam & alia quæ de Dionysio feruntur, quorum multa apud eos aiunt permanere ad hoc usq; tempus uestigia, apud se facta contendere. His plures prisci Græcorum scriptores, poëtaq;, hiq; etiã qui post modũ sequuti sunt assentiunt.

*Tharopes Bacchũ liberauit.*

*Orgia.*

*Triateridarũ institutio quando.*

*Triumphus primus.*

*Teti.*

*Vini fons.*

*Dionysij gesta*

Nos uerò, ut nihil eorum quæ de Dionysio comperimus scripta omittam, paucis, quæ tum à Lybijs dicta, tũ à Græcis scriptoribus, præsertim à Dionysio ueteris historiæ auctore tradita sunt, absoluemus. Hic enim Dionysij, Amazonum, Argonautarum, Troianiq; belli gesta, ac plura alia memoriæ prodidit: inuicem conferens, & quæ à priscis poëtis, & quæ ab historicis narrantur. Hic ait primum Linum in Græcia numeros ac melodiam reperisse. Cadmum ex Phœnicia aduexisse literas, primũq; Græcam linguam inuenisse ac rebus dedisse nomina. Ad hæc characteribus formam addidisse, communiq; uerbo literas, quoniã ex Phœnicia traductæ essent, appellatas Phœnicias. Sed à Pelasgis, qui primi eis literis usi sunt, Pelasgas dixêre. Lini tum poësi, tum melodia excellentis, plures discipuli extitêre. Horum tres præcipui habiti, Hercules, Thamyris, Orpheus. Hercules cytharam discẽs, quũ ingenio esset tardo, ob eámque rem uapularet, ira motus, Linum cythara peremit. Thamyris natura ad percipiẽdum apta, musicam didicit. In qua quum plurimum excelleret, dixisse illum aiunt, suauius se quàm musas cantare. Quibus irritatæ uerbis deæ, & eum priuarunt musica, & lyram abstulerunt: quemadmodum Homerus his consentiens scribit. De Orpheo singulatim referetur, quũ eius opera à nobis recensebuntur. Linum tradunt primi Dionysij gesta, literis Pelasgis edidisse, quibus & Orpheus usus est, ac Pronopides Homeri magister, uir ingenio, musicaq; egregius. Thymitũ insuper, Thymiti Laumedontis, q Orphei ætate fuit, plurimis orbis pagratis locis, Lybiã occidentẽ uersus oceanũ usq; quũ descẽdisset, uidisse Nysam in qua prisci incolæ nutritum Dionysium uolũt, ibíq; diligenter actis huius dei apud Nyseos perquisitis, composuisse poëma ferunt, quod Phrygium nominarit, antiqua lingua, & literis priscis editum. Asserunt præterea Hammonem Lybiæ partis regem, uxorem cæpisse Rheam Cœli filiam, Saturni, aliorũq; Titanum sororem, qui regnum perambulãs, iuxta Ceraunios montes, conspectam abse uirginem, forma pulcherrimam, Amaltheam nomine, adamauit, filiamq; ex ea genuit, specie ac robore corporis insignem. Amaltheam uerò propinquæ oræ præfecit, bouis cornu persimili: ex quo occiduum cornu fit nominata. Et quoniam ea regio esset uineis, cæterisq; fructiferis arboribus referta, à muliere autem regeretur, Amaltheæ cornu eam dixêre. Propterea & posteri homines, optimam, copiosamq; fructibus patriam, ab ea similitudine Amaltheæ cornu appellarunt. Hammon Rheam ueritus, infantem abscondit um, clàm in urbem Nysam, ab eis locis remotiorem transferens, insulam à Tritone fluuio circũdatam, præcipitem, ac undiq; abruptã, unico, difficiliq; aditu, quem portas Nysias dicunt, ubi nutriretur elegit. Esse in ea insula tradunt terram fœlicem, amenis pratis distinctam, & multis irriguam aquis. Fructus insuper multiplices, & uiteis suapte natura ortas, magna ex parte super arbores diffusas. Salubrem præterea aërem adeò, ut illius homines longiori quàm cæteri ætate uiuant. Insulæ aditus in tibiæ modum fertur,

*Linus numerorũ & melodiarũ inuẽtor.*

*Cadmus Græcæ linguæ inuentor.*

*Hercules in magistrũ insurgens.*

*Pronopides Homeri magister.*

*Amaltheæ cornu.*



fertur, adeò densis arboribus umbrosis, ut solis radij eò penetrare nequeant. Iuxta aditum undiq; dulces aquarum habentur fontes, qui locus est ad habitandum suauissimus. In ea antrum existit rotundum, tum magnitudine præcipua, tum pulchritudine: undiq; enim præcipitia sunt, in altum surgentia, diuersi coloris, splendidíq; lapidibus, ut nullus ibi omnino color desit. Ante aditum, natura esse arbores mirabili aspectu aiunt, & has quidem fructus ferentes, alias semper uirentes, ut ad usus uoluptatem natæ uideantur. In his diuersæ nidificant aues, colore oculos, aureis cantu uerò oblectantes. Vniuersus locus est, non solum aspectu, sed cantu etiam amenus, artis Harmoniam uoce auium superante. Post ingressum, apparet antrum latum, splendore solis lucens. Omnia floribus referta sunt, sed præcipuè cassia, reliquisq; rebus, quæ iocundum odorem continuò queant reddere. Licet ibi insuper aspicere nympharum plura diuersoria, ornata floribus, non quidem arte, sed natura cum omni decore perfecta. In toto antri ambitu, neq; flos unquàm, neq; foliũ defluit, ut neq; oculorũ, neq; auriũ uoluptas aliquãdo desit. In hoc Hammon puerum nutriendum dedit Nysæ, Aristhei filiæ, cui loco Aristheum præfecit, uirum sapiẽtem atq; eruditum, ad euitandas Rheæ nouercæ insidias. Custodiam filiæ Mineruæ permisit, & paulò ante hæc tempora, circa Tritonum fluuium, unde & Tritonia dicta est, genitæ. Scribunt hanc deam per omnem uitam, uirginitate seruata, prudentia claruisse, multasq; quũ ingenio præstaret, ab ea arteis repertas. Belli quoq; exercitio deditam, quum robore corporis uigeret, multa fecisse memoratu digna, Alcidamq; (ita enim dicta est) peremisse feram stupendam, ex terra natam, & ante aut quæ natura plurimum ignis ex ore euomeret insuperabilem pugna: ea primũ in Phrygia apparuit, regionem quandam comburens, quæ hucusq; exusta Phrygia dicta est. Deinde ad montem Taurum transcendens, syluas continuas usque ad Indos incendio uastauit. Postmodum per mare in Phœnicia reuersa, syluas Libani incendit, perq; Aegyptũ in Lybiam profecta, ad loca peruenit occidua. Postremò syluis circa Ceraunia destructis omniq; incensa patria, quũ homines partim flamma absumpti essent, partim timore patriam linquentes, ad remotiora diffugerẽt loca, Mineruam ferunt, tum sapientia, tum fortitudine ac uiribus fretam, eam feram necasse, pellem pectori circundedisse, tum †uetustis, tutelæq; corporis gratia, tum ad uirtutis partæq; gloriæ memoriam ostendendam. At uerò Alcidæ morte terra commota, deorum hostis, Gigantes peperit: quos post modum Iuppiter, Mineruæ, Dionysijq; ac cæterorum ope deorum deleuit. Dionysius in Nysa educatus, disciplinaque eruditus, non tantum pulchritudine roboreq; excelluit, sed multarũ rerum utiliũ inuentione. Nam adhuc adolescens, & uinum exuuis (cum uiteis sua sponte terra produxisset) exprimi, & qui fructus possent exiccari seruariq; ostẽdit. Præterea quà cuiq; loco ab se inuentas arbores plantari expediret, sin

*Nysa.*

*Aristheus.*

*Minerua Tritonia.*

*Inuenta Alcidæ belua.*

*Phrygia cur exusta.*

*† fortè uestis*

*Gigantes.*

*Dionysij inuenta.*

gulos edocuit. ſpe concepta beneficiorũ erga genus hominum, magnitudine
*Rhea.* immortaleis ſe honores potiturũ, ob eius uirtutis ac gloriæ nomẽ, ferẽ Rheam iratã Hammoni conatam eſſe Dionyſiũ auferre. Quod ubi nõ ſucceſſit, relicto Hãmone, uerſa ad Titanes fratres, Saturno fratri nupſit. Qui Rheæ ſuaſu, aduerſus Hammonẽ moto bello, acie Titanũ præſidio, ſuperior fuit, Hammonem q; fame coactum in Cretã fugere, ubi Curetes regnabãt, cõpulit. Ibi regis filiã Cretam nomine uxorẽ quũ cæpiſſet, regno ſumpto, inſulã antea Ideam dictã, ab uxoris nomine appellauit. Saturnũ tradũt occupatis locis Hammoni ſubditis, acerbè imperantẽ aduerſus Nyſam Dionyſiũq; magno exercitu, pfectũ. Ille quũ ſciret patrẽ Hammonẽ bello uictũ, Titanas uerò Saturno auxilium ferre, coactis ex Nyſa militibus, intérque eos ducentis, tum ſtrenuis, tum ſumma erga eum, cum his enim nutritus fuerat, beneuolentia à Libyſs atq; Amazonibus finitimis, de quibus antea retulimus, auxilia excíuit. Aſſerunt eas, utpote, quæ uirtute, uirginitateq; excellerẽt, ad belli ſocietatem aduocaſſe uitæ ſimilis Mineruam, diuiſo exercitu, ut uiris præeſſet Dionyſius, Minerua fœminis. Quũ in exercitũ Titanorũ incidiſſent, cõmiſſo certamine, multiſq; utrinq; caſis, uulnerato Saturno, uictor Dionyſius euaſit. Titanibus, ad eas regiones quas de Hammone cæperant, confugientibus Dionyſius ad Nyſam urbẽ, cum captiuis reuerſus eſt, ueluti de eis pœnam ſumpturus. Quũ armatis militibus eos omneis circũdaſſet, primum de Titanibus queſtus, omni poſtea captos crimine ſolutos pnunciauit. Deinde data eligẽdi libertate, abire an ſecum militare mallent, ſecũ omnes ſe fore acclamarunt. Ob datam uerò præter ſpem ſalutem, ut deum uenerati ſunt. Omnis hos poſtea libato uino, iuramẽto adegit, ut ſecũ continuò in bellis uſq; ad extremũ pugnarẽt. Quũ arma aduerſus Saturnũ eſſet moturus, pficiſcente ex Nyſa exercitu, Ariſtheũ tradũt eorũ præſidẽ, primũ omniũ, & ſacra inſtituiſſe Dionyſio, & eiut deo ſacrificaſſe. Dicunt inſup ſubſidiũ ei tuliſſe Nyſeorum nobiliores, quos à primo eorũ rege Sileno (eius autem, ppter uetuſtatem ignotũ eſt genus) Sílenos uocant. Is quũ circa lumbos caudã haberet, poſteri quoq; eius naturæ participes, idem ſignum geſtarunt. Dionyſius contracto exercitu, per loca arida ac deſerta, ferisq; infeſta, pfectus, ad Zambirram urbem Lybiæ peruenit. Ibi feram indigetem, Campes nomine, multis eius oræ mortalibus pnitioſam, peremit: quæ res magnã ei gloriã penes accolas tulit. Vt autẽ ſempiterna occiſæ ab ſe beſtiæ gloria extaret, erexit ibi tumulũ ingentẽ, qui ad poſteros uſq; pſeuerauit ſuæ uirtutis monumentũ. Deinde uerſus Titanas exercitu moto, ea modeſtia iterfecit, ut ſe omnibus incolis humaniſſimũ præberet, ubiq; oſtendẽs ad plectendos impios atq; ad beneficia in hominũ genus conferenda, eam ab ſe ſuſceptã expeditionẽ. Qua ex re moti Lybij, eius cognita uirtute, animiq; præſtãtia, uictum militibus affatim præbuerunt: ſimulq; eius caſtra ſecuti ſunt. Ad ciuitatem deinde, Hammonis appropinquante exercitu, Saturnus ante urbis mœnia acie inſtructa

*Hammonẽ Titanũ auxilio, Saturnus ſuperauit.*

*Dionyſius.*

*Ariſtheus.*

*Silenus rex.*

*Zambirra.*

*Campes fera.*



ſtructa uictu, ciuitatẽ noctu incendit, ea mẽte, ut paterna Dionyſij regia abſumerentur. Sumptaq; uxore Rhea, & amicis quibuſdam accitis, clàm ex urbe profugit. Verum cum uxore captus à Dionyſio, nequaquàm illius opera imitante, non ſolũ cognationis gratia pœnã remiſit, ſed & cõſolatus eſt, per omnẽ eos uitã habens parentũ loco. Rhea illum ut filiũ uiuens dilexit, Saturni ſimulatior fuit beneuolẽtia. Hi pid tẽpus filiũ genuerunt, quẽ appellarunt Iouẽ. Qui à Dionyſio ſummo honore habitus, uirtute poſtmodũ imperium omniũ gentiũ adeptus eſt. Quũ Libij ante pugnã ei dixiſſent, quo tempore Hammon ex regno eiectus eſt, incolis prædictũ fuiſſe uenturũ eius filiũ Dionyſium, qui recuperato regno, orbis imperiũ poſſideret, deusq; haberet: exiſtimans uerum fore uaticiniũ, & templo patri & urbe conditis, ut deo illi honores impendit, quoſdã inſtituẽs, qui haberẽt diuinationis curam. Traditur Hammon galea in bellis uſus, cuius inſigne fuit arietis caput. Sũt qui ipſum aſſerant natura, in utroq; tẽpore, paruula habuiſſe cornua. Propterea filium eius Dionyſium eodem fuiſſe aſpectu, poſteriſq; traditum deum hunc cornua geſtaſſe. Edificata urbe, ſacriſq; inſtitutis Dionyſio ferũt imprimis, quũ de exercitu oraculum conſuluiſſet, reſponſum à patre traditum, quòd propter eius in homines merita, immortalis eſſet futurus. Qua re latus animo, primò in Aegyptum exercitum duxit, eiq; prouinciæ Iouem, Saturni, Rheæq; filium conſtituit regem, adhuc ætate puerum, addito ei præfecto Olympo: à quo eruditus, & ad uirtutem inſtitutus, Olympus eſt cognominatus. Fertur Dionyſium Aegyptijs oſtendiſſe uites plantare, uinum cõficere, ac aliorum fructuũ uſum. Aucta eius uirtuti fama, nulli ei obſiſtere bello auſi ſponte ſibi parebant, laudibusq; ac ſacrificijs ut deum colentes. Hoc pacto orbem aiunt peragraſſe, domeſticis arboribus regiones reddens excultas, beneficiaq; populis præbens. Vnde honores perpetuò, gratiamq; omnium aſſecutus eſt. His rebus quum de cæteris diis uariè homines ſentiant, ſolum Dionyſij immortalitatem fixam animo tenent. Nemo eſt enim neque Græcus, neque Barbarus, qui illius beneficiorum, gratiæq; fuerit expers. Nam eos quibus aut patria agreſtis eſſet, aut à uinearum uſu aliena, poculum ex ordeo conficere docuit, paulò inferius uini ſuauitate. Ferũt eum ex Indis ad mare deſcendentem, Titanas omnis qui cum maximis copijs aduerſus Hammonem in Cretam transfretarant, cæpiſſe. Acti aduerſus Hammonem moto bello, Iuppiter ex Aegypto, Dionyſiuſq; ac Minerua, & alij quidam, quos deos dicunt, in Cretam trãſcendẽtes, Hammoni ſubſidiũ tulẽre. Inito certamine ſuperior Dionyſius omnibus Titanis interfectis, uictoria potitus eſt. Poſtmodum Hammone, Dionyſioq; ex hominum uita ad immortalitatẽ translatis, Iuppiter uniuerſo impauit orbi, ſublatis Titanis, nulloq; eius imperiũ turbare auſo. Hæc primi Dionyſij ex Hammone, Amalthea q; nati geſta, Libij fuiſſe tradunt. Secundus ex Io, Inachi & Ioue genitus, Aegypto imperauit, initiationesq; mõſtrauit. Tertius Iuppiter ex Semele apud Græcos genuit, priorũ uirtutis

*Rhea. Iuppiter.*

*Hammonis aries.*

*Dionyſius cornua.*

*Iuppiter, Olympus una de.*

*Vites.*

*Ordei uinum.*

uirtutis imitatorem. Nam & per omnem orbem exercitū circunduxit, & plura reliquit trophea, statuasq; suarum expeditionū testes. Multa insuper loca cultiora plantis arborum reddidit. Mulieres in militiam uelut prior Amazones duxit. Circa orgia & initiationes, multum operæ impendit, tum uetera in melius redigens, tum quædam ipse adinueniens noua. Quum temporū uetustate, priorum gesta, inuentaq; multis ignota essent, solus hic eorū, qui ante se fuerant, uirtutem & gloriā tulit. Non autem solum hoc ei contigit, sed Herculi quoq;. Duo nanq; eodem nomine priores fuêre. Superiorem Herculem in Aegypto natum ferunt, magna armis subacta orbis parte, in Lybia columnam posuisse. Secundus Cretensis, uirtute, armisq; nobilitatus, insti tuit olympicum. & tamen ultimum pauloante bellum Troianum ex Alcmena & Ioue ortum, magnam orbis partem peragrasse tradū, Euristhei imperio parentem. Qui multis functus certaminū laboribus, columnam in Europa erexit. Nominis igitur & rerum gestarum similitudo, quum defunctus esset postremus, superiorum illi gesta ascripsit, tanquàm unus tantum Hercules extitisset. Plureis Dionysios fuisse, tum ex alijs conantur ostēdere, tum præcipuè ex Titanum pugna, qua constat Dionysium contra illos Ioui auxilio affuisse. Non enim Titanas Semelis tempora tulere, neque Cadmus, Agenoris, Olimpijs dijs antiquior dicēdus est. Hæc à Lybijs de Dionysio tradita, nos iuxta ordinē à nobis præscriptū, quartum descripsimus librum.

*Hercules duo.*

*Cadmus.*

EXPLICIT LIBER QVARTVS,

Incipit quintus, in quo hæc continentur.

Procœmium de his quæ fabulosè apud historicos ferunt: de Dionysio, Priapo, Hermaphrodito & Musis.
De Hercule, & duodecim eius laboribus, cæterisq; ab eo usque ad uitæ finem gestis.
De Argonautis, Medæa, & filiabus Pelei.
De pronepotibus Herculis.
De Theseo & eius certaminibus.
De septem regibus: qui ad Thebas castrametati sunt.
De proauis eorum.
De Neleo, & eius pronepotibus.
De Laphitis, & Centauris.
De Aesculapio, & eius pronepotibus.
De Asopi filiabus, & Aeaci liberis.
De Pelope, Tantalo, Oenomao, & Niobe.
De Dardano & eius usq; ad Priapum pronepotibus.
De Dædalo, Minotauro, & de Minois exercitu aduersus Cocalum regem.
De Aristeo, Daphnide, Euridice, & Orione.

DIODORI



# DIODORI SICVLI
## A POGIO FLORENTINO IN LATINVM TRADVCTVS, DE ANTIQVORVM GESTIS FABVLOSIS, LIBER QVINTVS.

HAVD SANE NOS FVGIT, VETVSTARUM rerum cognitionē scriptoribus, ut multis labantur contingere. Nam & antiquiora illa, paululum subobscurā ambiguitatem præbent scribētibus: & temporum descriptio, haud facilis cognitu, quandoq; detrahit egentibus fidē. Heroum præterea, semideorumq; ac cæterorum uirorū multiplex ac uariu m genus, nō satis exquisitè explicari potest. Accidit insup, quod omniū est difficillimū, ut de antiquorū gestis, fabulisq;, scriptores inter se admodum dissentiāt. Qua moti re, nobiliores qui post modū secuti sunt historici, omissis priorum fabulis, ad recentiores se historias contulêre. Ephorus quippe Cymeus Socratis discipulus, historiā scripturus, ueteribus præter missis rebus, ab Heraclitarum tempore narrandi exordium cœpit. Callisthenes ac Theopompus, quos eadem tulit ætas, prisca illa minimè attigerunt. Nos secus arbitrati, onus sumpsimus priscas res omnis literis mandādi. Maxima enim plurimaq; heroum, semideorumq;, tum aliorum excellentium uirorum meritis quorum à posteris semideorum heroumq; honores, ac sacra impensa sunt, egregia facinora extiterunt: qui tamen omnes historiæ munere, laude sempiterna celebrati sunt. Nos quippe tribus superioribus libris externarum gentium acta, quæ ue de dijs feruntur, loca insuper singula, & quæ in eis feræ, aliáque animantia, ac cætera memoratu digna, admiranda ue habērētur, retulimus. Hoc autem libro, quæ à Græcis, de heroibus, semideisq; quos prisca celebrauit ætas tradita sunt, déque præclaris eorum bello gestis, complectemur: his adijcientes, quæ ab illis pace, ad utilitatem, cultúmque hominum adinuenta, quæ ue sancita legibus fuêre. Initium uerò à Dionysio sumetur, quem imprimis antiquū fuisse constat, ac maximis beneficijs uitæ mortalium profuisse. Dictum est superius à nobis, Barbaros quosdam huius sibi dei genus uendicare. Nam Aegyptij deum suum Osiridē eum esse affirmāt, quē Græci Dionysium uocāt. Hunc uolūt omnē circuisse orbē, uini reptorē, quū uiteis plantare docuerit. Quo facto, cōmuni gentiū omniū consensu sit illi immortalitas tributa. Indi quoq; hunc apud senatū ferunt

*Ephorus.*
*Callisthenes.*
*Theopompus.*
*Osiris.*
*Dionysius.*

runt, uínícq; usum ab eo hominibus traditũ. E qbus licet antea singulatim explicuerímus, nũc tamẽ quæ Græci de hoc scríbãt deo, mínimè uisa sunt omit

*Cadmus. Europa.* tenda. Cadmum Agenoris tradunt ex Phœnícia ad peruestigandam Europã à rege ea lege míssum, ut aut uirgínem secum reduceret, aut in Phœníciam non rediret. Quum diutius quæsitam ab se uirgínem non inueníret, post-

*Thebæ. Semele. Ino. Autone. Agaue. Polydorus.* posita patria, in Boëtiam peruenisse. Vbi quũ responso oraculi Thebas condidísset, Harmoníam postmodum Veneris filiam, in uxorẽ sumpsísse, ex qua Semelem, Ino, Autonem, Agauen ac Polydorũ genuerit. Semelen Iuppiter ob pulchritudínem in forma hominis cõgnouit. Quod exístimans ab Ioue insui cõtemptum agi, rogauit, ut secum, prout cum Iunone assueuerat, coíret. Iuppiter dei maiestate assumpta, cum tonitribus ac fulgure ad eam descendit. At

*Nysæ antrum.* ílla prægnans, quum neq; fulguris, neq; tonítrus, uim ferre posset, filium abortsa ígne expirauit. Infantẽ Iuppiter Mercurío dedit ad antrum Nysæ quod

*Dionysius unde.* inter Phœníciam, Nilumq; est deferendum: à nymphisq; omni studio curaq; educandum: unde ab Ioue, Nysaq;, Dionysium dixerũt, quod etiã Homerus in Hymnis testatur, inquiẽs, Est Nysa supra montem floridum sylua procul à Phœnícia fermè Aegypto fluente. Nutritum à nymphis aiunt, uíní, uineæq; extitísse auctorem. Orbem quoq; fermè deambulantem, multas regiones reddídisse domesticas, ac propterea maxímis apud omneis honorí-

*Zythus.* busce celebratum. Docuisse eos insuper, quorum regio uíteis ferre non posset, potum ex hordeo conficere, quem nonnulli Zythum dicunt: paulum à uini sapore differentem. Exercitum quoq; secum, non tantum uirorum, sed etiam mulierum circũducẽs. Nefarios homines atq; iníquos, merita mulctauit pœna. In Boëtia iussit ingratiã patriæ omneis urbeis líberas esse, ciuitate sui nomínis condita, quam & liberam pnunciauit. In Indiam cum exercitu trãscen-

*Triumphus primus. Triaterica.* dens, triẽnio pòst, multis cum spolíjs in Boëtiam redíit. Primus omnium triumphauit elephanto Indico uectus. Boëtij, cæteríq; Græci, Thraces quoq;, in memoríam Indicæ expeditionis, sacra triaterica sibi instituerunt. Vnde & in multis Græcis urbibus, triẽnio Bacchides mulíeres cõueníunt: apud quas de more uirgines thyrsum ferunt, in honorem dei bacchantes, eíq; per cœtus

*Vini usus.* sacrificantes. Postremò memoriã Menadum, quæ feruntur illi deo astitísse, hymnis & cantu, renouãt. Sustulit & omneis ímpios, qui in orbe erant, sed maximè Pentheum ac Lygurgum. Vini inuentío, tum propter potus uoluptatẽ, tum quia corpus reddit ualídius, grata supra modum mortalibus fuit. Aiunt quũ purum in cœnis uínum datur, omnes deum sospitem optare bíbenti. Quum uerò post cœnam aqua míxtum sumítur, Iouem uocari salua-

*Cereris inuẽta* torem. Nam puri uíni potus, ad insaniã redigit. Aqua Iouis míxtus, uoluptatem, lætítiamq; affert, & prohíbet insaniam. Ferunt in deos, rerum ab se inuentarum meritis, maximè Dionysium ac Cererem ab hominibus coli. Alterum suauíssimi potus auctorem, alteram ob fruges ab se repertas. Traditur quoq;



quoq; & alter multa prior ætate fuísse Dionysius quem aiunt ex Ioue & Proserpína natum: à nõnullísq; appellatũ Sæbasis. Huius genus sacra honores *Sæbasis.*
que propter pudorem nocturna, occultaq; agunt. Dícitur propter ingenij acumen primus boues ad iugum iunxísse, eorumq; opera frugẽ iacta semina *Boues ad iugũ*
reddidísse, qua ex re illum cornibus finxerunt. Ex Semele uerò natum po- *Bacchi cornua*
steriorem ferunt, delitijs deditum, molli corpore ac præ cæteris decoro, uoluptatibus insuper Venereis indulgentem, in exercitu mulierum copiam circunduxísse armatã, hastis thyrsoinuolutis. Tradunt & Musas uirgines cum eo profectas apprimè eruditas. His tum propter cantus suauitatem, tum quia doctæ psallere, bonisq; artibus eruditæ erant, deus ille oblectabatur. Se-
cutus est ipsum Sílenus quoq; pædagogus ac nutritor, optimorũq; institu- *Silenus.*
tor studiorum, qui plurímum Dionysio, ad uirtutem, ac gloriam, resq; bellícas profuit. Armis bellícis in pugna utebatur, & pardalorum pellibus pacis tempore. In solennitatibus, diebusq; festis, uestеis floridas, molleis, ac delicatas induebat. Si quando ex potu bibentis caput agitaretur, mítra caput alli- *Mitra.*
gabat, unde & Mitríphoros dictus est. Reges posteri pro mitra caput diademate uincíri sunt soliti. Aiunt insuper Dimitora uocatum: quoniam ex uno *Dimitor.*
patre, duo sunt orti Dionysij, & matribus duabus. Verum posteriori, prioris ascripta sunt gesta, quapropter qui postmodum secuti sunt, ueritatis ignari, nominisq; ducti similitudine, unicum extitísse Dionysium crediderunt. Pertícam quoq; ex huiusmodi tribuunt ei causa. Quũ nouiter reperto uino, nondum aqua infundere consuessent, in amicorum epulis, ac festis diebus, uinum purum ad uoluptatem potantes, ebrij reddebantur. Qua ex re ligneis baculis, *Ebrietas.*
quos gestabant, alteri alteros percutientes, plurimos uulnerabant: quidam perìbãt ex uulnere. Vt eiusmodi certamina prohiberentur, Dionysius, ut modico uino, utq; pro fustibus ligneis ferulis uterentur, edixit. Plurima ei cogno-
mina ab rebus quas egit, sunt ab hominibus indita. Nam alij Bacchum à mu- *Bacchus unde*
lieribus, quæ bacchantes illum sequebantur dixêre. Alij à torculari, quo uínum exprimitur, Lenæum. Quidam Bromiũ à tonítru, qui in eius ortu contigit. Ignigenitus insuper cadẽ appellatẽ causa. Quin etiam triumphator dicit, quòd primus omnium de Indis multis cum spolijs in patriam reuersus triumpharit. Alijs quoq; cognomínibus quæ longum esset recẽsere, & alienum ab
hístoria, uocitatus est. Duplici esse uidetur forma, quoniam duo Dionysij ex-
titerunt. Primus barba promissa, antiquo more barbam nutrientium fuit. *Leneus.*
Speciosior posterior, iuuenis (& ut fertur) delitiosus. Quidam duplicem for- *Bromius.*
mam illi tributam uolunt, quoniam ebrietas, & iracũdos efficiat & hilareis. *Dionysij forma duplex.*
Satyros etiam, quorum opera in saltatione ac tragœdijs oblectabatẽ secum *Satyri.*
tradunt duxísse, & Musarum quidem optimis institutis. Satyrorum uerò risu ac ioco, Dionysius utam omnem fœlicem trãducebat. Scenicæ præterea artis ac theatrorum inuentorem, & musicæ certamínum institorem uolunt.

*Musici liberi.* Omnes etiam qui in exercitu musicis exercerentur, fecit immunes: quod & posteri instar Dionysij seruarunt. Omnes enim musicæ operam dantes, immunitate potiti sunt. Et de Dionysio ne modum excedat oratio hactenus. Nunc quæ de Priapo traduntur, sunt enim Dionysij rebus contigua, se infert scribendi locus.

## DE PRIAPO ET HERMAPHRODITO.

FABVLANTVR antiqui filium Dionysij ac Veneris Priapum fuisse, ducti uerò satis simili coniectura, quòd qui uino indulgeant, sunt natura ad Venerem promptiores. Asserunt nonnulli, priscos illos quum uellent hominum pudenda occultius nominare, Priapum dixisse. Alij genitalia dicunt, causam esse hominũ generationis, proptereáque semper extitisse immortali honore celebrata. Aegyptij de Priapo scribẽtes, olim Titanas aiũt Osiride abse dolis interfecto, corpus eius in æquas parteis diuisisse. Iisq; domo clàm elatis partẽ pudendam in flumẽ quum singuli eam respuerent abiecisse, Isidem post modum ultam uiri mortem in Titanibus occisis, uiri corpus inquisisse, parteisq; repertas, quũ in formam hominis composuisset, sacerdotibus trãdidisse sepeliendas, utq; ueluti deum Osiridem colerent imperasse, sola pudenda non reperta pro deo coli, inq; templo suspendi iussit. Hæc de Priapi genere, decq; eius honore ab antiquis Aegyptijs traduntur. Hunc deum quidam Thyphalum, alij Thyphonẽ nominant. Non solum autem in urbium templis, sed in agrestibus quoq; locis tanquàm uinearum atq; hortorum custos colitur, fructuum fures castigans. Non solum autem in cerimonijs, quæ Dionysio impendunt, sed & in reliquis fermè alijs, huic deo sacra cum risu & ludo fiunt. Simili ortu fuisse quidam existimant Hermaphroditum, quem ex Mercurio ac Venere genitum, utriusq; parentis nomẽ cepisse ferunt. Hunc deum esse opinãtur, promiscua, uiri ac fœminæ natura: fuisse quoq; & specie, mollitieq; corporis fœminæ similem, & opera exercuisse uiri. Quidam eiusmodi partus asserunt naturæ monstra, quæ rarò fiant, ac quæ aliquid, tum bonũ, tum malum portendãt.

*Hermaphroditus*

Quoniam uerò Musarum in Dionysij gestis meminimus, uidetur nunc de his diligentius scribendi tempus. Plurimi, & hi præsertim, qui probant scriptores, tradunt eas Iouis & Memoriæ filias. Pauci ex poẽtis, in quibus est Alcmeon, filias esse Cœli ac Terræ aiunt. In numero quoq; dissentiunt: namquidam tres, alij nouem asserunt extitisse. Verum nouem numerus inualuit, his comprobãtibus, qui habiti sunt, Homerum dico atq; Hesiodum, cæterosq; eiuscemodi, cæteris præstantiores. Homerus enim ait Musas nouẽ esse, pulchritudine eximia. Hesiodus etiam recensetnomina, Clio, Euterpe, Thalia, Melpomene, Terpsichore, Erato, Polymneia, Vrania, Calliope, quæ omnibus est nobilior. Harum cuilibet sua officia tribuunt, eorum quæ ad musicæ artem

*Musarum numerus.*



artem spectant: ueluti poëticam, melodiam, saltationẽ choreas, astrologiã reliquasq; doctrinas. Plureis asserunt eas fuisse uirgines, quoniã uirtutis disciplina compta esse uideatur. Musas eò uolunt cognominatas, quòd homines bona, utiliáq; docent & quæ ab indoctis ignorantur. Nomina cuiq; à proprio munere tribuerunt. Nam Clio propter gloriã quæ ex poëtarũ laudibus oritur dictam uolunt, Euterpen, ppter uoluptatem quæ ab audientibus ex honesti eruditione percipitur. Thaliam quòd in longum tẽpus poëtarũ laus parta uirescat. Melpomenen à melodia, qua audientes demulceant. Terpsichoren eò quòd audiẽteis oblectat, ppter bona quæ, pueniũt ex doctrina. Eratoquòd docti homines ab hominibus amẽtur. Polymneiã, quoniam cantus suauitate poëtas reddit gloria immortaleis. Vraniã, quòd uiros eruditos ad cœlum tollat. Gloria enim ac sapientia eleuat animos ad cœlestiũ contemplationem. Calliopen, quòd cantus suauitate cæteras antecedens, magni ab auditoribus extimetur. Posteaquàm de Musis rettuli, nunc gesta Herculis recenseamus.

*Clio.* *Euterpe.* *Thalia.* *Melpomene.* *Terpsichore.* *Erato.* *Polymneiam.* *Vranid.* *Calliope.*

## DE DVODECIM PRAECIPVIS HERCVLIS LABORIBVS.

NEQVE uerò me latet magna in difficultate uersari, tum uetustarum rerum, tum præcipuè operum Herculis scriptores. Ea enim fuisse amplitudine singuli fatentur, ut omnium quæ memoria hominum complexa est, gesta superare uideatur. Difficile quippe est pro dignitate rerum eius acta scribere, atq; ea quæ tanta magnitudine extitère, ut immortale præmium mereantur, æqua factis oratione prosequi. Nam quum propter uetustatem, admirationemque rerum, multi haud facilè crederent scribentibus, necesse fuit in his quæ maxima habebant praetermittere quædam, ne omnia scribendo historiæ parum fidei haberetur. Nonnulli enim legentiũ haud recto iudicio usi, nimis exquisitè antiquas res, ex his quæ nunc geruntur, perpendunt, existimantes Herculis uirtutem ex nostrorum hominum imbecillitate. Ita rerum gestarum nimia magnitudine moti, haud quaquàm historicis crediderunt. Verum in priscis illis rebus, ac fabulis similibus, non omninò adquadram ueritas perue stiganda est. Etenim in theatris licet sciamus Minotaurum forma qua fertur minimè extitisse, nec tricorporem Gerionem, tamen prouteris eas fabulas ducimus, fauoreq; eius dei honores augemus. Et sanè periniquum uidet, quum Hercules dum uixit orbis monstra suo labore perdomuerit, homines tantorum beneficiorũ immemores, eius laudi claris operibus partem calumniando detrahere. Quũq; posteri propter ipsius uirtutis excellentiam, communi omnium consensu, immortalitatem illi tribuerint, nos neq; traditam quoq; à patribus erga illum deum pietatem seruare. Verum his post habitis, opera eius ab initio expone

*Quæ de Herculedicuntur.*

mus, tum poëtarum, tum scriptorũ antiquissimos imitati. Ex Danaë Acrisij ac Iouenatum Persea ferũt, ex eo Andromedarũ Cepheí lectionẽ. Is deinceps sumpta Eurydice Pelopis, Alcmenam, pereauit. Hanc dolo Iuppiter quũ cognouisset, Herculẽ genuit. Hoc pacto Herculis parẽtum genus, ad maximũ referunt deorum. Eius uirtutẽ, non solum ex operibus spectare licet, sed etiã ex genere. Iouem enim ferunt treis nocteis inunam redactas, Alcmenæ operam dedisse, maximũ futuri roboris inditium, tantum temporis in eo puero creando impensum: quod nõ amoris cupiditate, prout in alijs mulieribus contigit, factum est, sed pueri gignendi gratia. Itaq; nolens ui Alcmenam aggredi, neq; fidens posse illi coitum, ob eius prudentiã persuadere, dolo mulierem aggressus est, Amphitryonis forma assumpta. Adueniente partus tempore, Iouẽ Diis astantibus prædixisse ferunt, ea die puerum qui nasceretur, se Persidorum regem facturum. Quibus uerbis mota Iuno, Lucinam filiam iussit cõprimere Alcmenæ partum. Euristheum ante tempus in lucem educere. Iuppiter licet consilio frustratus, quod prædixerat ratum, & Herculis famam claram esse uolens, dixisse Iunoni ferunt, permittere se Euristheum, ut prædixerat regem esse: Herculemq; ei subijci uelle: duodecim quoq; certamina ab eo perfici quæ Euristheus mandasset. Quibus cõsummatis, fieret immortalis. Alcmena post partum Iunonem uerita, puerũ in loco exposuit, quem nunc ab eo Herculeũ campum dicunt. Quo tẽpore, Minerua unà cum Iunone profecta, quũ infantis naturã admiraretur, Iunoni suasit, ut illi mammam præberet. Qua præter ætatem uiolentius sumpta, Iuno dolore mota puerum abiecit: Minerua illum matri detulit nutriendum. Mirabitur meritò quis rem desuetam accidisse, ut mater, quam ad filiorum amorem natura compellit, ex se natum perditum iret, nouerca quæ natura odisse priuignos solet, ignorans saluare infantem. Iuno deinceps duos dracones ad perdendũ misit puerũ, quos ille utraq; manu faucibus apprehensos, strangulauit. Vnde illum Argiui quoniam Iunonis opera gloriam esset adeptus, quum antea Alceus uocaretur, Heracleum dixêre. Reliquis imponuntur à parentibus nomina, huic soli uirtus nomen dedit. Interim Amphitryon ex Tirintho pulsus Thebas concessit. Hercules antea educatus optimè, certaminum quoq; exercitio deditus, & corporis robore excelluit, & animi uirtute. Adhuc ephebus, primum ad liberandas è seruitute Thebas operam impendit, tanquàm patriæ gratias redditurus. Erant subditi Thebani † Erigino, Miniorum regi, superbè ab eis annis singulis certum tributum exigenti. Sed minimè ueritus imperantium uireis, rem aggressus est memoria dignam. Omnes qui ad exigenda tributa missi erant, malè mulctatos è ciuitate expulit. Erigino eius rei auctorem dari sibi postulante, Chreon, Thebanorum rex, illius potentia territus, paratus erat seditionis tradere auctorem. At Hercules cõparatam adolescentium manum, ad libertatem patriæ cohortatus, arma ex decrum templis

*Perseus. Iouis & Danaës filius.*

*Natiuitas Herculis.*

*Partus acceleratio.*

*Herculis campus.*

*Primus Herculis labor.*

† *Ergino.*

*Eriginus Miniorũ rex.*

*Chreon.*



plis, progenitorum spolia, diis affixa, ad belli usum deprompsit. Nulla enim priuatim in urbe erãt arma, sed singulis regis edicto, ne desciscerẽt adempta. Audiens postmodum Hercules Eriginum cum exercitu appropinquare urbi, obuiam cum militibus egressus, in quodam angusto aditu, ubi paucis pugnandi locus erat, regem adortus, prælio uictum occidit, omni illius exercitu deleto, extemploq; ciuitatem Orchomeniorum captam, Miniorum prius incensa regia, euertit. Ad quarum rerum famã per uniuersam Græciam dispersam, stupentibus omnibus, Chreon rex admiratus adolescẽtis uirtutem, filiam illi Megaram nuptui despondit: urbis, ueluti filio curam permisit. Euristheus habens Argis regnum, nota Herculis fama, eum ad perficienda certamina accersit. Renuentem iussit Iuppiter Euristheo obtẽperare. At is Delphos adiens, consulto super his deo responsum tulit, ab diis iniunctum esse, ut Euristhei iussu, duodecim certamina perficeret: quibus transactis, immortalitate potiretur. Ea re, haud parum est commotus animo Hercules. Nam & sua indignum uirtute uidebatur humiliori seruire, & Iouí, & patri non obtemperare, tum inutile, tum impossibile ducebat. Hac anxietate perplexo animo, Iuno rabiem iniecit. Itaq; in insaniam amentiãq; uersus, Iolaum occidere uoluit. Quo fugiente, filios qui prope Megaram habitabant, sagittis uelut hosteis appetijt. Paulatim abscedente dementia, præteritum recognoscẽs facinus, doluit extanta calamitate. Quum singuli unà eius malo mœrerent, diu quieuit domi, fugiens hominum consortia & cõsolationes. Tandẽ tempore dolorem mitigãte, paratus ad subeunda pericula, ad Euristheum uenit. A quo primum imperatus est Nemæi leonis interficiundi labor. Hic prætermodum ingens, & qui neq; ferro, neq; ære, neq; lapide uulnerari posset, manibus necessariò erat occidẽdus. Versabatur is maximè inter Micœnas ac Nemeam syluam, circa montem quem à casu Tritonem dixerunt. Huius in radicibus aderat spelunca, ad quam diuertebat belua. Hercules quum ad locum accessisset, refugientem in speluncam insecutus feram, altero aditus ore obturato, manibus leonem comprehensum, suffocauit. Detractam pellem, corpori tegumentum ad futura pericula circundedit. Secundum ei certamen additum fuit, interitus Hydræ Lerneæ, ex cuius corpore centum prodibant serpentum capite ceruices, quarum singulis cæsis, duæ renascebantur: ob eãm quærem minimè uinci uidebatur posse, quum pars amputata ualidior redderetur. Hãc difficultatem arte superans, Iolaum monuit, ut euestigiò incisam ceruicem face lignea, ne efflueret sanguis inureret. Hoc pacto superata belua sagittas suas eius sanguine tinxit, quo illarum uulnus mortiferum redderet. Tertius extitit labor datus, ut aprum Erimantheum, Arcadiæ uastantem agros, uiuum afferret. Quod mandatum admodum difficile uisum est. Oportebat enim cum eo pugnãtem, adeò uiribus ualidum, animoq; prouidũ esse, ut in bestiæ congressu caueret, ne elapsa manibus, dentium discrimen subiret,

*Bellum inter Herculem & Eriginum.*

*Megara Chreontis filia Herculis uxor.*

*Furore Herculem mouetur.*

*Primũ Herculis certamẽ cũ leone Nemæo.*

*Secũdũ certamẽ cũ Hydra.*

*Tertium certamen.*

neue ui perimeret. Arctius cõstrictã hoc arduum factu censebat, sed ea prudentia certauit, ut bestiam uiuam super humeros ad Euristheum afferret. Quartum cer. cũ centauris. Qua conspecta, timore ductus rex, in æreo se uase abscondit. His actis, Hercules Centauros ob hanc causam expugnauit. Pholus erat Centaurus à quo propinquus mons dictus est. Hic hospitem Herculẽ quum domi suscepisset, defossum antea uini dolium extulit. Hoc tradũt cuidã Centauro olim à Dionysio datum, imperatumq; ut tunc uinum proferret, quum adesset Hercules. Quartam postmodũ progeniem solum, uerborum Dionysij memorem, uini dolium aiunt ob Herculis honorem reserasse. Verum eius odor, tum uetustate uini, tum uirtute ingens, ad propinquos Centauros delatus, ebrios reddidit. Vnà igitur domum Pholi, magno ingressi tumultu, ad rapinã uersi sunt. Pholus timens quum se abscondisset, solus Hercules illis obstitit. Pugnandum erat cum his, qui ex matre Dij erant, quibus equorum uelocitas, robur biformis corporis, hominum prudentia inesset. Centauri pars tædis ab radice auulsis, pars magnis saxis, quidam accensis facibus, alij securibus ingentibus certabant. Hercules intrepidus, pro dignitate ab se gestorum pugnam subijt. Iuuit in hoc eos bello mater Nebula, maximum hymbrem infundens, qui haud nocuit quadrupedibus hominibus, uerũ solum lubricum fecit. Hoc auxilio fultos Centauros, Hercules tamẽ superior, multis eorum peremptis, reliquos infugam uertit. Ex defunctis clariores erant, Daphnis, Argeus, Amphion, Hippotion, Orios, Isoples, Malanchetes, Tereus, Derpos, Phryxus. Qui uerò aufugerãt, meritam deinceps pœnã dedêre. Omados, qui in Archadia, Alcinoi, Euristhei sorori uim attulerat, peremptus est. Qua in re Herculis uirtutem admirati omnes sunt, qui & illum ut hostem priuatim odit, & iniuriam sit mulieris ultus. Verum quũ Pholus Centauros qui in pugna ceciderant, ut cognatos sepeliret contigit, ut sagitta à quodam euulsa, se ipsum feriret. Quo uulnere quum curari nequiret, obijt. Hunc Hercules magnificè sepelijt sub monte, quæ res ei gloriosior omni columna cecidit. Ab ipso enim mons, absq; alio epigrammate Pholoë cognominatur. Nam montis cognomen, qui Pholoë dicitur, nõ epigramma aliquod sepulti nomen repræsentat.

Chyron. Quintum cer. cum cerua aureis cornibus adornata.

Eodẽmodo & Chyronem arte medicinæ præditũ, inuitus sagitta occidit. Deinceps mandatũ Herculi est, ut aureis cornibus, ceruam uelocitate eximiam, captam adduceret. Hoc certamẽ absoluit ingenio, quod non inutilius habet corporis uiribus. Hanc retibus quidam captam aiunt. Alij indagine, absq; labore deprehensam esse dormientem. Nonnulli continua fessam insecutione esse captam uolunt. Quod certamẽ non ui aut periculo est, sed ingenio consummatũ. Sextus labor cum Stymphalidibus.

Quum mandatũ præterea Herculi esset, ut aues ex Stymphalida palude pelleret, arte ac prudentia facilè iniunctum laborem perfecit, expulsis auibus, quæ innumera multitudine, etiam finitimarum regionum fructus uastabant. Vi superari non poterãt, propter ingentem numerũ, ingenio opus erat.



erat. Tabulã ergo æneam parauit, quæ repercussa, ingenti sonitu uolucres timore ad fugam compulit longinquam. Qua ex re paludẽ ab auium molestia exemit. Post hæc in Herculis cõtemptũ, præcepit Euristheus, ut aulam Augæi, nemine iuuante, purgaret. Septimus labor de aũla purganda. Hæc p multos annos, contractis sordibus, fimoq; repleta erat. At ille, ad effugiendã cõtumeliã, humeris aulam mundare horruit, sed † Pignione flumine superinducto, cursu eius aulam purgauit, absq; ignominia, una die opere perfecto. Miranda profectò Herculis prudẽtia, qui quod per ignominiã superbè imperatũ erat, in laudem uertens, nil indignum egit immortalitate. Suscepit deinde onus tauri ex Creta, quem Pasiphaë amabat, deducendi. Octauus de tauro. Eò in insulam nauigans, Minois regis auxilio, taurum in Pellopõnesum, longum profectò maris iter, deduxit. His actis, Olympicum instituit certamen, locum optimum existimans, ad tantos hominum conuentus, campos, iuxta Alpheum flumen sitos. Olympicum certamen. Ibi hæc certamina Ioui patri dedicauit, coronatus, quoniam & ipse quoque bene, de hominum genere, absq; præmio esset meritus. Ea uerò certamina, quanquàm inuicem diuersa, absque pugna euicit, nullo propter singularem eius uirtutem secum congredi ausо. Nam pugiles, aut pancratiastes superare eos qui in stadio certant, difficile est. Arduum item est, illo qui leuibus certaminibus excellent, cum his qui in grauioribus uersati sunt, contendere. Meritò igitur omnium hoc ab Hercule institutum certamen habetur præstantissimum, quod ab optimo uiro principium sumpsit. Non uidentur autem dona omittenda, à dijs Herculi ob uirtutem tributa. Munera quibus dij Herculẽ donauerunt. Nam quum ex belli laboribus ad requiem se ac hominum cœtus, diesq; festos cõtulisset, deus quilibet suis eũ muneribus ornauit. Pallas peplum, clauam ac thoracẽ Vulcanus dedit: uterq; insigne suæ artis opus. Nam alter rem ad usum pacis, uoluptatemq; concessit, alter ad belli pericula euitanda. Neptunus insuper equos donauit, Mercurius ensem, Apollo arcũ, quo & uti docuit, Ceres ad expiandam Centaurũm cædem, quædam pauca mysteria celebrare monstrauit. Rem præcipuam circa huius dei genus licet aduertere. Iuppiter primam mortalem fœminam Nioben Phoronei cognouit, ultimam Semelem, quam sextamdecimam à Niobe scriptores genitam tradunt: à cuius primum maioribus gignere homines cœpit, in eaq; ipsa desijt. Post hanc nullius appetijt concubitum mortalis neminem sperans, huic similem fore, nolensq; melioribus immiscere deteriora. Postea circa insulam Palenen Gygantibus bello cœlestes lacessentibus, Hercules pro dijs pugnãs, multis ex hostibus interfectis, maximam gloriam adeptus est. Iuppiter eos qui sibi astiterant deos, tantũ Olympios appellauit, ut hoc cognominis honore, bonus à malo internosceretur. Dij Olympici. Eodem quoque cognomine, solum Dionysium, Herculemque, ex mortalibus fœminis ortos, dignatus est, non solũ quia ab se nati erant, sed propter parem uirtutis æmulationem, quum uterq; multis mortalẽis beneficijs affecisset. Iuppiter Prometheũ, qui Prometheĩ aquila.

hominibus ignem dederat, uinclis alligauit, aquila ppè posita, quæ illius iecur depasceret. Hanc Hercules, illius miseratus pœnam, qui ob beneficiũ hominibus impensum plectebat, sagitta peremit, Iouisq; iram mitigans, benefactorũ socium exemit à cruciatu. Labor deinceps est ei iniunctus Diomedis Thracis equos deducendi. Erant equorũ præsepia, ob equorũ feritatẽ, ærea, ferreis cathenis, equi uiribus prævalidis, uincti ebant. Cibis alebantur, non his quos terra ferat, sed hospitum eò diuertentiũ carnibus. Hos cupiens Hercules abducere, primò Diomedem cæpit, deditq; suo exemplo equis cõmedendum. Mansuetiores deinde factos, adsecq; adductos, Euristheus Iunoni sacrauit: quorum genus usq; ad Macedonem Alexandrum permansit. Cum Iasone postmodum aduellus aureum rapiendum nauigauit in Colchos, sed de Argonautis posterius dicetur. Acceptis insuper ab Euristheo mandatis Hercules, ut cingulum Hyppolitæ Amazonis afferret, aduersus eam cum exercitu ꝓfectus, ad Euxinum portum nauigauit, ac per hostia Thermodontis fluuij ingressus propè Themischyrã, ubi Amazonum regia erat, castra posuit. Primò cingulum ab eis postulat, sed ubi renuentes intellexit, armis agendum censuit. Amazonibus exercitui Herculis oppositis, quæ nobiliores bello erãt, Herculem solum acri certamine appetiuère: & primum Aëlla, quæ ex uelocitate id nomen traxerat, quũ uelociorem se reperisset, pugnãs occubuit. Secunda Philippis uestigiò in primo cõgressu unico uulnere cecidit. Post hanc Parthoës, quam septies ex puocatione hostem superasse aiebant, inita pugna est interempta. Quartã deinceps Euribiam, quæ bellicis rebus, expertã fortitudinem præ se ferens, aliorum auxilium renuebat: opinione deceptã, cum fortiorem offendisset Hercules, interfecit. Dehinc Cœleno, Euribia, Phœbes, Artemis uenatrix ab eo peremptæ. Post has Deianirã, Asteriam, Marpem, Thermessam, Adippem deuicit. Quæ cum uirginitatem seruare iurasset, iusiurandum seruauit. Vitã nequaquàm saluare potuit. Menalippe quæ Amazonibus præerat, præcipua excellẽs fortitudine imperium abiecit. Hercules clarioribus sublatis, multitudinẽ in fugam uersam insecutus, Amazonũ gentẽ deleuit. Ex captiuis Anthiopẽ Theseo largitus est. Menalippes sublato baltheo, salutẽ dedit. Decimus deinceps labor ab Euristheo Herculi iniunctus, ut Gerionis boues, qui in Hyberia, loca uersus oceanũ sita, pascebantur, ad se deduceret. Hercules sciens hunc laborẽ magni, difficilisq; esse certaminis, exercitum præparauit huic aptum expeditioni. Vulgata erat per orbem fama, Chryseum, hoc enim à diuitijs nomen traxerat, qui uniuersæ Hyberiæ imperaret, treis habere, ppugnatores filios, tum robore corporis, tum armis egregios, exercitũ præterea cuilibet fortissimorũ militũ esse. Quarũ rerum gratia motus Euristheus, existimans eam fore difficilẽ expugnationem, hoc Herculi certamen indixit. At ille priorum ab se gestorum memor, fidenter id periculum adiens, exercitum Creta coëgit, existimans inde facilè se copias traducturum.

*In primo Diodori Lucian Hercules Diomedis raptos: & equi. Epod vlt. Horat. & lib. 3. ode 16*

*Cum Amazonibus certamen.*

*Decimus labor.*



traducturum. Optimè enim sita insula est, ex qua in uniuersum orbem exercitus educi possit. Verum antea Herculi Cretenses cumulatissimos honores impenderãt, quibus ductus in horum gratiam, omnẽ feris beluis insulam ita purgauit, ut nullum agrestius animal in ea deinceps, neq; ursus, neq; lupus, neq; serpens, neq; aliud quid simile sit repertum. Hæc ideo merita in insulam contulit, quòd Iuppiter ibi natus, alitusq; fuerit. Ex ea igit in Lybiã nauigãs, Anthæũ primò, corporis robore, ac palæstra præclarum (multos enim externos secum certamine congressos occiderat) ad pugnam puocatũ peremit. Tum in Lybia feris beluis plena, nonnullas quas subegit oras, ita domesticas reddidit, ut agrorũ cultura, plantis fructiferis, uitibus, oleis, fertiles redderentur: ita Lybiam antea ob feras multiplices infestam ac desertã, adeò habitabilem, cultamq; præbuit, ut nulli alteri regioni cederet fœlicitate. Eodẽ pacto, scelestis, nepharijsq; hominibus, superbia insuper elatis principibus, morte sublatis, urbeis reddidit fœlices. Tradunt Herculẽ adeò feras bestias, homines q; impios odisse, atq; oppugnasse, quòd serpentes se, adhuc infantẽ, interficere uoluissent, quodq; uir factus, imperium subierit, superbi atq; iniusti domini, ea certamina imperantis. Post Anthæi mortem in Aegyptũ trãsiens, Busiridem occidit regẽ, hospitum cæde ad se accedentiũ crassantem. Quum transisset loca arida Lybiæ, inuento ubere solo, urbem condidit, â multitudine portarũ quæ in ea erant, centum portarum appellatam. Eius urbis status, usq; ad posteriora permansit tẽpora, quibus Carthaginienses, maximis copijs, urbem ab se expugnatã, cœpêre. Peragrata maiori Lybiæ parte Hercules, ad oceanũ, qui est ad Gades peruenit. Ibiq; ab utraq; cõtinentis parte columnis positis, in Hyberiã cum exercitu trãsijt, Chrysauriq; filios, tribus magnis exercitibus fidẽtes, singulari puocatione sustulit. Cepta Hyberia, greges boum secũ adducens, iterq; p Hyberiã faciẽs, quũ quidã eius gentis rex, uir iustus præ cæteris ac pbus, eum magno honore excepisset, partẽ boum regi dono dedit. Quos ille Herculi dicans, singulis annis ex his pulchriorẽ illi taurũ sacrificauit. Hos sacros in Hyberia boues, usq; ad nostra tẽpora constat pseuerasse. Postq; columnarũ Herculis meminimus uidet de his amplius paulò dicendũ. Montes ab utroq; latere cõtinentis, mari oceano imminẽt, in quibus statuit columnas. Cupiens autẽ sempiternũ sui nominis monumentum esse, aiunt utrũq; montẽ cõgesta humo, adeò amplias se, ut oceani maris aditum, ante iter utrunq; continentem, latum arctiorem, longioremq; redderet, quo magna cete in nostrum pelagus adire nequirent: utq; ad posteros perpetua eius operis gloria manaret. Tradũt alij coniunctis prius montibus, ab eo effossis, peruium oceanum ad nostrum mare factum. Verum hæc quum singulis liceat ex uoluntate credere, extimationi hominum relinquenda sunt. Sed tamẽ antea huic simile opus in Græcia effectum erat: nam à locis quæ Tẽpe appellantur, ubi latè stagnabat in campis aqua, ducta fossa, aquam deduxit Thessaliæ,

*Quare Hercules multa Cretensibus beneficia cõtulerit.*

*Anthæus.*

*Quare Hercules serpentum inimicus.*

Theſſaliæ, circa Peneum fluuiũ, campos fertíleis præbens. In Boëtia ſecus egít: nam alueo Mínei fluminis effoſſo, omnẽ regionẽ ſtagnantẽ, inutilemq́ reddidit. Sed Theſſaliæ opera, in Græcorũ gratiã acta ſunt. Aduerſus uerò Boëtios, in pœnã Mírigandã urbem íncolentíũ, ultionẽq́, quos illí in ſeruítutẽ redegerãt Thebanorũ, Hyberorũ regno optimis eius regionis uíris tradíto, cũ exercítu in Celticã Galliã, pfectus eſt, omníq́ pagrata, puincia, infandum interficiendorũ hoſpitũ morẽ ſuſtulit. Quum íngens ex omnibus gentí
Alexia. bus eũ exercitus ſequereť, urbem cõdidit amplã, quam appellauit Alexiã: plurimis ex ppinquis íncolis ſpõte in ciuitatẽ cõfluentíbus. Qui quũ reliquã multitudinẽ ſuperarẽt, eueſtigíò urbs ad Barbaros mores defluxit. Hanc urbem Celtæ etiã nunc ín honore habẽt, tanquàm omnís Celticæ metropolí. Permanſit hæc urbs ab eius conditore hucuſq́ libera, ac ſui iuris: poſtmodũ à C. Cæſare, qui ppter res geſtas deus dictus eſt, uí capta, Romanorum ímpio cum alíjs Celtís ceſſit. Ab his Hercules ín Italiã tendens, íterq́ p alpeis faciẽs, ita difficilẽ aditũ, aſperãq́ uiam ſtrauit, ut poſtea exercítibus cum íumentís, impedimẽtísq́ facilè íter eſſet. Barbaros montanos, ínfeſtos tranſeũtibus, latrocínijſq́ aſſuetos, occíſis eorũ ducibus, deleuit: poſteris reddita itíneris ſe-
Galatia. curítate. Tranſcendens alpeis & eã quæ nunc Galatia uocaťr, per Ligufticos tranſíjt, patriã aſperã, ac omníno duram, multoq́ etiã íncolarũ labore acſtudío paucos ferentẽ fructus: qua ex re robuſti homines ſunt, ualídíq́ corpore. Cíbi emꝑ paucitate, colendorũq́ agrorũ labore agíles, ac leues exíſtũt: & in bello uíri præcípuè fortes. Híc quũ ultra cæteros cõtínuò agrorum exercítio fatigarenť, & fœminas quoq́ ruſtico operi aſſuefacerent, operís tum uírorũ, tum mulíerum inuícem precio conductis, mírabile noſtrís, unius fœmínæ fa-
Partus cũ nullo dolore. ctum contígit. Quæ prægnans cum uíris opus mercede faciens, íngentíbus partus doloríbus abſceſſit inter uírgulta, ibiq́ abſq́ eiulatu infantẽ editum, foliſq́ inuolutum, quum abſconditum dimíſiſſet, ad opus níhil de partu locuta rediit. Sed re ad uagítum ínfantis cognita, qui operibus præerat, nõ permíſit matrem à labore quieſcere, donec tandẽ infantis míſertus, præbita mercede, mulíerem dímiſit. Hercules Ligurgibus ac Tyrrhenis relictís, ad Tíberím fluuium, ubi nunc Roma eſt, multis poſtea ſeculís à Romulo, Martis fílio cõdíta, peruenit. Tenebant tunc Aborígenes, quod nunc Palatium appel-
Roma. lant, urbem pœnítus paruulã íncolentes. Inter præſtantíores Potítius & Pí-
Potitius. Pinarius. narius erãt, qui Herculẽ ut hoſpítem, magno honore, donísq́ ſuſcepêre. Horum uírorũ monumenta uſq́ ad hãc ætatem Romæ permanẽt. Nam ínter nobiliores habenť. Pinariorũ, tanquàm uetuſtiſſimũ genus. Potitiorũ, in palatío cocleæ deſcenſus eſt lapideæ, ab illo Potítia dicta, ppínqua domui, quæ tunc Potitij fuit. Hercules ob honorẽ ſibi à Palatínis ímpenſum, dixiſſe ferť:
Decima Herculis. eos qui ſibí poſtquàm ad deos translatus eſſet decimã bonorũ dicarent, uitã fœlícẽ uícturos. Quod & eueníſſe uſq́ ad hoc tẽpus conſtat. Multi emꝑ Romanorum



manorum, non ſolum mediocrí cenſu, ſed qui ditiſſimí ſunt habiti, decímas Herculí uouerũt. Poſteaq́ fortunatíores facti, bona ſua ad quatuor talentorum míllia Herculí ſacrarũt. Lucullus Romanorum fermẽ ditíſſimus, extímatis bonís, decimã Herculi partẽ dedít epulas præbẽs cõtinuè ac, pfundens
Herculis terra plum. multa. Templũ inſup iuxta Tíberím egregium Herculí condidêre Romaní, ín quo ex decímis ſacra deo offerũt. Deinde à Tíbere, pfectus per líttus Italíæ, ad Cumeũ deuenít campũ, in quo tradũt fuiſſe homines admodũ forteis, & ob eorũ ſcelera Gygãteis appellatos. Campus quoq́ ípſe dictus Phlegre-
Phlegræus campus. us accolis, q olim plurimũ ígnis inſtar Aetnæ Sículi euomẽs, nũc Veſuuius uocatur, multa ſeruans ignis antíqui ueſtígia. Cognito Herculis aduẽtu Gygantes, inſtructís copíjs omnes ei obuiã, pfecti ſũt, acríq́ cõmiſſa pugna, pollebãt enim uíribus, ferunt díjs adiutorĩbus, ſupiorẽ Herculẽ, pluríbus illorũ interfectis, eã regionẽ omni feritate purgaſſe. Tradiť Gygãtes terra dícegnítos, ppter corporum ingentẽ molem. Hæc de Gygantíbus qui in Phlegra deleti ſunt, à nõnullís quos Tímæus rerũ ſcríptor ſequiť, feruntur. Ab his locís
Auernus. uerſus mare, pfectus, opus exegit iuxta ſtagnũ quod Auernum appellãt, ínter Miſenũ ac Dícearcheos prope calídas aquas, Proſerpínæ ſacrum. Eíus ambítus ſtadíorũ eſt quinq́, pfunditas ícredibílis, ut quũ ſit aqua clariſſima, cœrulea uídetur. Ferunt ín eo príſcis temporíbus, quod poſtmodũ fieri deſijt, inferos euocarí ſolítos. Effluẽte ín mare ſtagno, ferunt Herculẽ ex aggerata terra, fluxum clauſiſſe, uiamq́ deſup iuxta mare factam, Herculeã poſtmodum eſſe uocitatã. Hínc digreſſus peruenit ad quandã, in agro Poſſidoniato-
Fabula. rum, petram, ubí fabulantur miraculũ quoddã accidiſſe. Erat uenator ín regíone quæ dícitur Andragathía, ſolítus antea eorum quæ cœperat capita, ac pedes Díanæ dícata, arboribus affigere. Quũ aprum íngentem cœpiſſet, con
Apri caput. tempta dea aít, ſe caput ſolum dicaturũ, arboríq́ cuípiam ſuſpenſo, quũ meridianum æſtum deuitans ſub arbore quíeuiſſet, in ſomnum incídit. Tum lígaculo ſua ſponte díſſoluto, caput decídens hominem peremit. Non admirabuntur id factum fortaſſe homines, quum ſit memoríæ traditum, hãc deam multos iam ímpios merita pœna mulctaſſe. At uerò Herculí ſecus obpietatem contígit. Nam quum ad fines Reginorũ ac Locrenſium pueníſſet, deq́ uía feſſus quieſceret, cícadarũ ſtrepitu perteſus, deos oraſſe fertur, ut eas índe ammouerẽt. Exaudita prece, nõ ſolũ tũc, ſed poſtmodum cicadæ nũquàm ſunt in his locís repertæ. Ad mare deínde quum deſcendiſſet, apprímè anguſtum, utpote tredecim ſtadíjs latũ ſicut Tímæus aſſerít, boues quidẽ nando ín Sícilíã appulere, ípſe cornu bouis innixus, mare traiecit. Cupíẽs autẽ circuíre Sicilíã, à Peloro ad Ericẽ quũ peruenísſet, pambulanti líttus, ferunt nymphas ei calidas aquas ín requiem corporis paraſſe. Quæ quũ duplices eſſent:
† Hæimertæ, Gepteæ alteræ, à locis ſunt denominatæ. Appropinquãtem
† fortè Himeræ alteræ, alteræ Geleæ. ſuæ ditíonis locis Herculẽ, ad palæſtrã, puocauit Erix, Veneris, ac Butæ eius

oræ regis

*Ericis pugna* oræ regis filius. Orta præmij contentione, quum Erix patriam, Hercules præmium certaminis boues offerrent, indignatus primum Erix dicitur, boues minoris existimationis, suæ regioni comparari. Herculem uerò respondisse, boues sibi pluris esse, quibus si priuaretur, immortalitatem esset amissurus. His adquiescens Erix, in eo certamine uictus, patria spoliatus est. Eam postmodum incolis liberam, ea conditione dedit, ut fructibus illius fruerent, quoad aliquis ex suis posteris ad ea loca transiret. Quod & ita contingit. Multis enim postea seculis Dorieus, Lacedæmonius, ad Siciliam nauigans, ea regione recepta Heracleam urbem condidit. Quæ quũ breui creuisset opibus, Carthaginienses, tum inuidia, tum timore, ne quando uiribus aucta, Phœniceorum imperium deleret, magnis copijs ab se obsessam, captamq; euertêre. Sed de his suo loco scribetur latius. Circundata Sicilia quum ad loca ubi nunc sunt Syracusæ peruenisset, auditis quæ de Proserpinæ raptu feruntur, deabus illis sacrificauit, & in Cyane præstanti forma, illis taurum dedicauit. Accolas insuper quotannis sacra Proserpinæ facere, ac in Cyane dies festos agere, sacrisq; deam colere docuit. Deinceps per mediterranea iter cum bobus faciens, Sicanos ei instructo exercitu obuios, commisso acri certamine deuicit, multis ex hostium numero cæsis: in quis dicuntur quidam præclari duces; qui usq; ad hoc tempus heroum honores assecuti sunt, occubuisse, scilicet Leucaspis Pedicrates, Buphonus, Glichatas Buteus, & Crytides. Post hæc p Leontinum agrum pergens, pulchritudinem eius regionis admiratus, apud eos â quibus honore acceptus est, æterna sui reliquit monumenta. Agirenei uelut olimpios deos, festis diebus, sacrisq; Herculem coluêre, & licet antea id prohibuisset, tunc tamen primum suadente dæmonio, tanquàm immortalitatis

*Boum uestigia* præsagium id fieri passus est. Quum haud procul urbem iter saxosum esset, boues saxis tanquàm ceræ uestigia impresserunt. Quod simile & ipsi Herculi quũ accidisset, existimans decimo iam cõsummato labore, aliquid sibi immortalitatis deberi, impensa sibi annua ab incolis sacra, libens accepit. Vt igitur gratiam benè de se meritis referret, lacum ante urbem effodit, quatuor ambitus stadiorum, quem à suo nomine uocari iussit. Idem & loco ubi boum uestigia impressa sunt nomen indidit. Templo Gerioni cõstructo, quod adhuc honorant incolæ, Iolo quoq; nepoti templum ædificauit, ostenditq; quomodo honores ei ac sacra annua fierẽt, usq; ad hoc tempus seruata. Omnes enim eam incolentes urbem, ab ipsorũ ortu Iolo sacras nutriunt comas, quoadam plissimis uictimis eum sibi deum propicium reddant. Tanta uerò eius templi maiestas habetur reuerentiaq;, ut qui assuetis deficiant sacris, pueri muti euadant, & mortuis similes. Idem si uouerint solita sacrificia, suscepto uoto, statim fiunt à morbo liberi. Eius regionis incolæ portam, qua hæc celebritas

*Heraclea.* sacraq; prodibant, Heracleam uocitarunt. Palæstræ insuper, equorumq; certamina, quot annis ad quæ publicè omnes serui liberiq; cõueniunt instituêre.

Docuere



Docuêre & seruos priuatim deum colentes choreas ducere, epulasq; simul ac sacra celebrare deo. Hinc Hercules cum bobus in Italiam profectus, quũ iuxta littus progrederetur, Lacinum furem boues furantem peremit. Cro- *Lacinus fur.*
tonem uerò quum inuitus cecidisset, sepulchro ei constructo, sepeliuit egregiè, incolis prædicens futurum tempus, quo ibi ciuitas insignis ex mortui no- *Croton.*
mine conderetur. Ipse pedibus Adriaticum sinum circumuectus, in Epyrum primò transijt, deinde in Pellopõnesum. Decimo labore pfecto ab Euristheo præceptum est, ut ab inferis Cerberũ ad superos educeret. Ad hoc opus sumpto consilio, Athenas uenit, initiatusq; est Eleusinæ mysterijs, qbus præerat *Musæus.*
Musæus Orphei filius. Quoniam uerò in Orphei nomen incidimus, haud ab *Orpheus.*
re erit paucis de eo scribere. Orpheus Thrax genere, filius Lagri, doctrina, melodiaq; ac poësi excessit omneis, quorum extet memoria. Etenim poëma mirandum edidit, & suauitate cantus præcæteris clarus, adeò fama excreuit, ut melodia, feras, arbores ad se audiendum allicere diceretur. Doctrinæ deditus, quũ theologiæ operam impendisset, in Aegyptum transijt, plurimarũq; ibi rerum scientia percepta, Græcorum doctissimus, tum in deorum cerimonijs, tum in theologia tum in poëmatibus, cãtuq; est habitus. Nauigauit insuper, cum Argonautis, obq; uxoris amorem ad inferos descendens, à Proserpina suauitate cantus allecta, impetrauit, ut defunctam uxorem ab inferis excitaret. Quod & antea fecerat Dionysius, quem dicunt matrem Semelẽ ab *Vndecimus*
inferis quoque eductam, immortalitateq; donata, Theonem denominasse. *Herculis labor*
Nunc ad Herculem reuertamur, qui ut ferunt fabulæ, inferos quũ adijsset, à Proserpina uelut frater receptus, Thesea exuincliscum Perithoo solutũ, fauente sorore, superis restituit. Cerberum insuper uictum, præter opinionẽ attrahens, ad hominum conspectũ deduxit. Vltimo ei labore indicto, mala Hesperidum aurea afferendi, in Lybiam transcendit. Verum de his pomis *Duodecimus*
non idem scriptores sentiunt. Asserunt quidam in Lybia, in Hesperidũ hor- *labor.*
tis, mala aurea, à terribili dracone asseruari. Alij pecudũ greges, exquisita pul- *Hesperidũ mala & Draco.*
chritudine, Hesperides habuisse, quæ ob decorem à poëtis Aureæ dictæ sint, quemadmodũ & Venerem ob egregiam formã Auream appellant. Nõnulli eas pecudes colore auro simili fuisse uolunt, eoq; hoc appellatas nomine. Draconem uerò extitisse pastorũ curam, qui ui corporis, fortitudineq; præstantes, custoditis gregibus, latrocinia, phiberent. Sed hoc pro arbitrio accipiant legẽtes. Horũ custode interfecto, Hercules aurea poma ad Euristheũ quũ adduxisset, pro tot exactis laboribus, expectabat, sicut Apollinis prædixerat oraculũ, immortaliũ uitam. Nõ omittendũ uerò nobis uidetur, quæ de Athlante & Hesperidũ genere in fabulis feruntur. Fuisse in Hesperia tradunt fratres duos, fama celebreis, Hesperum atq; Athlantem. Hos habuisse oueis *Hesperus*
decoras, ferè colore aureo, ac rubicundo, à quo eas poëtæ Aurea mala dixêre. *Athlas.*
Ex Hespero ortã filiam dicũt nomine Hesperis, quæ fratri nupsit, & ab ea re-

 gionem

gionem Hesperiã nominatã. Ex hac Athlas septem genuit filias, quæ à patre Athlantides, à matre Hesperides dictæ sunt. Hæ quum forma ac prudentia excellerẽt Busiris Aegyptiorũ rex, cupiditate captus uirginum, piratas ad eas oras misit, ut ab se raptas uirgines asportarent. Quo tempore & Hercules secundum laborem consummans, Antheum in Lybia hospites palæstra superantem, occidit. Busiridem uerò in Aegypto mactatos aduenas Iouí sacrificantem, merito affecit supplicio. Deinde per Nilum in Aethiopiam, pfectus,

*Emathion.* Emathionem Aethiopũ regẽ, prælio uictum occidit. Postremò iterũ ad certamina conuersus, prædones, qui puellis, in horto quodã dum luderẽt, raptis, inq; nauibus positis, subitò aufugerãt, insecutus, in littore quodã deprehensos interemit. Virgines Athlanti restituit patri. Quo beneficio motus Ath-

*Quare Hercules sustinuisse dicatur.* las, non solũ dignis facto muneribus donauit Herculẽ, sed astrologiã insuper docuit. In qua quũ operã, curamq; impẽdisset præcipuã, ob sphæram astrorum ab se adinuentã, orbem suis ferre humeris extimatus est. Hercules quoq; quũ sphærã ad Græcos transtulisset, magna est gloria potitus, extimãtibus eũ omnibus Athlantico orbi successisse. His occupato Hercule, quæ supfuerant Amazones, aiunt circa Thermodonta fluuiũ undiq; cõuenisse, ad bellũ Græcis inferendũ. Nam Græcorũ à quibus Hercules, pfectus qui bello ipsas

*Antiope.* superasset, sed maximè Athenienſiũ iniurias, ob earũ reginam Antiopen: alij Hyppolytam tradunt à Theseo captam ulcisci cupiebant. Itaq; Scytharũ auxilio tretæ, adiutæq;, uiríbus magno cum exercitu p Cimmericũ nauigãtes, Bosphorũ in Thraciã, inde per Europã in agrũ Atheniẽsem trãseuntes, castra in his locis qui postea Amazoni appellati sunt posuêre. Theseus earũ trãsitu cognito, ciuiũ coactis copijs, aduersus hosteis unà cum Antiope Amazone,

*Hyppolitus.* ex qua filiũ susceperat Hyppolitũ, pficiscit. Cõmisso certamine, Atheniẽsiũ duce Theseo, uictoria fuit. Amazonũ pars interfecta est, pars Atheniẽsium agro pulsa. Antiope quoq; pro uiro acriter pugnãs, occubuit. Quæ ex prælio supfuerunt Amazones, desperata patria, in Scythiã diuertêre. Sed quoniã de his satis antea scripsimus, ad Herculis redeamus gesta. Peractis ab eo laboribus, responsoq; ab dijs accepto, conferre plurimũ ad cõsequendã immortalitatẽ, coloniam ad Sardos ab eo mitti, filiosq; ex Thespiadibus susceptos, coloniæ præfici duces. Iolaum nepotẽ cum filijs, adolescentiores eñ erant destinauit. Necesse uidet nobis, quo magis huius coloniæ origo cõstet, horum

*Thestis.* filiorum genus referre. Thespis uir fuit nobilis Atheniẽsis Erictei filius, qui imperans ei, quæ ab se denominata est regioni, ex pluribus fœminis filias genuit quinquaginta. Hercules puer adhuc, sed robore præstans corporis, cupiens ex eis prolem suscipere, uocato ad sacrificium patre, quũ opiparè illi epulas parasset, accersitis filiabus, singulatim recognouit omneis: ex quibus geniti

*Thespiades.* quinquaginta mares, omneis eiusdem fermè ætatis, cõmuni nomine Thespiades dicti sunt. Hos decreuit in coloniã mittere, iuxta oraculi responsum, præfecto



præfecto classis Iolao exercitu tradito, & Thespiadum & coloniæ deducendæ curam Hercules permisit. Ex quinquaginta liberis, duo Thebis mãsêre: quorum pgenies etiam nunc dicit in honore esse. Septẽ Thespijs, quos Demuchos *Demuchi.* appellant posteri, quorum ad hæc usq; tempora ciuitatis habent principes, reliquis pueris, multisq; præterea uoluntarijs ad ædificandã coloniam assumptis, Iolaus in Sardiniã nauigans, priorem insulæ partem, campestrẽ scilicet *Iolaus.* tenuit, Ioleam ab eo hodie quoq; dictam. Eam regionẽ cultiorẽ, arboribusq; fructiferis uberem, quũ effecisset, bellicosam etiam reddidit. Adeò enim hæc insula fructuũ copia celebrata est, ut Carthaginienses postmodũ multa certamina, periculaq; pro ea subierint potiunda: sed de his suo loco dicetur. Iolaus colonia condita, quũ è Sicilia Dædalũ accersisset, eã pluribus præclaris operibus, quæ nunc usq; permanẽt, atq; ab artifice appellantur Dædalia, exorna *Dædalia.* uit. Gymnasia insuper magna erexit ac sumptuosa. Iudicia quoq; ac cætera quibus ciuitas diuturnior esset ac fœlicior instituit. Populos, ab suo nomine Thespiadibus, qui eum ut patrẽ colebant, hunc honorẽ concedentibus, Iolaos appellauit. Nam, ppter illius in se parentis officia, adeò eum dilexêre, ut ipsum genitoris cognomine uocarint. Quo accidit, ut qui postmodum sacra ei deo facerent, Iolaum appellarent patrem, quemadmodũ Persæ Cyrrhũ. Rediens deinceps in Græciã Iolaus, indeq; Siciliam nauigãs, aliquãdiu permansit in insula. Quò tempore plures, qui cum eo accesserãt, capti locorum amenitate, Sicanisq; permixti, in insula remansere, summo ab incolis honore accepti. Iolao, quum gloria præclarus esset, multaq; diuersis in locis sui reliquisset beneficij monumẽta, & templa, & deorum honores, plureis ciuitates tribuere. Verum in ea colonia mirabile quid dictu accidit. Responsum eñ à deo datum est, eam coloniam perpetua libertate fore, quod nostra aduq; tem *Colonia libertate donata.* pora uerum constat fuisse. Nam quum eius urbis populus, increbrescentibus in ea temporis diuturnitate, qui colonos numero superabant, Barbaris, ipse quoq; Barbarus effectus, se ad montana, aspera q; contulit loca, ubi habitaculis terrestribus, humo effossa, lacte ac carne, armẽtorumq;, quorum plurima apud eos erat copia, uitam ducentes, procul à bellorum discrimine aberant. Itaq; & Carthaginienses postea & Romani, frustra eos armis sæpius appetiuere. Verum ad Herculis acta proxima superioribus, reuertar oratio. Quũ is omnia absoluisset certamina, Megaram uxorem, Iolao, propter parentis erga liberos suos officia, concessit: existimans amplius ex ea liberos suscipere calamitosum fore. Ad prolem uerò procreandã, alteram minimè suspectam quærẽs, Iolem Euriti filiã, in Oechalia dominãtis petijt. Qui Megaræ repul- *Iole.* sam ueritus, sup eo matrimonio se consulturũ respondit. Hercules frustratus sponsa, iniuriaq; motus, Euriti abegit equos. Iphitus Euriti famulus, ut erat suspicans, quum ad equos inuestigandos in Tyrithum uenisset, uisus est ab Hercule turrim quandã altam ascẽdere, speculatũ, sicubi forte equi pascerentur.

*Herculis mor-bus.*

cerentur. Sed quum nullos aſpiceret, dicens falſò culpatũ ſe furti Hercules, de turri præcipitẽ Iphitum dedit. Ob huius mortẽ Hercules in morbũ quũ incidiſſet, in Pilum ad Neleũ pfectus eſt, hortans, ut ſe mundaret à cæde. Hic quũ filios cõſuluiſſet, omnes præter Neſtorẽ iuniorẽ, minimè purgandũ eſſe cenſuerũt. Tum Hercules ad Deiphœbũ Hippoliti filium adiens, ut purgaretur, ſuaſit. Sed quũ nequaquàm ſanari poſſet, deq; morbi cura Appollinem cõſulueret, reſponſum eſt, facilẽ eius ualitudinis curam fore, ſi iuſto uenderet pretio, pecuniaq; exinde redacta, Iphiti liberis daretur. Coactus igit oraculi reſponſo parere, cum quibuſdã amicis in Aſiam nauigãs, ſponte ſua, à quodã ex amicis uenundatus ſeruus Omphalæ uirginis factus, filiæ Iardanæ, eorũ reginæ qui aliquando Meonij, nunc Lidij dicunt. Precium Iphiti filijs quũ datũ eſſet, priſtina ualitudine recuperata, Omphalæ ſeruiens, omneis eius regionis latrones ſuſtulit. Cecropas qui dicebant, prædones regioni infeſtos, partim peremit, partim Omphalæ uinctos tradidit. Syleum raptos abſe uiatores ad opus uinearũ cogentem ligone percuſſum cecidit. Itonas latrocinãtes Omphalæ patriã compeſcens, urbem eorũ receptaculũ, expugnatã, captãq; diruit. Cognita Herculis uirtute, & quis eſſet, Omphalæ, & liberũ fecit, & ex eo genuit filiũ Lamonem. Suſceperat uerò & antea ſeruus ex ſerua Cleolaũ. Poſt hæc, quũ in Pelopõneſum tranſcendiſſet, ad Troiam cum exercitu contra Laumedontẽ regẽ pfectus eſt. Hic cum Iaſone prius militauerat ad uellus Aureum, promiſſiſq; ob marinũ monſtrum abſe occiſum equis, fruſtratus eſt: quibus de rebus paulo pòſt inter Argonautas dicemus. Iaſon cum bello occupatus, poſtmodum opportunitate capta Troianis arma intulit, cum nauibus (ut aiunt quidã) magnis decem & octo, ut Homerus tradit ſex, filiũ Triptolemũ introducens dicentem Herculem patrem, equorũ Laumedontis gratia cum ſex nauibus paucisq; uiris illi cœpiſſe ciuitatem & uiris patriam orbaſſe. Veniens ad Troiam Hercules cum copijs militũ, præceſſit ad urbem, Oícleo Amphiarij filio præfecto claſſis relicto. Laumedon improuiſo hoſtium incurſu præuentus, copias pro tẽporis anguſtijs comparatas, ad oppugnandas naueis duxit, ſperans ſi illas incendiſſet, finem ſe bello poſiturũ. His occurrens Oícleus, commiſſo prælio occubuit. Reliqui ad naueis refugientes, claſſem procul à terra abegerunt. Laumedon reuerſus, inito prope urbem cum Herculis exercitu prælio, & ipſe, & multi præterea pugnantes cecidere. Hercules ui capta multos urbe rebelli interfecit. Priamo, ſolus enim filiorum patri conſuluerat, equos Herculi pollicitos tradẽdos, quoniam iuſtus uideretur, regnum Ilienſium permiſit. Telemonẽ coronauit ob egregia uirtutis merita, tradita ei Heſione Laumedontis nata. Hic enim ui primus urbem intrarat, quũ Hercules firmiſſimam muri arcis partem aggrederetur. Deinde rediens in Pelopõneſum, militauit ob negatum præmium aduerſus Angeam. Cõmiſſa cum Elienſibus pugna, re infecta ad Olenũ rediit. Huius filia

*Omphalæ.*
*Hercules ſeruiens.*

*Bellum Troianum.*

*Oicleus.*
*Laumedon.*

*Priamus.*

*Thelamon.*
*Heſione.*



filia Hippolita, cum Axanio nupſiſſet, cœnans cum cæteris in nuptijs Hercu leis, Euritionem Centaurum, cõſpecta eius, cui uim inferebat, iniuria, intermit. Redeuntem in Tyrinthum Herculem, Euriſtheus ueluti ſibi inſidiantem accuſans, ex Tyrintho, unà cum Alcmena, Ephideaq; ac Iolao abire iuſſit. Coactus recedere cum his ad Archadiæ Phineũ diuertit. Inde motus quũ audiſſet pompam ex Aelide Neptuno ad Iſthmum mitti, cuius Eurítus Angei dux erat, Eurítum iuxta Cleonam ubi nunc eſt Herculis templum, necauit. Deinceps bello aduerſus Aelim moto, occiſoq; Angeo rege, atque urbe ui capta, Phileo Angei filio regnũ tradidit. Fuerat hic antea à patre pulſus, quoniam arbiter inter eum & Herculem factus, præmium Herculi dandum cenſuiſſet. Hippocoon poſtmodum ex Sparta pepulit Tindarei fratrem. Eonium uerò Licymnij Herculis amicum, Hippocoontis filij uiginti numero interfecerũt. Qua re incenſus Hercules, cum exercitu illos adortus, acri cõmiſſa pugna, uictoria potitus eſt, plurimisq; eorum occiſis, Spartæ ui captæ Tindareum, Caſtoris ac Pollucis patrem, regem præfecit, ſtatuens, ut ad eius poſteros regnum ſpectaret. Ex Herculis exercitu pauci admodum cecidere, in quis ſtrenui fuerunt uiri Iphitus, Tipheus, eiusq; decem & ſeptem numero filij. Tres enim tantum ex uiginti ſuperfuerunt. Ex hoſtibus uerò & ipſe Hippocoon, & decem filij occubuerunt: magnusq; præterea Spartiatarum numerus. Ab hac expeditione in Archadiam regreſſus, ad Aleum regem diuertit, ibi cum filiam Angeam ab ſe clàm cognitam grauidã reliquiſſet, ad Stimphalon tranſit. Aleus tumore uentris filiæ cognito, quæſiuit quis eam corrupiſſet. Ab Hercule, ut erat, uim illatam ferente, fidem dictis abnuens pater, cuidam nauclero amico in mari mergendam dedit. Illa in nauim deducta, quum eſſet iuxta Parthenium montem, urgentibus partus doloribus, in proximam ſyluam, tanquàm ad rem neceſſariam deſcendit. Ibi quum peperiſſet, infante inter uirgulta abſcondito, ad nauiculam rediit. Quunq; ad Endapolium Archadiæ portum peruenisſet, ſalutem eſt præter ſpem conſecuta. Nauicularius enim illam mergere iuxta patris præceptum noluit, ſed dono dedit quibuſdam ex Caria in Aſiam profecturis. Qui Angeam ſecum uehentes, regi Myſiæ Teuthranti tradidere. Infantem in Parthenio à matre relictum, paſtores quidam Corithi regis, quũ reperiſſent à cerua, exhibito ubere nutriri infantem, ad regem detulerunt. Quem Corithus ut filium educans Telephi (eò quòd fuerit à cerua nutritus) nomen dedit. Hic uir factus, matrem inueſtigans, uenit in Delphos, reſpõſoque accepto, ut in Myſiam nauigaret ad Teuthrantum regem. Inuenta matre, cognitóque cuius eſſet filius, magno in honore habitus eſt. Teuthrantus liberis maſculis orbatus, Argiopem natam, Telepho deſpondit, inſtituitque ſucceſſorem regni. Hercules quum in Phineo quinquennio fuiſſet, filiorum Licymnij, Iphidisq; fratris interitum ægreferẽs, ſponte ex Archadia ac Peloponneſo abijt. Quum plures eum

*Herculis exilium.*

*Phileus.*

*Tindarus.*

*Anged.*

*Telephus.*

Bacc. Lib 13 c 15

Archades sequerẽtur, in Calidonem secessit. Non proles ei legitima, nõ uxor
Deianyra. erant. Desponsauit ergo Deianyram, Oenei filiam, Meleagro, de quo haud
Oeneus. abre erit paucis scribere, iam defuncto. Oeneus in magna frumenti copia,
quũ cæteris dijs, sola Diana neglecta, sacrificasset, irata dea Calidonium a-
prum, ingenti magnitudine celebrem, ad uastandam latè patriam propin-
Meleager. quam immisit. Ad hunc delendum Meleager, ætate, uiribusq; integer, pluri-
bus assumptis secum socijs, aprum iaculatus, occisæ bestiæ præmium, id erat
Athlanta. animantis pellis, omnium consensu tulit. Quum in uenatione Athlanta Schi-
nei affuisset filia, eius amore captus, pellem ueluti laudẽ occisæ feræ sibi con-
cessit. Quod factum, qui unà uenati fuerant, Thestij filij ægre ferentes, adue-
nam eis fœminam præferri, improbato Meleagri facto, Athlantæ per insidi-
as quum in Archadiam rediret pellem abstulêre. Meleager, tum amore mo-
tus, tum incensus ignominia, Athlantæ auxilium ferens, primum raptores,
ut uirtutis ab se datum mulieri præmium restituerent, hortatus est. Eius uer
Althea. bis contemptis, omnes (ij erant Altheæ fratres) necauit. Illa suorũ cæde mœ-
sta, Meleagrum execrata est, ab dijs immortalibus qui eius uotum exaudie-
rũt, filio mortem imprecata. Fabulantur quidam Meleagri ortu Parcas no-
„ctu in somnis Altheæ dixisse, tunc uitæ Meleagri filij finem fore, quum id lig-
„num, is torris extinctus erat, comburetur. Orto puero, existimans in eius
„ligni custodia filij salutem contineri, diligenter custoditum seruauit. Post-
„modum fratrum morte irritatam, torre combusto, ferunt causam interitus
filij extitisse. Cuius facti postea penitens, laqueo uitam finiuit. Dum hæc age-
Hippotus. rentur, Hippotus in Oleno iratus filiæ Peribiæ, se ex matre grauidam asse-
Peribia. renti, ad Oeneum in Aetholiam misit, iubens ut eã quamprimum perime-
ret. At ille, quum recens uxor, filiusq; decessisset, contempto patris mandato,
Tydeus. illam uxorem cœpit, ex qua filius ortus est Tydeus. Sed de his hactenus.
Achelous. Hercules in Calidoniorum gratiam fluuium Acheloum, in alium cursum di-
uertens, plurimos agros ex aquæ irrigatione fertiles præstitit. Cuius rei &
poëtæ quidam meminere scribẽtes, cum Acheloo Herculem sub tauri specie
certasse. Qui quum in congressu tauri alterum cornu fregisset, Aetholis illud
Amaltheæ cornu. quod Amaltheæ cornu uocant, dono dedit: fructuum omnium, uuarum, ma-
lorum, aliorumq; eiusmodi pomorum copia repletũ. Fingunt poëtæ Ache-
loi cornu, fossam à fluuio ductam, pomis uerò & malis Punicis, ac racemis
monstrari, regionis fertilitatem, quam fluuij humor præstet: & agros red-
dat feratiores. Amaltheæ cornu durum esse aiunt qua ex re operis eius labor
notat. Hercules præsidia Calidonijs ferens, Thesprotis illato bello, & Ephy-
ram urbem ui cœpit, & Phileum Thesprotorum regem interfecit. Filiã ue-
Triptolemus. rò eius, ex qua genitus est ei Triptolemus, captiuam cognouit. Triẽnio post
Eurinomus. Deianyram uxorem sumptam, incœna à uino concalefactus, Eurinomum
puerum, Architelli filium ministrantem, paruóque errore lapsum, pugno
ictum,



ictum occidit inuitus. Qua ex re dolore perculsus, Calydonia cum uxore De-
ianyra, Hylóque puero, ex ea orto recessit. Quum itinere ad Euenum perue-
Euenus. nisset flumen, Nessum Centaurũ repperit, pretio uiatores flumen transue-
Nessus. hentem. Hunc, traductam Deianyram uiolare conantem, mulier eui ri o-
pem implorante, Hercules sagitta transfixit, quum prius tamen Deiany-
ram cognouisset. Moriturus ex uulnere, pollicitus est ei se amoris medica-
mentum traditurum, quo nullam præter se mulierem Hercules aliam ap
peteret. Iussit ita q; semine quod ex eo exciderat, cum oleo & sanguine, ex sa-
gitta defluente, immixto, Herculis tunicam ungere. Quo dato consilio,
quum expirasset, illa clàm Hercule quod mandatum erat, assumpsit. Hercu
les transito fluuio quum Ceyco Trachim regi obuiasset, apud eum diuertit,
Archadum militum præsidio fultus. Deinde quum Philantus Driopum rex,
Philantus templum Apollinis Delphicum diceretur uiolasse, unà cum Melienſibus, ar-
mis aduersus eum sumptis & regem peremit Driopum, & incolis patria ex-
pulsis, eorum agros Melienſibus dedit. Filiam regis captiuam secum ducens,
compressit, ex q; ea filium suscepit Antilochum. Procrearat etiam ex Dei-
Antilochus. anyra post Hylum filios duos Gleneam & Diopitem. Pulsi Driopes quidã,
diuertentes ad Euboëam, ciuitatem condidêre Caryston. Alij in Cyprum na
uigantes, unà cum Cypris mansere. Reliqui Euristhei, Herculis hostis præ-
sidio freti, treis urbeis in Peloponneso condidere: Asinem, Ermionem, Eio-
nem. Orto deinde inter Doriẽses qui Esthiotes appellantur (ijs Egineus im
perabat Laphitas q;, circa Olympum habitantes, quibus rex erat Coronus
Coronus. Phoronei filius) bello, quum præualerent copijs Laphitæ, Dorienſes ad Her
culem confugere. Is in belli societatem accitus, pollicita tertia Doridis regio-
nis parte, ac regno permisso, bellum unà cum Dorienſibus aduersus Laphi-
tas mouit. Milites Archades, qui apud eum semper erant, secum ducens, ho-
rum præsidio usus, superatis prælio Laphitis, Coronum regẽ peremit. Re-
liquos, multis occisis, è regione pro qua bellum suscitatum erat coëgit exce-
dere. His actis Egineum tertiæ præfecit parti sibi cõcessæ, mandans, ut eam
suis posteris seruaret. In Thracinam transiens Cyonum Martis, ab eo pro-
uocatus, peremit. Deinceps ab Icono profectus per loca maritima, ad Orme
nium regem quum peruenisset, eius filiam Astydamiam sibi dari connubio
Astydamia. petijt. Quam rem quum abnuisset, sciens illi Deianyram uxorẽ esse, bellum
Hercules regi intulit. Capta q; urbe, ac rege interfecto, Astydamiã captã stu-
prauit, genuit q; ex ea filium Chrysippũ. His gestis, in Oethaliam, contra Eu-
Chrysippus. ritii liberos, quoniam Iole uxor ei antea negata fuerat, exercitũ duxit. Quũq;
Archades ei opitularentur, urbe capta, Euritij filios occidit: Toxeum, Me-
lionem, ac Pythium, Iolem captiuam secum ducens. Ex Euboëa in mon-
Iole. tem profectus est nomine Cineum, ibiq; sacra facturus, Lychnam do-

domesticum quendam, ad uxorem Deianyram in Thraciam misit, ut ei uestem, qua in sacris uti cõsueuerat, afferret. Hæc quum à Lycha de amore Ioles percepisset, cupiens se omnibus amore præferri, tunicam, iuxta Centauri consilium tinxit. Hanc à Lycha rei insciа, delatam Hercules indutus, medicamenti ui paulatim inualescente, torqueri maximo dolore cœpit. Virus enim sagittæ ueneno uipereo infuso, corpus conficiens, dolores ciebat immensos. Itaq; Lycham uestis latorem primum occidit, tum dimisso exercitu, in Trachinam uenit morboq; magis in diem ingrauescente, in Delphos, Lycinium ac Iolaum misit: Apollinem morbi remedia scisciatum. Deianyra calamitate Herculis stupefacta, quum causam tanti mali sciret à se profectam, laqueo excessit è uita. Responsum Apollinis iubebat ferri cum apparatu bellico Herculem in Oetam, ibiq; prope eum ingentem strui pyram, de reliquis inquit Ioui curam fore. Qui cum Iolao erant iussa Apollinis exequentes, quod futurum erat suspicabantur. Hercules desperata salute in pyram cum ascendisset, rogabat accedentes, ut ignem subiicerent. Quod quum nullus auderet, solus Philoctetes in gratiam sagittarum quas ei Hercules reliquit, pyram succendit. Subitoq; fulminibus circundantibus, pyra exusta est. Accedẽte Iolao ut ossa colligeret, quum nullum penitus repertum esset, credentes Herculẽ secundum oraculi responsa ad deos translatum, sibi ut heroi sacra quædam secerunt. Inde ad Trachinam reuersi, Menetius postmodũ actoris filius, Herculis amicus, tauro, capro, ariete q; uelut heroi immolatis, instituit ut singulis annis Herculi in Opunte sacra fierent: utq; pro heroẽ coleret. Quũ idem Thebei facerent, Athenienses Græcorum primi, ut deum sacrificijs Herculẽ coluerunt, suaq; pietatis erga illum deum exemplũ reliquis præbentes. Vniuersam primum Græciam, deinde cæteras omneis genteis, ad eius cultũ conuertêre. Adijciendum est superioribus, Iouem persuasisse Iunoni, ut Herculem se fingeret genuisse, matrisq; erga eum deinceps beneuolentiam ostenderet. Partum eiusmodi fuisse tradunt. Iuno quum in lectum ascẽdisset, sumptum iuxta corpus Herculem, per uestes inferius in terrã dimisit, uerum partum imitata, sicut & nunc usque, in filiorum adoptatione obseruant Barbari, Iunonis opera. Post hunc partum, ferunt Heben, Herculi nupsisse, de qua & poëta post obitum scribit, Ipse cum dijs immortalibus in delitijs uersatur, habens Heben pulchros habentem pedes. Herculem uerò dicũt nequaquàm inter duodecim deos, prout Iuppiter prædixerat receptum. Fieri enim non poterat, nisi uno ex duodecim prius pulso, ut alter reciperetur. Iniquum enim fore, honorem uni tribui, cum alterius dei ignominia. Scriptis quæ de Hercule dici possunt, nunc Argonautas cum quibus militauit Herculeres referamus.

Deianyræ mors.

Herculis mors

Philoctetes.

Menetius.

Iunonis partus.

Dij xij.

DE AR-



## DE ARGONAVTIS.

IASONEM tradunt Esonis filium extitisse, nepotem Peliæ Thessalorum regis. Qui quum esset robustus corpore, animiq; præter cæteros suæ ætatis elati, aliquid agere optans memoria dignum, ex superiorum exemplo, maximéque Persei aliorumq; plurium, quos propter externas expeditiones, gestáque præclara, immortalẽ gloriã assecutos intelligebat, exarsit animo ad illorũ opera imitãda. Itaq; cõmunicato cum rege consilio, Pelias suo desiderio assensit: non ut adolescentis gloriam augeret, sed sperans illum citius in belli expeditione periturum. Se enim filijs masculis natura priuatum esse uidebat. Fratrem timebat, nequando filij ope sibi regnóque insidiaretur. Hanc suspitionem occultam tenens, pollicitus est se belli auxilia laturum, si expeditionẽ pararet in Colchos, ad uulgatum Vellus aureum rapiendum. Habitabatur tunc Pontus à Barbaris, accersis nationibus, infensisq; hospitibus, quum omneis aduenas eò nauigantes interficerent. At Iason laudis appetens quũ certamẽ difficile, nõ tamẽ pœnitus impossibile propositum uideret, sed quo maius esset, eo ampliori se gloria uictorẽ fore, necessaria ad id bellũ parauit. Primũ iuxta Pelũ nauẽ ædificauit, magnitudine atque apparatu longè maiori quàm quæ ad eam diem fieri consueuerant. Erat enim antea paruarum nauicularum usus. Ad huius uerò eximiam magnitudinem stupentibus omnibus, diffusa per Græciã eius rei fama, multos egregios adolescentes, ultrò ad certamen, & eius belli communionem allexit. Iason in aquam deductam nauem, quum necessarijs ad nauigandum rebus fulcisset, optimos, eorum qui secum ire appetebant, elegit, numero quatuor & quinquaginta. ex eis clarissimi erant Castor & Pollux, Hercules, Thelamon, Orpheus. Athlantes Chinei, præterea Tespesij filij, & ipse nauigij auctor Iason. Nauis ergo dicta est, ut quidam asserunt scriptores, ab Argo eius architecto, qui etiam inter nauigandum eius refarciendæ curam cœperat. Vt alij, ab eius uelocitate, quam antiqui Argon appellabant. Hi omnes ducem sibi præfecerunt Herculem, ueluti omnium iudicio, fortitudine, & uirtute præstantiorem. Deinde ex Colcho nauigãte, Atho, ac Samothracia prætergressis, tempestate acti ad Sygeum Troiæ appulêre. Quum in terrã descendissent, uirginem iuxta littus uinctam, ob hanc ut ferunt causam, repererunt. Neptunum tradunt propter operam ad ædificanda Pergama ab eo, ut fabulæ tradũt, impensam, iratum, Laumedonti regi è mari cete in terram misisse. à quo maritima incolentes loca, coloniq; absumebantur. Peste præterea, quæ terræ fructus corrumperet, propinquos agros afflixit. Omnibus ea calamitate territis, quũ tantis malis salus quæreretur, Laumedontem dicunt ad Appollinem destinasse, quæsitum rebus aduersis remedia. Responsum est ab oracolo, Neptuni iram causam malorum

Iason. Eson. Pelias.

Argonautæ.

lorum esse, quæ mitigaretur, si puerum Troiani sorte ductum, cete traderẽt uorandũ. Itaq; singulis insortem coniectis, quũ in Hesionem sors, regis filiã excidisset, eò actus est Laumedon, natam in littore uinctam belluæ futurum cibum exponere. Interim Argonautis in littus descendentibus, Hercules uisa puella, quum rei causam cognosset, uincla dissoluit, inq; urbem profectus, regi obtulit, se id mõstrum interfecturum. Laumedon accepta oblatione, equos illi inuictos dono se daturum quum spopondisset, cete ab Hercule perijt. Hesione oblata conditione, Herculem ne liberatorem sequi, an in patria remanere mallet, cum Hercule abire elegit, non tam uitæ beneficio, quam timore, ne iterum prodeunte cete, ad idem supplicium destinaretur. Hercules & donis, qbus honorificè cumulatus fuerat, ac equis, Hesioneq; penes Laumedontẽ, quoad reuerteretur ex Colcho relictis cum Argonautis ad destinatum certamen profectus est. Magna interim tempestate coorta, cæteris salutem desperantibus, solũ Orphea tradunt religionis peritum, uota pro salute Samothracibus fecisse: extemploq; tempestate sedata, quũ duo astra supra Pollucis & Castoris capita cecidissent, omnes eo miraculo stupentes, credidisse deorum prouidentia se à periculis exemptos. Quo facto contigit, ut quos postmodum mari sagitaret tempestas, Samothracibus uota pro salute facerent, astraq; apparentia ad Castorem Pollucemq; referrent. Inde sedato mari, in Thraciam ad regnum Phinei transcendentes, duos adolescẽtes offendunt, qui uerberibus cæsi, ut uiui in terram effoderentur, pœnam expectabant. Filij hi erant Phinei & Cleopatræ, quam ex Orithia, Erithei ac Borea natam ferunt, uerum odio, ac falsis nouercæ calumnijs iniquè à parente ad eas damnabantur pœnas. Duxerat uxorẽ Phineus Ideam Dardani, Scytharum regis filiã, cuius amore captus, uoluntati eius assentiebat. Huic nouercæ in gratiam matris, priuigni ira moti, uim intulerunt. Argonautis ad rem nouam stupentibus aiunt adolescentes inter tormenta ab eis, ueluti dijs auxilium implorasse, & simul causam dixisse paternæ iniquitatis, orantes ut se ab iniqua eriperẽt sorte. His Phineus quũ occurrisset, uetuit ne quid cõtra suum decretum, uoluntatemq; agerent. Nullũ enim patrem ait de filijs sponte suppliciũ sumere, nisi amorem in liberos paternum, magnitudo scelerũ superaret. Interim qui cum Hercule in nauí erant Boreades, Cleopatræ fratres, tradunt, ppter cognitionẽ primos è nauí auxilium adolescẽtibus tulisse, eisq; à uinclis liberatis, obsistentes tantũ occidisse Barbaros. Phineus ad pugnam quum uenisset Barbaris auxilia ferentibus, Herculẽ ferũt acriter præcæteris pugnantẽ, & ipso Phineo, & filijs obtrũcatis, captaq; regia, & liberasse Cleopatram, & filijs paternum regnum restituisse. Quibus de nouerca supplicium sumpturis, suasit Hercules, ut ad patrem in Scythiã mitterẽt, rogarentq;, ut ipse ob filiæ in se iniurias puniendæ actor esset. Quo facto, Scythia natam morte mulctauit, Cleopatræ filij apud Thracas suæ modestiæ gloriã tulere.

*Orphei uota pro Argonautis.*

*Phinei filij. Cleopatra.*

*Idea.*

*Boreades.*

Non



Non ignoro quosdam priscarum rerum scriptores tradere, filios à patre Phineo excecatos & Phineum quoq; à Borea priuatũ uisu. Herculẽ præterea ad Hydrã in Asiam ascendentẽ, in eis locis ab Argonautis relictũ. Dissentiũt sanè in historia prisci rebus recensendis, ut haud mirandum sit, si quis ueteris historiæ auctor à poẽtis reliquisq; scribentibus quandoq; discrepet. Verum Phineidas tradunt regno Cleopatræ matri permisso, è Thracia cum Argonautis in Pontum profectos, ipsos autem nauem ad Tauricã applicuisse, ignota incolentium feritate. Mos enim erat eius regionis, Barbaris aduenas nauibus aduectos, Dianæ sacrificare. Apud quos aiunt Iphigeniam postmodum, huius deæ sacerdotem, homines ad eius aram mactare solitam. Præsens postulat historia, ut causæ huius aduenas sacrificandi ritusq; referantur à nobis, præsertim quum Argonautarum trãsitum hic maximè locus spectet. Solem ferunt duos procreasse pueros, Aeetam ac Persen. Aeeta in Colcho regnauit, in Taurica Perses crudelis ambo, efferiq;. Ex Perse Hecate orta est, superans audacia, immanitate q; patrem, ut quæ cruciatu hominũ læta, eos pro feris appetere sagittis consueuerit. Sed aduenena mortifera conficienda summum studium, operamq; impendens prima aconitum inuenit, uim, naturamq; cuiusq; ueneni, in cibis, quos aduenis dabat, experta. His rebus admodum edocta, primũ ueneno patrem sustulit. Deinde regno assumpto, templum statuit Dianæ, cui nauigantes hospites sacrificabat: existimãs ea crudelitate suum nomen clariusfuturũ. Post hæc nupsit Aeetæ, genuitq; liberos treis. Circem, Medeam & Egialeum. Circe ad omnis generis ueneno rum curã uersa, multarũ herbarum, radicũq; uarias uireis, mirabileisq; reperit. Et quamuis à matre Hecate in plurimis instructa esset, tamen multis ab se denouo adinuentis, omnibus in ea re præstitit. Hæc Sarmatarum regi, quos quidam Scythas dicunt, quum nupsisset, primum ueneno uirum abstulit. Deinde regno capto, multa ui, crudelitate q; subditos uexauit. Quibus rebus regno expulsam, quidam scriptores ad oceani quandam desertam insulam cum mulieribus quæ eam secutæ erant confugisse, quidam ad Italiam uenisse tradunt inq; eo promontorio, quod nunc quoq; ab illa Circeum uocẽt resedisse. Medeam quoq; tum à matre, tum à sorore singula ueneficia edoctam, diuersis moribus uixisse ferunt. Nam & hospites eripiebat à uitæ discrimine, & sæpe apud patrem precibus & gratia, pro damnatorum salute intercedebat: quandoq; ipsamet ex custodia captos dimittens. Aeetam ferunt, tum sua natura, tum uxoris suasu, crudelem necandorum hospitum consuetudinem seruasse: Medeam uerò quũ magis in diem esset parentum aduersa crudelitati, ab Aecta ob filiæ timorem, in liberam custodiam destinatam. Illa ad Solis templum (id in littore situm erat) confugit, quo tempore Argonautæ á Taurica in Pontum noctu delati, ad templũ puenẽre. Ibi Medeam iuxta littus ambulantẽ quũ inuenissent, ab eadẽ hospitũ cæde edocti, uirgi s

*Taurica Diana*

*Solis filij.*

*Circe.*

*Medea.*

*Egialeus.*

*Medeæ in dãnatos gratia.*

*Solis templũ*

cti, uirginis humanitatem collaudarunt. Deinde aduentus sui causa Medeæ palàm facta, illa imminens à patre periculũ, crudelitatemq; in hospites, ut caueret, admonuit. Communicato consilio, Medea se adiutricem ad perficiendum certamen propositum pollicita est. Iason iureiurando, data fide, uxorẽ sibi illam quoad uita superstes esset, futuram spopondit. Tum noctu Argonautæ relictis templo custodibus, cum Medea ad uellus aureum, pfecti sunt. *Iasonis & Medeæ cõuentio.*

*Phryxus & Helle cũ aureo uellere nouercales insidias euitarunt.*

De quo ut apertius scribatur, præsens historia, ne quid ex his omittatur, quæ ad ipsius cognitionẽ spectant, requirit. Phryxũ, Athamantis aiunt nouercæ insidias declinãtem, unà cum sorore Helle è Græcia fugisse. Trãsfretantibus illis, iuxta quoddam deorum oraculum, ex Europa in Asiam, super aureo ariete, uirginem in mare delapsam, dedisse Hellespõto nomen: Phryxum in Pontum pficiscentem, delatum in Colchida. Qui quũ secundum oraculũ arietem sacrificasset, pellem in templo Martis suspendit. Postmodum Aeeta in Ponto regnante, responso datum est, illum tunc mortem obiturum, quum externi nauigio delati aureũ uellus sustulissent. Hac ex causa, tum uerò innata crudelitate, ostentauit se hospites sacrificare, ut diuulgata tanti sceleris fama, externi omnes eum accessum abhorrerent. Templum quoq; muro circũdedit, custodesq; plureis apposuit ex Taurica accitos, de quibus à Græcis mirãdæ fabulæ finguntur. Decantatum enim est tauros ignem spirantes circa templum esse, à dracone insuper custodiri uellus. Verum taurorum nomẽ à custodum robore traductũ est, à crudelitate uerò cædis hospitum, tauros ignẽ efflare confictum. Modo simili quũ templi custos Draco appellaretur, traduxerunt poëtæ admirandas, stupendasq; eius animantis fabulas. Similiter & de Phryxo quoq; fabulæ cõfictæ sunt. Quippe nauigasse eum ferunt quidam in nauí, cuius in prora signum fuerit arietis. Quod Helle molestè ferẽs, quũ in sponda nauis incumberet, in mare decidit. Alij tradunt Gambrũ, Scytharum regem in Colchos, quo tẽpore Phryxus cum pædagogo captus fuerit aduectum, quũ adolescentem dilexisset, dono illum ab Aeeta accepisse: eumq; ut legitimum ab se filium educatum, regni hæredem relictum, pædagogũ (is Aries uocabatur) sacrificatum dijs, eiusq; pellem à cadaucre euulsam, de more templo fuisse affixam. Deinde responso tradito, se tunc moriturum, quum aduentantes hospites, Arietis pellem sustulissent, regem aiunt adhibitis templo custodibus, eam quo diligentius seruaretur, deauasse. Sed hæc legẽtibus suo arbitratu iudicare licet. Cæterum Medeam tradunt Argonautas ad templum deduxisse Martis, longè ab urbe Sybari, Colchorũ regia stadijs septuaginta. Accedentẽ adfores templi Medeam, appellati Taurica lingua ab ea, milites, apertis ianuis, ut regis filiam introduxerũt. Argonautæ templum simul ingressi, eductis ensibus, quũ plureis ex Barbaris occidissent, alijs improuisa re territis, diffugientibusq; erepta aurea pelle, euestigiò ad nauem reuersi sunt, Medea draconem pellis custodiæ incubantem, semperq;, ut fabulæ ferunt

*Tauri igniferi.*

*Draco custos.*

*Phryxi naues.*

*Sybaris.*

*Velleris aurei ereptio.*



runt uigilem, ueneno perimens, unà cum Iasone mare conscendit. Re ab his qui diffugerunt, Aeetæ nunciata, asserũt eum cum his qui in promptu erant militibus, Græcos insecutum, plureis iuxta littus comperisse. Quibus cum primo impetu pugna cõmissa, Iphitus Euristhei, qui Herculi certamina imperauerat, frater cecidit. Cæteri deinceps quum suis auxilio accurrissent, instaurato certamine, rex est à Meleagro occisus. Superãtibus Græcis, reliqui Colchorum in fugam uersi, magna ex parte interiêre. Optimus tamẽ quisq; uulneratus est: Iason, Laërtes, Athlanta ac Thespiades: quos diebus paucis, Medea radicibus, herbisq; curauit. Deinceps quum recuperata ualitudine nauigassent, iam medium Ponticum mare tenentes, ingens tempestas magno cum periculo adorta est. Tum ab Orpheo quemadmodũ, antea uoto Samothracibus facto, quieuerunt uenti. Apparuit quoq; iuxta nauem maritimus Glaucus, qui duabus noctibus totidemq; diebus continuò nauem comitatus & futura Herculi certamina, & immortalitatem prædixit. Tindaridis uerò quòd Dioscuri uocarentur, deorumq; honores ab hominibus essent consecuturi. Deniq; quũ omneis Argonautas nomine appellasset, dixissetq; uotis Orphei ab dijs se missum, qui eis futura prædiceret, consulere se illis ait, quum primum in patriam ueniissent, uota dijs persoluerẽt, pro salute iam bis ab illis suscepta. Argonautæ quum ad ostium Ponti pueniissent, ad oram appulere, cui tunc imperabat Byzantus, à quo urbs Byzantium est appellata. Ibi erecta ara, quum dijs uota persoluissent, locum consecrarũt, quem etiã nunc nauigantes colunt. Deinde mare ingressi, per Propontidem, Hellespontũq; ad Troiam delati sunt. Hic Hercules, fratre Iphiclo ac Thelamone ad ciuitatem missis, equos Hesionemq; iuxta promissa postulatum, tradunt Laomedontem oratores captos trusisse in carcerem: reliquos Argonautas per insidias occidere uoluisse. Cuius rei omnes, præter Priamum, filij adiutores se præbuere. Hic solus contradixit: asserens seruandam esse hospitibus promissorum fidem, atq; equos, sororemq; esse tradendos. A qua sententia quũ auersi essent, fertur Priamus duos in carcerem ad Thelamonem enseis clàm detulisse, narrataq; patris uoluntate, extitisse eis causa salutis. Nam illi custodibus interfectis, ad mare fugientes, expositio singulatim socijs Laomedontis consilio, unà cum eis regi qui cum militibus ex urbe se aduersus prodierat, occurrerunt. Acri certamine cõmisso, quum Argonautæ uirtute superiores essent, ferunt Herculem præcæteris fortiter pugnantem, & occidisse Laomedontẽ, & primo impetu urbe capta, in regis insidiarum conscios animaduertisse. Deinde Priamo ut uiro iusto, amicoq;, regno tradito, cum reliquis Argonautis discessisse. Nonnulli ex antiquis tradunt poëtis, ab Hercule non cum Argonautis, sed solo cum nauibus sex equorum gratia profecto, Troiam deletam. Quod & Homerus uidetur insuis carminibus sentire, scribens Herculẽ equorum Laomedontis gratia, sex propris nauibus, & uiris paucis ciuitatem ab se

*Aeetæ mors.*

*Glaucus deus.*

*Bizantus rex.*

*Bizantium*

*Hercules ad Troiam.*

*Laomedon.*

*Priamus.*

expugnatam cœpisse. Argonautas à Troia tradunt in Samothraciã delatos, redditis magnis dijs uotis, iterum in tẽplo posuisse Phialas, quæ hucusq; seruant. Eorum reditu adhuc apud Thessalos ignoto, diuulgatã aiunt esse famam, omnes qui cum Iasone in Pontum nauigarant, occidione occisos esse. Itaq; Pelias tempus esse ratus, cæteros, quorum erat, priuare regno primò
*Promachus.* Iasonis patrem sanguinẽ tauri bibere compulit. Fratrem Promachũ adhuc
*Amphinomes.* puerum occidit. Amphinomes mater morti destinata uirili animo rem ausa memoratu dignam, quũ ad interiora regiæ confugisset, orans deos, ut tantæ impietati merita præmia darent, ense pectus transfixit. Hoc Pelias pacto omni Iasonis progenie sublata, citò suorũ scelerum pœnas luit. Nam quum Iason in Thessaliã ad Ormum haud longè ab Colcho locum urbem egredientibus occultum noctu appulisset, impiam suorũ cognouit cædem. Argonautis, suam operam ad tantũ scelus ulciscendum pollicentibus, omniaq; subire paratis discrimina, haud parua inter eos dubitatio incidit, subitóne ui in urbem irruedum esset, deq; improuiso rex armis appetẽdus, an arcessendi à suis milites, communiq; bello res esset agenda. Haud enim possibile fore, ab tris & quinquaginta uiris, superari regem posse, cui plurimæ auxilia urbes ferrẽt. Quum hæc agitarent, fertur Medea pollicita esse suis se Peliam necaturam dolis, regiamq; se illis sine periculo traditurum. His uerbis admirati omnes, quũ modum sui consilij quærerent, respondisse Medeam dicunt, secum attulisse plura, mirandæq; uirtutis uenena, tum à matre Hecate, tum à Circe sorore, quibus nunquàm antea ad hominũ pernitiẽ uti uoluisset reperta. Nunc uerò eorũ causa facile se id scelus Peliæ (si uelint) ulturam, & simul quæ actura esset singulatim quũ prædixisset, à regia insuper maritimæ speculæ custodibus signum perfectæ rei se daturam asseruit, fumum die, noctu ignem. Igitur parata caua Dianæ imagine, uaria uenenorũ genera in ea abscondit. Deinde capillos suos quibusdam medicamentis canos reddens, ita faciem, corpusq; rugosum effecit, ut aspicientibus quædam senior anus uideretur. Sumpta deinde quam (stupendo quodam apud uulgus modo) condiderat Dianæ statua in urbem profecta, omneis ad superstitionẽ commouit. Quum ueluti
*Medeæ ad Peliam aduentus* phantastica uideret, singulis per uicos ad spectandum concurrentibus, hortabatur, ut piè deum susciperent, colerentq;. Accessisse enim eam ab Hyperboreis, & regis & ciuitatis bono. Quum singuli deum sacris uenerarentur, uniuersus tanquàm debacchatus populus, Medeam in regiam deduxit. Hæc res & Peliæ superstitionẽ iniecit, & filiæ in eum stuporem Medeæ præstigijs deducti sunt, ut persuaderent præsentem deam, fœlicitatem regiæ præbiturã. Asserebat enim Dianam à draconibus per aërem delatam, magnã orbis partem circuisse. Vt autem ꝑpetuò coleretur, elegisse omnium regum pijssimũ. Mandasse insuper sibi deam, ut senectam Peliæ quibusdam pharmacis ablatam in adolescẽtiam uerteret, multorumq; annorum uitam beatam, dijsq; acceptam



acceptam præberet. Ad quæ uerba quum res ueluti miranda obstupescerent, iussit Medeam in se ipsa ut fides ei haberetur, quod dixerat experiri. Illa petens ut pura ab una ex filiabus afferretur aqua, quum se in thalamo inclusisset, unxissetq; corpus, herbarum uiribus in priorem ætatem restituta est. Quæ res, & regem, & omneis qui id aspexerant, ad stuporem perduxit. Videbatur enim non nisi deorum quadam prouidentia, senectutem in uirginis ætatem pulcherrimæq; fuisse conuersam. Fecisse quoq; asserunt eam quibusdam incantationibus, ut draconum specie dea per aërem ab Hyperboreis uecta, apud Peliam diuertere uideretur. Hæc quum præter naturam putarentur humanam, quũq; Pelias plurimi Medeam faceret, existimaretq; illã uera loqui, aiunt omnibus singulatim filiabus mandasse, ut uoluntati, imperioq; Medeæ parerent. Non enim decere regis corpus seruorum manibus tractari, sed filiarum obsequio deorum beneficio potiri. Diligenter igitur filias obsequi Medeæ imperauit, quicquid circa sui corporis curam mandaret. Sequente nocte quum Pelias dormitum isset, aiunt dixisse Medeam, necesse esse ut Peliæ corpus in uase æneo coqueretur. Quod quum acturæ essent uirgines, uno experimento aliquo fidem uerbis suis fieri postulauit. Aries aderat *Aries in agnũ.* multis annis domi nutritus, quem uirginibus pollicita est, si illum prius decoxissent, in agnum se postea restituturam. Quum uirgines annuissent, ferũt Medeam arietis decoxisse corpus, in frustra diuisum, ac uenenis quibusdam, ex lebete agni specie eduxisse. Quo facto fides Medeæ habita. Adolescẽtes o- *Alceſtis picta* mnes præter Alcestem, quæ impietatem facti abnuit, ad interficiendum Peliam induxit. Tum Medeam dicunt, ne Peliæ corpus, aut inciderent, aut coquerent edixisse. Simulans uerò prius uotum lunæ esse faciẽdum, uirgines supra culmen regiæ cum lampadibus ascendere secum iussit. Ibi Colchorũ lingua, longa ad terendum tempus oratione habita, signum dedit Argonautis rei conficiendæ tempus adesse. Illi igne è specula conspecto, existimantes regem defunctum, cursu urbem petentes, mœniaq; ingressi, strictis ensibus ad regiam profecti sunt, uigilibus, qui obstiterant interfectis. Virgines quæ antea ad decoquendum patrem è tecto descenderant, Iasone, cæterisq; Argonautis in regia præter spem conspectis, sua calamitate admodum afflictabantur. Neq; enim Medeæ facinus ulcisci poterant, neq; erratum suũ corrigere. Itaq; quum sibi mortem consciscere uellent, Iason earum misertus, à proposito reuocauit, solatus, non sponte eas errasse, uel malitia, sed errore deliquisse. Omnes deinde benignè consanguineas allocutus, bono animo esse iussit, populo ad contionem uocato, culpam gestorum in Peliam reiecit. Se enim minori ait, quàm passus esset pœna priores iniurias ultum. Se Peliæ cuilibet filiorum paternum regnum traditurum. Filiarum uerò pro earum dignitate curam se habiturum spopondit. Quod & paulopòst effecit, egregijs eas despondens uiris. Nam Alcestem, priorem filiam nuptui postmodum dedit

Admeto, Feriti, Thessalo: Amphinomẽ, Arrobremoni, Leontei fratri: Euadnem uerò Oeneo Cephali tunc Phoceorum regis. His actis cum Argonautis, ad Ischinum Pelloponnesi nauigans, sacra fecit Neptunno, cui nauem Argo dedicauit. Quum ingens eius fama esset apud Corynthiorum regem Creontem, ad eum diuertens, secum uitæ reliquum tempus egit Corynthi. Cogitantibus Argonautis in patriam abire, Herculem ferunt hortatũ esse, ad res magnæ fortunæ obeundas, adegitq; ut iureiurando pollicerent, alterum alteri, si opus esset auxilio fore. Elegisse autem clarissimum Græciæ locum, ad statuenda certamina, concursusq; hominũ celebrandos: idq; certamen maximo deorum Ioui Olympio consecrasse. Quum Argonautæ omnes in fœdus cõmunis præsidij iurassent, instituendorum cura Herculi demandata, illum elegisse aiunt, ad hominum conuentus Eleorum regionem iuxta Alphei flumen. Vnde iuxta eum, loca, maximo deorum sacrata Olympia ab eo appellantur. Quum equorum certamẽ, palæstramq; instituisset, modo certaminum statuto, urbeis propinquas ad deorum spectacula exciuit. Ex gloria, famaq; Herculis exspectatione certaminũ Olympicorũ uulgata, Græcorum omnium qui clari essent eò concursus fuit, plurimis quoq; uarijs ex urbibus Herculis amicitiam secutis, quum singuli eius uirtutem, bellicamq; disciplinam admirarentur: ideoq; ultrò se comites periculorum obtulissent, breui optimum exercitum confecit. Quo omni peragrato orbe, ob plurima in homines collata merita, inmortalitatẽ meruit. Poëtæ uerò fabulis assueti, miranda quædam canentes, Herculẽ solum absq; armis fabulantur decanta orbis monstra perdomuisse. Sed de his antea scripsimus. Nunc ad Iasonẽ reuertamur. Hunc Corynthi tradunt quũ annis decem cum Medea uixisset, genuisse ex ea filios priores duos, Didimum, Thessalum, Alcymenũ, his posteriorem tertium Tissandrũ, quo tempore aiunt Medeam magno in honore, non solum propter speciem qua eminebat, sed propter prudentiam, cæteras q; quibus ornata erat uirtutes, à uiro habitã esse: paulatim deinde ætate decorẽ formæ auferente, Iason Glaucæ Creontis filiæ amore captus, uirginem nuptui à patre petijt. Annuente Creonte, certumq; nuptiarum statuente diem, Iason Medeæ nititur spontaneũ diuortium suadere. Ait enim cupere se illam uxorem ducere, non in eius contemptum, sed ut filios suos in domum regiam, ea cognatione introduceret. Aegrè uerba hæc ferente Medea, deosq; testes iuramenti præstiti appellante, Iason susceptæ beneficij oblitus, Creontis filia uxore sumpta, Medeam urbe expulit. Illa quum à recessu diem unum à Creonte petisset, noctu regiam ingressa, certis medicamentis immutata facie domum incendit: radice quadam à Circe inuenta, ea uirtute, ut incensus ignis nequiret extingui. Repentè cõflagrante regia, Iasonem exiluisse tradunt: Glaucam, Creontem q; igne absumptos. Quidam scriptores uolũt Medeæ filios dona quædã sponte attulisse uenenis illita, quæ quum illa corpori

*Creon Corynthiorum rex.*

*Olympia.*

*Filij Iasonis & Medeæ.*

*Glauca.*



pori applicuisset, & incidisse in morbum, & patrem auxilium filiæ ferentem, cum corpori illius hæsisset euestigiò expirasse. His haud quaquàm acquiescẽs Medea, inq; Iasonis ultionem intenta, adeò ira, amor, crudelitas q; in ea exarserãt, postquàm illum flammas euasisse cognouit animum morti filiorum in patris calamitatem adiecit. Omneis uno qui aufugit excepto, natos iugulauit, eorumq; corpora sepeliuit in Iunonis templo. Deinde fidissimis socijs fugæ assumptis, Medea nocte ex Corynthо fugiens, Thebas ad Herculẽ uenit. Hic eorum quæ in Colcho promissa erãt, sponsor factus se ei auxilio futurum, iuxta datam fidem promisit. Iason, filijs, uxore q; priuatus, censentibus omnibus, eum iustè plecti, quum doloris uim ferre non posset, sibi mortem consciuit. Corynthij casus atrocitate obstupefacti, quum de sepulchro puerorum dubitarent, ad Pythium quid de adolescentum corporibus agendum esset, consultum misère. Mandatum à deo est, sepeliri eos in Iunonis templo, atq; heroum honoribus coli. Quo facto, aiunt Thessalum, qui cædem matris effugerat, in Corinthum rediisse. Deinde in Colchum Iasonis patriam reuersum, ubi quum reperisset Peliæ filios, recenter interisse, regnum generi debitum susci piens, subditos ex suo nomine Thessalos appellauit. Nec uerò ambigo de Thessalorum nomine non idem sentire omnes, sed uarias ferri opiniones, de quibus postmodum suo loco disseremus. Medea, quũ Thebis Herculem in insaniam uersum, ab eo q; filios occisos reperisset, medicamentis illũ ab eo morbo liberauit. Deinde quum Euristhei præceptis Herculi parendũ esset, omni eius auxilij spe amissa, Athenas ad Aegeum Pandionis cõfugit. Ferunt quidam ab Aegeo cognitam filiam genuisse Medum, qui postmodum Mediæ imperauit. Alij ab Ippeto Creontis accusatam, omninoq; absolutã. Deinde quum Theseus ex Trizeno Athenas transisset, de ueneficio accusatã fuisse, ex q; Athenis migrare compulsam. Verum pollicẽte Aegeo, se eam tutò quò uellet missurum, Phœniceam elegit: quò & delata est. Inde ad superiores Asiæ parteis transiens, cuidam clarissimo hæsit regi, ex quo filium peperit Medum, qui post patris obitum regno succedens, & rex fuit egregius, & populos ab se denominauit, Medos. Tragœdi postmodum, miranda quædã de Medea, uaria q; ediderunt. Quidam in gratiam Athenien sium Medeam aiunt susceptũ ex Aegeo Medũ, in Colchos aduexisse incolumem. Quũ q; eo tempore Aeeta à fratre Perseo, ui regno pulsus esset, Medeæ opera, quæ Perseum sustulit, Medũ regno præposuit. Auctis deinde regni uiribus, Medum plurimis Asiæ locis, quæ supra Pontum est peragratis, subiecisse eam quæ ab ipso Media sit appellata. Recensere autem quæ de Medea scripta sunt singula, & lõgum esset, & minimè necessarium. Verum quæ de Argonautis supersunt, prioribus adijciamus. Non enim pauci, tum ueteres, tum posteriores scriptores, inter quos est & Timæus, tradunt Argonautas post captum aureum uellus, quum Aeeta nauibus ostia Ponti obsedisset, rem mirificã fuisse aggressos

*Iasonis mors.*

*Medeæ Herculem beneficium.*

*Medus.*

aggressos, & historia dignam. Nauigãtes enim per flumen Tanaim, ad eius
Res notitia digna. fonteis iuxta quendam locum, nauí per terram ad alium fluuium tracta, in
oceanum uerlus arctum, per eius decursum delatos ferunt. Postmodum ter
ra à sinistris relicta, quum ad Gades puenissent, nostrum mare ingressi, in pa
triam reuerterunt. Horum uestigia feruntur, quòd iuxta oceanum habitan
Castor Pollux. tes, inter deos præcipuè Pollucem Castorem colunt. Traditum enim est illis
à priscis usq; temporibus, hos deos præsentes in oceano nauigantibus adesse.
Esse quoq; iuxta oceanum loca, quæ uaria, tum ab Argonautis, tum à Dio
scuris, nomina sumpsissent. Epirus insuper quæ est intra Gades, expressa re
ditus illorum continet uestigia. Hí iuxta Tyrrhenium nauigantes, ad insu
lam uenêre, quam dicunt Aethaliam, ubi optimum eorum locorũ portum
à nauí quod nomen ad hæc tempora permansit Argoon appellarunt. Simi
liter iuxta Tyrrheniam portus octingentis procul ab Roma stadijs Thela
mon est cognominatus. Insuper iuxta Formias Italiæ Aeta dicta Caieta, est.
Postea in Syrteis uento acti, quum à Tritono Lybiæ rege naturam eius pe
lagi percepissent, declinato periculo, tripodem ei æneum dono dedere, literis
priscis insculptũ, quod adhuc apud Hesperios seruarí dicunt. Neq; uerò omit
tendum uidetur, quod quidam scriptores prouero tradunt, Argonautas per
Hystrum nauigãtes, atq; ad eius fonteis delatos, postea ad sinum Adriaticũ
peruenisse. Hos tempus redarguit, existimantes Hystrum plur ibus ostijs in
pontum defluentem, cumq; qui in Hadriam descendit, ab eisdem locis decur
sus initiũ sumere. Romanis cum his gentibus, bellũq; qui Hystrum incolũt
gerentibus, eius fontes quadraginta stadia à marí procul inuentí sunt. Verũ
nominis fluuiorum similitudo, causam erroris scribentibus dedit.

## DE ARGONAVTARVM AC HERCVLIS FILIIS.

Ceycus rex. ARGONAVTARVM, Herculisq; gestis à nobis descrí
ptis, filij quoque recẽsendi sunt. Hi post Herculis obitum, apud
regem Ceycum, in Trachina cõsedere. Quum Hylus, alijq; fra
tres quídam iam uirí euasissent, ueritus Euristheus ne cum om
nes ad eam ætatem peruenissent, se imperio Micenarum priuarẽt, cupiẽsq;
omnis eos Græcia pelli, Ceyco, nisi & Herculídas, & Licymnij filios, Iolaum
insuper ac omneis Arcades, qui cum Hercule militassent ejceret, bellum indí
xit. At ipsi Euristheo impares uiribus, decreuerunt sponte Trachinam relin
quere. Adeuntes plureis ciuitates, quæ præclaræ erant, rogitantesq;, ut se in
Tricyrinthus. urbem reciperent, cæteris timore recusantibus, à solis Athenienſibus insita
humanitate susceptí sunt, Tricyrintho illis urbe (quæ Tetrapolis nominat)
ad habitandũ concessa. Post ea cum Herculis filij omnes ætate matura essent
prudentia, adolescentibus, ut ab Hercule genitis innata, Euristheus eorum
incremento



incremento inuidẽs, magno exercitu aduersus illos profectus est. Herculidæ
Athenienſium præsidio fulti, Iolaum, Theseum, Hylumq; duces belli consti Herculis filij.
tuentes, acie Euristheum superarunt. Multi in ea pugna Euristheum secuti, Euristhei mors
occubuerunt: ipse curru fugiens, ab Hylo Herculis filio occisus est. Filij quo
que Euristhei in ea pugna omnes cecidere. Herculidæ post Euristheum insi
gni prælio deuictum, mutuo consilio, auxilióque aduersus Peloponnesum du
ce Iolao mouerunt bellum. Athreus post Euristhei obitum, capto Micenarũ Athreus.
regno, accitisq; togatis, ac quibusdam alijs belli socijs, Herculis filijs occurrit.
Apud Isthmum quum utrique exercitus conuenissent, Hylus hostem quicũq;
is esset, ad certamen ea conditione prouocauit, ut si ipse uicisset, Euristhei re
gnum filijs Herculis cederet. Si uerò occubuisset Heraclides, fœdus seruan
tes, in Corynthum redirent. Paulopost Licymnius cum filijs Herculis ac Tri Licymnius.
ptolemo, apud Argos sponte illos susciptentes, mansit. Reliqui qui in Trico
rintho resederant, decursis ex pacto annis, in Peloponnesum transierunt: quo
rum res suo referentur tẽpore. Alemena Thebas profecta, quum euanuisset Alemena dea.
à Thebanis, deorum honoribus culta est. Cæteri Herculidæ repetita ab Egí Herculidæ.
nio Dori filio, ei credita patris hæreditate, apud Doreos consedere. Triptole
mum in agris commorantẽ ferunt à Licymnio electionis orta contentione
occisum. Qua ex cæde ex agris fugiens, Rhodum applicuit. Hãc insulam in
colebant tum Græci ab Triopato Phorbantis filio deducti. Quam ille com
mum accolarũ consilio, cum in treis parteis diuisisset, treis in ea condidit ciui
tates: Lindum, Ilisum, Camirum. Imperauit autem omni insulæ ob gloriã,
nomenq; paternum, ac demum cum Agamemnone ad Troianũ bellum pro
fectus. Posteaquàm de Hercule, filijsq; rettulimus, locus se offert, ut The Theseigesta.
sei, qui Herculis certaminum imitator fuit, gesta narrẽtur. Natus ex Aethra
Pitthei filia, ac Neptunno, in Trizena nutritus est. Penes Pittheum, mater
num auum, ac signa, prout ferũt fabulæ ab Aegeo sub petra posita recogno
scens, Athenas uenit. Deinde mare ingressus, ut Herculis uirtutes imitaretur, ad
ea certamina adiecit animum, quæ laudem & gloriam sibi essent allatura, &
primum eum qui dicebatur Chorynetus hesternorũ interfectorẽ sustulit: Chorynetus.
hoc usum cognomine à Choryna, quod genus armorũ est, ad ulciscendũ accõ
modatũ. Secũdũ qui in Isthmo erat Schinon, q duas flexas pinus, atq; utrí
que allígato hominis brachio, sursum dimittens corpus ui discerptũ, maximo
cruciatu afficiebat. Tertius fuit à Theseo interẽptus, in Crommyone aper
syluestris, à quo plures interibãt, uiribus ac magnitudine præstãtes. Deleuit Scyron.
insuper Scyronem, habitantem ea loca Megaræ, quæ ab eo saxa Scyronia
uocantur. Hic uiatores cogebat, ut seipsos præcipiti iactarẽt loco. Deductos
supra scopulum abruptum homines, calce in mare iuxta Chelonem proiciẽ
bat. Sustulit etiam iuxta Eleusinam Certionem certantẽ cum præsentibus,
atque ab se uictos perimentem. Deinceps Procustem occidit, in eo loco

terræ Atticæ, qui dicitur Curdalus, habitantem. Hic uiatores cogebat supra lectum aliquem ascendere. Quo si longiores erant, parte supereminente amputabantur, qui uerò breuiores, pedibus distendebantur. A qua re Procustis cognominatus est. His actis Athenas ueniens, Aegeũ propter signa cognouit. Tum Marathoniũ taurum ab Hercule ex Creta in Peloponnesum traductum, Athenas abseuictum aduexit: quẽ Aegeus sacrauit Apollini. Superest ut de Minotauro, quo Thesei gesta absoluantur, ab eo interfecto referamus. Oportet enim temporibus, quæ à nobis explicata sunt, contigua, quo notior fiat historia, describi. Tectamus Dori filij Elleni, ex Deucalione orti, cum Aeolijs ac Pelasgis in Cretam nauigãs, insulæ imperauit. Sumpta Crete in uxorem, filium Asterium creauit. Quo in Creta regnante, Iuppiter (ut aiunt) Europam ex Phœnicea raptam, supra taurum detulit in Cretam: ex ea treis genuit liberos Minoẽm, Rhadamantum, Sarpedonem. Asterius deinceps prole carens, quum uxorem duxisset Europam, Iouis adoptatis filijs, regni eos reliquit successores. Horum Rhadamantus Cretensibus leges dedit. Minos suscepto regno, quum Itonem Lictij filiam uxorem cœpisset, genuit ex ea Licastum. Hic quoq; quum regnaret in Creta, Ida Coribanti filia uxore ducta, secundum Minoẽm genuit: quem nonnulli Iouis filium tradũt. Hic primus Græcorum, parata classe, maris imperio potitus est. Quum despõdisset Pasiphaë Solis, Cretæq; filiam, suscepit Deucalionem, Crateum, Androgeum, & Ariadnem, plureisq; naturaleis liberos. Androgeus quũ Athenas consensu Athenienſium omniũ concessisset Aegeo regnante, inq; certaminibus superaret athletas omneis, in consuetudinem Pallantis filiorum uenit. At Aegeus, suspicans nequando propter Androgei amicitiam, à Pallantis auxilio, Minois regno pelleretur, insidijs Androgeo paratis, ad spectaculum celebre proficiscẽtem, Thebas, per quosdam eius regionis accolas, circa Inoëm terræ Atticæ interficiendum curauit. Cæde filij perturbatus Minos, Athenas uenit, supplicium interfectoris Androgei petens. Spretis eius uerbis, bellum Athenienſibus indixit, addita execratione, qua aduersus Athenienseis siccitatem, famemq; imprecatur. Siccitate tum Atticos, tum reliquam Græciam urgente, corruptis terræ fructibus, belli duces, quo modo hæc mala auerti possent, deum consuluêre. Iussit eos ad Aeacum, Iouis, & Aeginæ Asopi filiæ adire, iubereq;, ut pro se uota faceret. Quibus perfectis, siccitas quum penes alios Græcos cessasset, solos Athenienseis uexauit. Coacti igitur sunt rursus à deo implorare tantæ remedia calamitatis. Hanc defuturam deum ferunt respondisse, si pro Androgei cæde, Minoi quas uellet pœnas dedissent. Parentibus deo Athenienſibus, præcepit Minos pueros septem, totidem uirgines singulis annis Minotauro, quo ad uiueret uorandos tradi. His datis, defecit siccitas, à bello abstinuit Minos. Annis septem transactis, rursus quum in regionem Atticam cum magno exercitu transisset Minos, ac bis

*Genealogia Tectami.*

*Europæ filij.*

*Androgeus.*

*Minotauri pueri.*



ac bis septem pueros petisset, traditi sunt. Theseus quum esset nauigaturus, accessit ad gubernatorem Aegeus, præcipiens, si Minotaurum superasset filius, ut albis uelis portum intrarent: nigris quemadmodum & antea in Ioniã fecerunt, si perisset. Theseus in Cretam quum nauigasset, Ariadne Minois filia eius specie ac decore capta, & consilium, operamq; dedit, Minotauri occidendi, & Labyrinthi egressum edocuit. Deinde cum Ariadne noctu clàm recedens, in insulam appulit, aliquãdo Diam, nunc uerò Nassum uocitatã. Eo tempore Dionysium ferunt pulchritudine Ariadnes captum, quum à Theseo uirginem abstulisset, uxorem illam abse prætermodum dilectam duxisse. Post eius obitum, propter singularem amorem, honore immortaliũ dignatus, coronam ex astris Ariadne in cœlo constituit. Verum eos qui cum Theseo nauigabant, ferunt ægrè admodum raptum uirginis ferentes, propterq; dolorem Aegei mandatorũ oblitos, nigris uelis in Atticam pueniſſe. Quod Aegeus quum aspexisset existimãs Theseum filium peremptum, rem heroicam aggressus, exarce ob dolorem semet præcipitauit. Post patris interitũ, Theseus regno succedẽs, constitutis legibus, populo imperauit, multaq; ægit, ad amplitudinem ciuitatis spectantia, in quis illud fuit insigne, quòd plurimũ populum Athenas ad habitandum induxit. Qua ex re, uiribus & auctoritate aucta, ciuitas Græciæ principatum tenere uisa est. Verũ ad ea quæ de Theseo supersunt redeundum. Deucalion maior natu filiorũ Minois, Cretæ imperauit. Inita cum Athenienſibus belli societate, Phedram filiam Theseo despondit. Qui quum post ductam uxorem Hippolytum ex Amazone genuisset, in Trizenam misit, sororí Aethræ nutriendum. Ex Phedra Athamantũ suscepit ac Demophoontem. Paulopòst Hippolytus quum Athenas ad mysteria ueniſſet, à Phedra propter pulchritudinem amatus est. Quo recedente, Phedra templum Veneri in arce unde in Trizena conspectus erat, condidit. Quunq; ad Pittheum cum Theseo diuertisset, Hippolyti concubitũ petijt. Illo scelus abnuente, molestè id ferens nouerca, Athenas reuersa, Hippolytum quòd seuitiare uoluisset, apud Theseum accusauit. Ille dubitans, uerũne crimen esset, rem ad Hippolytum per internunciũ detulit. Ferebatur tũc fortè equorum curru Hippolytus. Cui calumnia audita, labenti animo, frena è manibus excidêrunt. Turbati equi, excussis habenis, currum præcipitem egerunt. Quo effracto, Hippolytus uestibus implicitus, atq; ad terram delatus interijt. Ob eius ante optimè actam uitam, Trizen deorum illi honores impendere. Theseus his turbatus calamitatibus pulsus patria, apud hospitẽ functus est uita. Athenienses pœnitentia ducti, ossibus Thesei Athenas traductis, & illum coluerunt pro deo, & templum sibi intra urbem Asilum, quod ab eo Theseum dictum est, constituêre.

*Theseus.*

*Ariadnes corona.*

*Aegei mors.*

*Phædra.*

*Hippolytus.*

*Athamantis.*

*Demophoon.*

*Thesei mors.*

DE HELENA

## DE HELENAE RAPTV, PROSERPINAEQVE AMORE, AC SEPTEM THEBARVM DVCIBVS.

*Perithous.*

NVNC de raptu Helenæ, deq; Perithoi erga Proserpinã amore, gestis eñ Theseí sunt immixta, dicendũ. Perithous, Ixionis filius, defuncta Hippodamia uxore, Polypito filio supstite, Athenas ad Theseũ uenit. Cuius uxor Phœdra quũ defuncta esset, *Helenæ raptus* suasit ei Helenæ Iouis, ac Ledæ raptum. Ea tum decimum agebat annum, omneis cæteras decore, ac modestia excellens. Lacedæmonem, pfecti, capto tempore, Helenã cõmuni cõsilio Athenas aduexêre. Deinceps inter eos sorte facta, utrius esset sponsa Helena futura, ea tamẽ adiecta conditione, ut his pro quo sors cecidisset socio coadiutor ad alteram quærendã uxorem foret. Idq; iureiurando quum firmassent, sorte Theseo euenit. Quod factum quũ æg. eferrẽt Athenienses, timens Theseus Helenam, in Aphridiam unam ex Atticis urbibus deduxit: eius cura Aethræ matri, multisq; ex amicis permissa. Perithous cupiens Proserpinam uxorem habere, consilium cum Theseo communicauit. Verum quum propter rei impietatem, à proposito eum auertere conaretur, ubi illum perseuerantem, inq; iurisiurandi uim ad Proserpinæ raptum, se adigi uidit, coadiutorem se præbuit. Quum ad inferos de- *Perithoi & Theſei ad inferos deſcenſus.* scendissent, uterq; ibi captus. Sed postmodum in gratiam Herculis liberato Theseo, Perithous apud inferos detentus, luit sempiternas suæ impietatis pœnas. Quidam scriptores tradunt ambos redijsse ab inferis. Eoq; tempore Dioscuros Helenæ fratres cum exercitu Amphidriam profectos, capta, euersaq; urbe, Helenam adhuc uirginem, captiuamq; Aethram Theseí matrem Lacedæmonem uexisse. Res postulat, ut de septem ducibus, qui Thebas, pfecti dicuntur scripturi, belli causas à principio ordiamur. Laius Thebanorum rex, sumpta uxore Iocasta Creontis filia, quum diutius caruisset liberis, oracuło consulto, an esset filios habiturus responsum tulit, non conducere sibi prolem habere. Nam qui ex eo prodiret filius, patrem occisurus esset, aduersaq; fortuna domum funestaturus. Post quod responsum, præcepit natum infantem traiectis primum ferro pedibus exponi, unde & Oedípus cognominatus est. Sumptum puerum domesticæ, quum non exposuissent, cuidam seruili mulieri, nomine Polybiæ tradidere. Quum iam uir factus esset, deum de infante exposito cõsulere statuit Laius. Oedipus quoque à quodam se fuisse expositum certior factus, & ipse Bithiam qui sui parentes forent, oratum proficiscebatur. Quum ambo apud Phocidam inuicem obuiassent, Laiusque illum de uia cædere superbius mãdasset, Oedípus ira motus, Laium occidit, insciús parentem esse. Eo tempore tradunt Sphingem beluam biformem uenisse Thebas, ppositasq; ænigma, quod qui nõ soluerent

*Laius. Iocaſta.*

*Oedipus. Sphinx.*



rent perirent. Ex quo plures ob rem dubiam interierunt. Soluenti præmium, Iocaste connubium, & Thebeorum regnum ppositum erat. Verum nullus excepto Oedipo ænigma soluere ualuit: id erat eiusmodi. Quod animal bipes, idem tripes, ac quadrupes foret. Cæteris addubitantibus, solus Oedípus ait hominem id animal esse. Qui infans, quatuor iret pedibus: auctus ætate, duobus: iam senior factus, tribus: nam baculo tanquàm tertio pede sustentaretur. Sphinga suo iudicio uicta, se ipsam ex loco excelso præcipitauit. Oedípus ignotam matrem uxorem sumpsit, quatuorq; ex ea genuit liberos: Ethioclem, Polynicem, Antigonam, & Isminem. Hí quum ad ætatem peruenissent, domestica impietate cognita, Oedípum coẽgerunt ob dedecus nõ egredí domum. Ipsi sumpto regno, fœdere inuicem sanxerunt, ut singuli alternis annis imperarent. Primusq; imperij annus Ethiocli cederet, maiori natu. Is acto anno, petenti ex fœdere, renuit tradere regnum fratri. Qua ex causa in Argos ad Adrastum regem cõfugit. Hoc tempore Tydeus Oenei quum in Calídone Alcatum, Lycotheumq; nepotes occidisset, ex Aetholía ausugit in Argos. His Adrastus benignè susceptis, quodam responso motus, utríq; filias uxores dedit: Polynici, Argiam: Dijphilem, Tydeo. Adolescẽtes quum à re geprobarentur, magnaq; eorum uirtutis expectatio uideretur, ambos in patriam pollicitus est se reducturũ. Verum quum censeret primum debere Polynicem restitui, ferunt regem ad Aethioclem destinasse, Tydeum, quinquaginta uiros ab Aethiocle in insidijs in itinere positos occidisse, ad Argosq; præter opinionem redisse incolumem. Hæc Adrastum impulerunt, ut quæ ad bellum spectabant pararet. Asciuit autem ad belli societatem, Capenum Hippomedontem, Parthenopeum Athlantis, Schinei. Suadebant amici Polynicis, ut ad bellum Amphiaraus uates duceretur. At ís quum præuideret, si ei bello afforet, se periturum, idq; propterea recusaret, ferunt Polynicem aureum torquem à Venere Hermione datum, Amphiaraí uxorí, quo belli societatem uiro persuaderet, donasse. Eo tempore Amphiaraus, Adrastusq; de regno dissidentes, ad Eriphilis, Amphiaraí coniugis, Adrasti sororem, omne dissensionum iudicium rettulerunt. Illa pro Amphiarao sententiam tulit, adijciens, ut belli Thebis inferendi, socius adiutorq; esset. Amphiaraus existímans se ab uxore proditum ad bellum, spopondit se aditurum, sed Alcmeoní filio imperauit, uti post suum obitum Eriphilem pimeret. Quod patrís mandatum postea executus, facti conscientia, in insaniam uersus est. Adrastus, Polynices, ac Tydeus, ad bellum iturí, quatuor elegerunt duces, Amphiaraum, Capaneum, Hippomedõta, & Parthenopeum. Qui omnes magno exercitu aduersus Thebas profecti sunt. Aethiocles ac Polynices mutuis uulneribus confossi, conciderunt. Capaneus, magno impetu, scalís murum ascendens, mortem opetijt. Amphiaraus in terræ hiatum cum curru delatus, absorptusq;, nũquàm postea uisus est. Eodem pacto & reliqui duces

*Adraſtus.*

*Argia.*

*Dijphile.*

*Tydeos uirtus*

*Amphiaraus mortis non inſcius.*

*Eriphile.*

*Alcmeon.*

*Amphiaraus.*

*Capaneus.*

*Hippomedon.*

*Parthenopeus.*

duces omnes præter Adraſtum, multíq; præterea mortales occubuerũt, quorum ſepeliendorum facultas à Thebanis quum denegata eſſet, inſepultos ſinens Adraſtus ad Argos rediit. Quum nullus auderet hos tumulis condere, ſoli Athenienſes, qui cæteros uirtute anteibant, omneis ſepeliuere. Hunc belli uitæq; finem, ſeptem qui Thebas oppugnatum iêre ſortiti ſunt. At uerò filij mortem parentum ulturi, communi conſilio, contra Thebanos mouerunt arma. Dederat reſponſum Apollo, eam ſe ciuitatem expugnaturos, ſi Alcmeonem, Amphiarai filium, imperatorem ſibi conſtituiſſent. Hic ab illis dux factus, deum, & de Thebano bello conſuluit, & an matrem Euriphilem puniret. Reſpondit Apollo utrũq; facerent, non ſolum quia monile aureum mater in necem paternã, ſed & peplũ quoq; ob filij interitũ acceperit. Venerem aiunt quondã Herminione, Cadmi, & monile donaſſe & peplum. Ambo hæc habuit Euriphiles, alterum à Polynice, alterũ à Therſandro: Polynicis, quo filium ad expeditionem Thebanam hortaretur. Alcmeon igitur quum milites ad bellum plurimos ab Argis paraſſet, ab urbibus quoq; finitimis, accerſito præſidio, exercitum contra Thebas duxit. Acerrima cum Thebanis commiſſa pugna, Alcmeon uictoria potitus eſt, Thebanorum attritis uiribus, multiſq; amiſſis ciuibus. Quum eſſent impares uiribus, omni ſpe deſtituti,
*Tyreſias.* conſilium à Tyreſia, qui diuinator erat exquiſiuêre. Hic Thebanos ex urbe iuſſit abire, hoc ſolum modo illos conſeruari poſſe. Iuxta Tyreſiæ dicta, urbẽ
*Thebæ.* linquentes, aufugere noctu in oram Boëtiæ, quæ Tilphoſea appellatur. The-
*Daphne.* bæ captæ ac dirutæ ſunt. Tyreſiæ filiam Daphnen poſtea quum uictores cæpiſſent, in Delphos, uoto ſuſcepto miſere oblationem deo. Ea diuinandi artẽ edocta, in Delphis degens, multo magis eam ſcientiam calluit. Itaq; natura admirabilis, plurima ſcripſit, uarij generis reſponſa, cuius ex uerſibus Homerum poëtam ferunt multa ad ornatũ ſui poëmatis ſumpta tranſtuliſſe. Quũ
*Sybilla quid.* hæc ſæpius dei ſpiritu ferreret, multaq; traderet reſponſa, Sybilla ab omnibus cognominata eſt: nam plenam deo Sybillam eſſe idem notat. Victores uerò urbe direpta, in patriam quiſq; multis cum ſpolijs reuerſi ſunt. Ex Thebanis qui in Tilphoſium confugerant, Tyreſias defunctus eſt, quem ſui ciues magna cum pompa ſepeliuere, deorum ſibi honores tribuentes. Deinceps ad uerſus Dorienſes armis motis, pugna ſuperatos, ex eorum patria eiecerunt. Tranſacto paululum temporis, quidam ex eis Iunonis ſedibus manſere, quidam Athenas, pfecti ſunt, Creonte Menicei regnante. Patria pulſi paulopòſt in Dorida remearunt in Crineo, Tineoq; & Euboia habitantes. Antea Boëtus, Arnes Neptunni filius, migrans in Aeolidem, quæ nũc Theſſalia dicitur, eos qui ſecum acceſſerãt, Boëtos uocauit. Sed de Aeolidibus paucis dicendũ.
*Minas.* Priſcis temporibus quum ex filijs Aeoli qui fuit Ellinis ex Deucalione nati, cæ-
*Hippotes.* teri, quæ dicta ſunt loca habitarunt, ſolus Minas in Aeolide regnauit. Eius fi-
*Menalippe.* lius Hippotes ex Menalippe Aeolũ genuit. Huius Arnem filiam, Neptunus cognouit.



cognouit. Qua de re indignatus pater, Metapõtio aduenæ, qui tum caſu aduenerat, eo pacto Arnem dedit, ut illam in Metapontum deduceret. Vbi duos peperit filios, Aeolum ac Boëtum. Quos Metapontius liberis carens, quodam motus oraculo, adoptauit in filios. Hi iam uiri facti, orta uiuente Metapontio ſeditione, regnũ obtinuerunt. Poſtmodũ diſſenſione inter Arnem & Autolipen, Autolipen peremêre. Eam rem grauiter ferente Metapontio, illi præparatis nauibus, cum matre, pmultiſq; amicorũ mare ingreſſi: Aeolus quidẽ ad inſulas Tyrrheni maris appulit, quæ ab eo Aeolides ſunt appellatæ, ciuitatemq; cõdidit, quam Liparam uocauit: Boëtus uerò ad Aeolum uenit, *Lipara ciuitas* Arnis patrem à quo loco filij nutritus eſt. Poſtmodũ Aeolidis regnum poſſedit. Patriam omnẽ à matris nomine Arnem, populos appellauit ab ſe Boëtos. Itonus ex Boëto ortus, quatuor ſuſcepit filios: Hippodamum, Electrionem, Archylicum, Alegenorem. Horum Hippodamus Eleum genuit, Electrion Letum, Alegenor Elonium, Archylicus Protherorem & Archeſilaum, qui ad Troiam iêre Boëtorum exercitus duces. Nunc Salmoneum, Tyrumq;, & eorũ uſq; ad Neſtorem qui Troiano interfuit bello, poſteros referamus. Salmoneus ex Aeolo Deucalionis eſt ortus. Qui ex Aeolide cum magna ſuorũ manu profectus, cõſtitit in Elea apud fluuium Alpheum. Vbi ciuitatem à ſuo nomine Salmoneam condidit. Sumpta uxore Alcidice, Eleifilia genuit ex ea Tyream, decore, formaq; eximiam. Alcidice defuncta, Sy- *Tyrea Salmonei filia.*
deram uxorem duxit, quæ Tyream ut nouerca, cœpit odiſſe. Salmoneus ob *Salmoneus igne cõſumptus.*
ſuperbiam atq; impietatem contracto ſubditorum odio, Iouis fulmine conflagrauit. Eius deinceps Tyrea filia, adhuc uirgo ab Neptunno cognita, peperit Peliam ac Neleum: poſtmodum ex Creteo, Amithaonem genuit, Feretumq; & Eſonem. Quum diem ſuum obiiſſet Creteus, orta inter Peliam, Neleumq; regni contentione, Pelias Iolco, finitimæq; regioni imperauit. Aſſumptiſq; Melampode ac Biante, Amythaonis, Agleiæq; filijs, quibuſdãq; *Melãpus prodigiũ curator.*
ex Acheis, Phithiontiſq; ac Aeolibus, aduerſus Peloponneſum exercitũ duxit. Melampus quum eſſet diuinator, Argiuas fœminas, propter Dionyſij iram phanaticas, ab inſania curauit. Cuius rei gratia Anaxagoras Meagapenthi, Argiuorum rex eum donauit duabus regni partibus. Hic Argis quũ moraretur, Biante fratre conſorte regni facto, uxorem cœpit Iphianiram filiam Meagapenthi, ex qua protulit Antiphatũ, Mantum, Biantem, Pronoẽn. Ex Antiphato ac Zeuſippo Hippocoontis, Iocleus, Amalcheuſq; orti ſunt. Iocleus Hypermeſtraq;, Leſpij, Iphianiram, Polibiam atq; Amphianium genuerunt. Hoc pacto Melampus ac Bias eorumq; poſteri, Argiuorum impe- *Neleus Neſtoris pater.*
rium tenuêre. Neleus cum his qui eum ſecuti erant, in Meſſenem trãſiens, accolarũ uoluntate condidit urbem Pilum, cui quum imperaret, uxorem ſumpſit Chlorem, Amphionis Thebani natam, exq; ea duodecim filios ſuſcepit. Quorum ſenior Perydimeus extitit, iunior Neſtor qui bello interfuit Troiano, & deprogenitoribus Neſtoris hactenus.

## NVNC DE LAPHITIS ET CENTAVRIS DISSEREMVS.

IX Oceano ac Theti plures filij, secundum fabulas manarunt, à fluminibus cognominati. In quis fuit Peneus, à quo accidit Peneũ in Thessalia dici. Hic ex nympha Creusa liberos suscepit, Ipseum ac Stilbyam. Quam quum cognouisset Apollo, Lapithum ac Centaurum genuit. Lapithus locis circa fluuium Peneum ad habitandũ lectis, quum ibi imperaret, Eurionem Arsinoi, uxorem duxit, ex qua duos suscepit filios, Phorbantem ac Periphanem regni paterni hæredes. Populi omnes à Laphito Laphitæ appellati sunt. Phorbas quũ in Olenum trãscendisset, accersitus ab Alectore Boëtiorum rege, tum Pelopis uireis formidãte, Cleorum regnum ab eo cœpit. Huius filij, Egeus, Actorq́, paterno succesſere regno. Periphas alter Laphitinatus, ex Astiagea uxore, Ipsei filia, octo genuit liberos, quorum natu maior Antion, ex Melate Amythoni, suscepit Ixionem. Hic, ut tradunt, dona plurima Elioneo pollicitus, despondit eius filiam Cliam ex qua genuit Perithoum. Verum quum Ixion nequaquàm promissa uxori tradidisset, Elioneus pro ijs equos illius cœpit. Tunc Ixion pollicitus se quæ promiserat daturum, accersitum à se Elioneum, in foueam ardentem coniecit. Qua crudelitate quũ nullus eam cædem purgare uellet, ab Ioue, ut fabulæ tradunt, demum purificatus, Iunonem stupri interpellare ausus est. Qua recognita, Iuppiter nubem in formam Iunonis quũ interposuisset, Ixion eo concubitu Centauros genuit. Tradunt tandem Ixione scelerum magnitudine ab Ioue rotæ alligatum, perpetua post obitũ torqueri cruciatus pœna. Centauros nõnulli uolunt in Pelio à nymphis nutritos, postmodũ equos subagitasse, exq́ eis Hippocentauros natos. Creditum, quòd primi equitare ausi sint, eoq́ natam fabulam, ueluti equi essent, hominisq́ natura. Hos ferunt tãquàm Perithoi cognatos, partẽ regni paterni ab eo postulasse. Quod renuenti bellum à Laphitis illatum est. Sed eo cessante postmodum, quum Perithous Hippodamiam despõdisset Theseo, ad nuptias, ac Centauris uocatis, illi uino ebrij, fœminis quæ in nuptijs erãt, uim afferre conati sũt. Qua iniuria, tum Theseus, tum Laphitæ permoti, multis Centauris peremptis, reliquos è ciuitate eiecerũt. Hanc ob causam, Centauri unà aduersus Laphitas profecti, plureis interfecere. Qui cædi superfuerunt, partim in Pholoẽm Archadiæ profecti sunt, partim in Malea habitarunt. Hi rebus secundis elati, ex Pholoë egressi, ad prædandum propinquos Græcos, eos occiderunt.

*Ixionis perfidia.*

*Centauri.*

NVNC DE



## NVNC DE AESCVLAPIO EIVSQVE POSTERIS REFERENDVM.

AESCVLAPIVS traditur Apollinis, Coronidisq́ fuisse filius. Qui natura ingenio præclarus medicinæ opera, impensa plurima ualitudini hominũ utilia adinuenit. Adeò autem peritia artis excelluit, ut quamplurimos desperanteis sanitatẽ, liberaret à morbo; propterea q́ creditus sit nõnullis defunctis uitam restituisse. Ob eam rem tradunt ipsum apud Iouem ab inferis accusatum, tanquàm eorũ imperium diminuentẽ, quod semper excitarentur à mortuis homines illius cura, eaq́ causa exacerbatum Iouem, fulmine Aesculapium occidisse. Hac morte Apollo iratus, Cyclopes qui id fulmen fabricarant, interfecit. Quo facto indignatus Iuppiter, iussit Apollinẽ homini in pœnam errantí seruire. Aesculapius filios reliquit Mechaonem & Podalyriũ, qui arti paternæ dediti, quũ ad Troiam cum Agamennone accessissent, plurimũ Græcis in eo bello, incurandis summo studio uulneribus opitulati sunt, maximã ob id gloriã adepti. Meritis quorũ, immunitas rerũ omniũ post bellũ est cõcessa. Sed de his hactenus.

*Aesculapius.*

*Cyclopũ mors*

*Podalyrius & Machaon, Apollinis filij.*

## DE ASOPI FILIA AC AEACIDIBVS, PELOPE, OENOMAOQVE.

NVNC de Asopi filiabus, Aeacíq́ liberis scribẽdum. Ex Oceano ac Tethide fabulæ tradunt ortos esse filios plureis, à quibus flumina cognominata sunt, in quis Peneus. Asopusq́ extitêre. Peneus in Thessalia sedem eligens, fluuio nomen indidit. Asopus quum Phliuntẽ ad habitandum elegisset, sumpta in uxorem, Methope, Ladoni, duos suscepit filios, Pelasgum atq́ Ismenum, filias duodecim. Ismenus in Boëtia habitauit, iuxta fluuium quẽ à suo nomine Ismenũ cognominarũt. Ex filiabus Sinopes ab Apolline rapta, in eum locum delata est, ubi nunc est urbs ab ea Sinope dicta. Eorum filius Syrus, his imperitauit, qui ab eo Syri sũt appellati. Corcyra uerò rapta à Neptunno, in eam insulam delata est; quam ab ea dixere Corcyram. Ex his natus est Phæacus, à quo Phæacum nomen cœpit. Phæaco filius extitit Alcionus, qui Vlyxem in Ithacã deduxit. Salamis quoq́ à Neptũno rapta est, aduecta q́ in insulam ab ea Salaminam appellatam, ex ea Neptũno q́ genitus Cenchreus, imperauit huic, clarusq́ inter omneis, serpentem miræ magnitudinis, qui incolas uexabat, occidit. Aeginã ex Phliunte Iuppiter rapuit, inq́ insulã aduexit, quæ ab ea est Aegina dicta. Ab Ioue cõpressa, genuit Aeacum, qui in ea regnauit insula. Ab eo creati sunt Peleus & Thelamon. Horum Peleus discoiacto, inuitus Phocum fratrem interfecit. Ob hanc cædem à patre pulsus, inq́ Phthiam Thessaliæ fugiens,

*Asopus.*

*Sinopes.*

*Corcyra à Neptunno rapta.*

*Salamina.*

*Phoci mors.*

ab Actoro rege purificatus, inq; regnum quum is liberis careret, ascitus est. Ex Peleo ac Thetide, Achilles ortus, cum Agamēnone ad Troiam accessit. Thelamon ex Aegina abiens, adijt Salaminam, ubi sumpta uxore Glauca, Cychrei Salaminorum regis filia, imperauit insulæ. Glauca defuncta, Eribiam, Alchati Atheniensis despondit, ex qua ortus Eantus. Postmodum Troiano interfuit bello. Nunc quū de Pelope, Tantaloq; atq; Oenomao referendum à nobis sit paulò superius historia ordienda est. In Pisa Peloponnesi ciuitate Mars ex Argina, Asopi filia genuit Oenomaūm. Hic unicā filiam Hippodomiam appellauit. Finem uitæ ab oraculo sciscitante, responsum est tunc in fata illum cōcessurum, quum filia Hippodamia alicui nuberet. Igitur filiæ nuptias ueritus, decreuit ut in perpetua asseruaretur uirginitate: hoc maximè existimans pacto, uitæ periculum se uitaturum. Multis puellam uxorem sibi dari postulantibus, illis id proposuit certamen, quo qui uictus esset, interficeretur: uictor uirginem desponderet. Equorum instituit cursum, à Pisa ad aram Neptunni, quæ est apud Isthmum Corynthi. Cursus erat eiusmodi. Oenomaūs arietem Ioui sacrificabat, qui uirginem postulabat, quatuor equorum ferebatur curru. Oenomaūs sacris peractis, cursu sequebatur præcedentem, auriga Mirthilo assecutum, hasta quam gestabat manu interficiebat. Hoc pacto cum plureis equorum uelocitate peremisset, Pelops Tantali, qui Pisam accesserat, uisa Hippodamia, id concipiens connubium, corrupto Mirthylo illius opera uictoria usus est, primusq; ad aram Neptunni peruenit. Qua ex re dolore actus Oenomaūs, existimans aduenisse responsi tempus, sibi mortē conscíuit. Pelops sumpta uxore Hippodamia, Pisæ regnum tenuit. Qui uiribus ac prudentia insignis, quum plurimos in Peloponnesum accolas deduxisset, eam patriam Peloponnesum ab se denominauit.

*Oenomaūs Hippodamiæ pater.*

*Modus certaminis curulis Hippodamiæ.*

*Pelopis uictoria.*

## DE TANTALO.

POSTEAQVAM Pelopis meminimus, necessarium uidetur, ne quid memoria prætereatur dignum, ut & Tantalum patrem superioribus adijciamus. Tantalus, Iouis filius, diuitijs, & gloria insignis, in ea Asiæ parte, quam nunc Paphlagoniam uocant, habitauit: plurimum dijs ob generis claritatem charus. Postmodū fœlicitatem suam insolenter ferens, immortalium secreta, quæ mensæ communione, usu deorum nouerat, palàm protulit hominibus. Qua ex causa & uiuus pœnam tulit, & post obitum secundum fabulas tormentis apud inferos inter sceleste perpetuis punitur. Ex eo & Pelops & Niobe orti sunt. Hæc filios septem, & totidem filias, peperit, summo decore præstantes. Tali prole superbiens, admodum gloriebatur, se Latonæ præferens, numero filiorū. Itaq; ira motam, fabulæ Latonam ferunt, Apollini, ut Niobes filios, Dianæ, ut filias arcu interficerent mandasse. Quibus matri obtēperantibus, contigit eodem

*Tantali pœna.*



eodem tempore, & abundare filijs Nioben & carere. Tantalus deorum odio contracto, à Paphlagonia ab Ilo Troi spulsus est, de quo, & eius maioribus paucis scribemus. Prouinciæ Troadi primus imperauit Teucrus, ex fluuio Schamandro, atq; Idea nympha genitus. Vir quidem egregius, & qui populos subditos Teucros ab se nominauit. Teucro nata est filia Batea, quam Dardanus Iouis filius, uxorem sumpsit: regnoq; succedens, gentem de suo nomine Dardanam dixit. Vrbem præterea sui nominis iuxta littus cōdidit. Huius Erichthonius filius, primum fœlicitate excelluit & fortunis: quē & Homerus scribit ditissimum hominū, cui tria millia erant equi pascentes prata. Erichthonio natus est Tros, qui à se populos Troadas appellauit. Hic treis suscepit filios. Ilum, Assaracum, Ganymedem. Ilus campestria loca ad habitandum eligens, urbem insignem in Troade condidit, ab se Ilium appellatam. Huius filius Laumedon, Tithonum genuit ac Priamū. Thitonus in Asiam orientem uersus usq; in Aethiopiam militans, dicitur genuisse ex Ida filium nomine Mennonem. Qui quū Troianis præsidiū tulisset, postea ab Achille est interfectus. Priamus ex Hecuba uxore, cum alios plureis, tum Hectorē genuit, qui uir præclarus, Troiano in bello fuit. Assaracus Dardanis imperans, Capim genuit, ex quo Anchises natus est, ex eo & Venere, Aeneas Troianorū clarissimus. Ganymedes, omnium formosissimus, à dijs raptus est in pincernam Iouis.

*Teucrus.*

*Batea Teucri regis filia.*

*Troianorum genealogia.*

*Aeneas.*

## DE DAEDALO EIVSQVE ARTIFICIOSO INGENIO.

DEINCEPS ad Dædalum & Minotaurum, ad Minoisq; aduersus Cocalum Siciliæ regem expeditionem transeamus. Dædalus genere Atheniensis fuit, unus ex his qui Erichthidæ dicunt, natus ex Mitiono Epulami, qui fuit ex Athineo Erichthei filio, præclarus architectus fuit. Hic multorum auxilio, quos sibi adiutores comparauit, quædam miranda effecit, uarijs in locis orbis opera. Statuis uerò fabricādis, adeò superauit omneis, ut à posteris traditum sit, signa ab eo facta, quum aspicere atque ambulare uiderentur, spirantia existimari: ita ēm compositio membrorum apta erat, & suis partibus pfecta, ut omneis ad admirationem alliceret. Priores artifices, ita signorum oculos, manus, latera, crura, componebant, ut in multis deficerent. Aufugit autem à patria Dædalus, iam clarus architectura, cædis ob causam huiusmodi damnatus. Talus adolescens, sororis filius ab eo eruditebatur, quū ingenij acumine præstaret Dædalo, primum rotam, qua utuntur figuli, adinuenit. Deinde reperta serpentis maxilla, paruulum quum secasset lignum, imitatus postea dentium serpentis spissitudinē, serram ferream fabricauit. Qua in re multum ad architectorum

*Cocalus Siciliæ rex.*

*Talus Dædali nepos.*
*Rota.*
*Serra.*
*Tornus.*

artem adiumenti contulit. Similiter quum reperto torno, pluribus in rebus hominibus profuisset, magna laude celebratus est. Hunc puerum Dædalus inuidia motus, existimans turpe esse, magistrum ab adolescente gloria uinci, dolo illum interfecit. Quum puerum sepelisset, dolore mœstus, quum rogaretur de eo quem sepelisset, serpentem respõdit. Rem mirandam ducet quis fortasse animal, ex quo serræ forma sumpta esset, fecisse notã pueri cædem.

*Dædali populi.* Accusatus ab Ariopagitis, ad quendam populũ qui ab eius nomine Dædali uocitati sunt, in Cretam deinde transcendens, quum magno in honore, ppter artem haberetur, in Minois regis amicitiam uenit. Traduntfabulæ Pasiphaën Minois uxorem, quũ taurum adamaret, signum bouí simile à Dædalo factum. Eoq; modo tauro suppositam, desiderio potitam esse. Ante hoc tempus Minoën quotannis ferũt speciosissimũ omniũ taurum Neptunno solitũ de more sacrificare, quũ ei taurus esset cæteris præstantior, alium sacrificauit deteriorẽ. Qua ex re iratus Minoí Neptunnus, eius taurí amorem Pasiphaë iniecit, cui arte Dædali suppositã, decantatum fabulis genuit Minotaurũ, natura duplici: ut qui usq; ad humeros taurus, cætera homo esset. Ad hoc nutriendum monstrum, aiunt à Dædalo Labyrinthum fabricatum, difficileis habentem egressus, & inscijs penitus irremeabileis. In quo recluso Minotauro septem Athenienses pueri, totidemq; uirgines, singulis annis, prout antea diximus, dabantur. Dædalus iram Minois ex boue à se fabricato conceptam, timens, abscessit ex Creta, Pasiphaës auxilio, nauem ad effugiendũ præbẽtis. Post eum fugiens Icarus filius, quum insulam quandam peteret, in mare decidẽs perijt: à quo & insula dicta est, & pelagus Icarcum uocatum. Ex hac insula abiens Dædalus, in Sicilią appulit, ad ea delatus loca, ubi Cocalus imperabat. A quo humaniter susceptus est, ac, ppter ingenium præstans, famãq; eius, summa benuolentia habitus. Tradunt quidam quum adhuc in Creta esset Dædalus, & à Pasiphaë absconditus, Minoëm regem expetentem meritas ab eo pœnas, quum non reperiretur, & naues omnis insulæ scrutari mandasse, & simul pecunias pollicitum, si quis Dædalum inuenisset. Ac ipse desperato nauis trãsitu, alas summa arte fabricauit, quas cera compactas, quũ suo filijsq; corpori applicuisset, amboq; supra mare aduolarent, Icareus quum altius iter, tanquàm adolescẽs peteret, solis æstu cera liquefacta, laxatisq; alarum iuncturis in mare decidit. Pater prope mare delatus, alis sæpius madefactis, ad Siciliam puenit incolumis. Quæ fabula qua muis uideatur miranda, tamen eam uolumus recensere. Dædalus apud Cocalum ac Sicanos diutius commoratus est, præclarus, architecturæ artis præstantia. Aedificauit in insula quædam, quæ adhuc permanẽt opera. Nam prope Megaram, fecit eam quæ dicitur Lymbethra. Ex qua ingens fluuius Alabos nomine in mare propinquum effluit. Iuxta eam quæ nunc est Acragantina, in loco qui dicitur Camicus, urbem supra petram effecit, ut quæ expugnari nequeat munitissimam:

*Labyrinthus.*

*Dædali pẽnæ*

*Alabos.*



mam: illius ascensu, ita arcto difficilíq; reddito, ut aditus tribus aut quatuor uiris custodiretur. In hac urbe Cocalus regia constructa thesaurum omnem in ea, tanquàm in inexpugnabili condidit. Tertio ædificauit in ora Selinuntina antrum, ex quo ita euaporabat ab igne fumus, ut astantibus paulatim sudor ex calore eliceretur, curarenturq; cum uoluptate adeuntium corpora, nulla caloris molestia percepta. Est iuxta Ericem, saxum præceps, præruptũ ultra modum editum, per cuius abrupta, angustũ difficileq; erat iter ad Veneris templum, in eo ducto muro, aditum reddidit latiorem. Multa præterea à Dædalo opera constructa in Sicilia sunt, temporũ uetustate corrupta. Aureum insuper arietem Veneri & Erici posuit, ea ingenij arte sculptũ, ut uiuus extimaretur. Interim Minos classe potens, cognita Dædali in Sicilia fuga, statuit eũ bello persequi, præparatis nauibus, è Creta profectus in Acragantinã appulit, quæ nunc ab eo Minoa uocatur. Expositis copijs, per nuncium à Cocalo tradi sibi Dædalum ad pœnam popposcit. Cocalus Minoë ad colloquiũ accito, quod postularet se facturum pollicitus, domi receptum, quum in balneis lauaretur, adeò in longum tempus in thermis detinuit, ut nimio æstu suffocaretur. Eius deinde corpus Cretẽsibus reddidit, prælata obitus causa, quòd in lauachro elapsus, aqua calida periisset. Eius corpus milites magnificè sepeliuerũt, sepulchro ei duplici cõstructo. Vno in quo posita sunt occultè Minois ossa. Aliud palàm ædificato Veneri templo, quod multis seculis posteri, ut templum Veneris coluerunt. Postea quum Acragantines, regnante apud eos Thuono, urbem conderent, repertũ sepulchrum, ossibus in Cretam missis, demoliuẽre. Cretensibus, qui defuncto Minoë, in Sicilia absque imperio remanserant, inuicem dissidentibus, quidam, qui Sicanis assueuerant, contempta patria, in Sicilia mansẽre. Horum pars ciuitatem cõdidit, quam ab eorum rege dixerunt, Minoë. Pars per littus errans, locum munitum condendæ urbi elegit, quam à fonte in urbe fluente, Engyam appellarunt. Post captam uerò Troiam, Merionum Creti & cum eo Cretenses, nauibus in Siciliam delatos, ueluti cognatos in ciuitatem susceperе. Hi postea ab Ochyra urbe recedentes, expugnatis nonnullis finitimis, eorum regiones possederũt. Aucti postmodũ opibus templum matribus ædificarunt: præcipuo eas cultu deas, multisq; templũ donis honorantes. Has ex Creta aiunt, ubi maximè coluntur aduectas Iouem olim clàm patre Saturno educasse, quo merito in cœlũ sunt in astra, quæ Arctos dicũt trãslatæ. Hæc & Aratus in suo de astris opere cõfirmat, inquiens, eas propter Iouem occultè enutritũ, in cœlũ ascendisse. Neq; uerò æquũ uideretur, harũ dearum præsens hominibus numen & cultum præterire. Nam eas non solum huius urbis accolæ, sed etiam ex finitimis quidam, sacris solennibus, & alijs honoribus celebrãt. Quædam urbes etiam preciosa uasa earum cultui deputarunt. Futuram enim existimãtes, & priuatis, ex huiusmodi cultu, fœlicem uitam, & urbibus diuturnam.

*De Dædali traditione pactum.*

*Engya.*

*Ochyra.*

*Arctos.*

Vsq; adeo autem ístarum dearum creuit religío, ut accolæ permultis aureís, atq; argenteis usq; adscriptorum tempora, donis exornarint. Templũ quíp pe ipsis ædificatum est ingens, ac sumptuosum, ad cuius structuram, quum loci natura non supeteret, ab Astygitone Agyrineorum, quæ centum ab eis distat stadijs, saxa aduehi magna impensa curarunt. Quũ uerò iter, quò necesse erat lapides ferri, asperum esset ac difficile transitu, quatuor rotarũ curribus, ad id præparatis, centum iugís boum lapides delati sunt. Sacrarum eñ pecuniarum copiæ, impensam tanti operis cõtempsêre. Paulò ante hæc tempora, erant eis deabus sacri boues, ad tria míllia: agri adeò permulti, ut magnum uectigal præberent.

## NVNC ARISTHEI ACTA SEQVENTVR.

HIC ex Apolline ac Cyrene Ipsei filia genitus est, de cuius genere quidam ita tradunt, Quum Cyrenes apud Peleum uirgo educaretur, Apollo eius forma captus, raptam uirginem in Lybiam detulit, ad ea loca in quibus post modum ciuitas condita est, ab eius nomine Cyrenes. Ex ea filium suscepit Aristheum, quem infantem tradidit nymphis nutriendum, à quibus triplici nomine est appellatus: Nomius, Aristheus, Agreus. Ab his nymphis quum lac coagulare, mel atq; oleum conficere didicisset, primus ea in usum hominũ traduxit. A posteris ut deus meritis honoribus, sicut & Dionysius cultus est. Profectum deinceps in Boëtiam, aiũt Anthonem Cadmi filiam uxorem sumpsisse. Ex qua genitus est Acteon, quem fabulæ ferunt à suis canibus discerptum. Cuius rei causa ea tradit à nõnullis extitisse, quòd Dianæ concubitum, quum uenaretur in montibus iuxta templum sitis, appetierit. Alij quòd se illi Acteon prætulerit uenandi arte. Vtrunq; uerisimile est ad iram deam incitasse. Siue enim desuetam nuptijs uirginem ad suam quæsiuit cupiditatem traducere, siue ausus est seilli in uenationibus anteferre. Quum etiam dij in eo exercitio illi cedant, meritò irata dea, eum in beluam quæ à canibus laceraretur, cõuertit. Aristheum aiunt post Acteonis obitum, quum ad oraculum adesset patris, Apollinem respondisse, futurum esse ut Chium insulam adiret, in qua ei honores impenderentur. Quum in eam nauigasset, orta per uniuersam Græciam peste, sacra pro Græcis Syrij astri tempore fecisse dicunt. His q; actis, Etesijs flantibus uentis, morbum cessasse. Miranda profectò res huic homini priuatim contigit. Nam hic qui filium à canibus interemptum conspexit, & astrum cœleste, quod ex nomine pernitiem inferre mortalibus putant, ad salutem uertit. & cæteris extitit causa salutis. Postea nepotibus in Chio relictis, in Lybiam ad matrem nympham redijt. Ac deinde in insulam Sardorum profectus,

*Cyrenes*

*Triplex Aristhei nomen.*

*Anthone.*

*Acteon.*

*Fabula Acteonis.*

*Syrius stella quæ secundũ aliquos Canis dicitur.*



profectus, in ea constitit. Captus q; insulæ amenitate, consitis arboribus, ex agresti reddidit cultiorem. Ibi duos genuit filios: Charinum, ac Challicarpũ. Ad alias quoq; insulas quum accessisset, in Sicilia aliquandiu cõmoratus est. In qua, quum uarijs fructibus armentis q; referta esset, singulorũ usum edocuit. Quo beneficio Siculi, & hi præcipuè apud quos nascuntur oleæ, pro deo summo honore coluerunt. Tandem ferunt in Thraciam ad Dionysium trãsgressum & præcepisse orgia, & diutius cum eo cõmoratum, multa ad uitam utilia did cisse. Quum aliquãdiu in monte qui Emos dicitur habitans, postmodum non cõparuisset, deorum immortaliũ honores, nõ solum à Barbaris, sed à Græcis quoq; assecutus est. Post Aristheũ Daphnis atq; Erix adijcient.

*Emos.*

## DE ERICE, DAPHNIDE, ET ORIONE.

ERICEM tradunt Veneris ac Buti regis cuiusdã indigenæ insignis gloria filium extitisse. Hic propter nobilitatem maternã præclarus apud homines fuit, & imperauit insulæ Parthi. Condidit quoq; super locum excelsum, ex suo nomine ciuitatẽ præclaram, in cuius arce matri dicato templo, & uasis illud & uarijs ornauit donis. Eam Venus urbem tum incolentiũ religione tum filij pietate allecta, plurimum dilexit, à qua Venus Erycina dicta est. Mirabit quis fortasse huius templi famam. Nam quũ aliorum templorũ gloria ad summum perducta, quandoq; aliqua obducta sint calamitate, solius templi huius cultus atq; honor, à primordio cæpti, nunquàm defuerunt, semp in melius aucti: & quidẽ præter honores ab Erice institutos, Aeneas postmodũ Italiam petens, quũ in Siciliã appulisset, pluríma dona, Veneris, uelut matris, templo obtulit. Sicani deinde multis post seculis hanc uenerati deam, eius templum sacris, donisq; pmultis ornarũt. Ab Athenien sibus postea qui eam partẽ Siciliæ tenuêre, Venus præcipuè summo studio culta est. Romani postremò uniuersæ insulæ imperantes, superiores omnis in huius deæ cultu haud immeritò excesserunt: suum genus in hanc referentes, propterq; eam prospera usi in rebus fortuna, eorũ imperij causam, merita gratia, honoreq; pscuti sunt. Consules enim, milites q; qui in insulam transcendũt, ac omnes qui cum imperio aliquo illuc adeunt, quum ad Ericem ueniunt, præcipuis sacris, honoribusq; templum uenerantur: omnic; abiecta imperij seueritate, in puerorum ac mulierum remissionem hilaritatemque conuersi, solum eo pacto gratum eorum aduentum esse deæ putant. Senatui eius deæ cultus atq; honor cura præcipua fuit. Statuit enim in eius honorem fidelissimas Siciliæ urbeis decem & septem numero, aurum Veneri conferre. Milites quoq; ducenti ad eius templi tutelam deputati sunt. Sed de hac dea satis. Nunc ad Daphnidem uenien-

*Erix.*

*Venus Erycina.*

*Romanorũ in Venerem maxima latria.*

dum

dum. Sunt montes in Sicilia quos Erios uocant. Hos loci natura, tanquàm continua æstate amenos atq; uberes reddit. Fontes sunt in eis, quercus grossiorẽ quàm qui apud alios nascunt, fructũ reddũt. Domesticæ etiã arbores, & uites p multæ, copiaq; ingenti mala nascunt. Adeò autẽ fructiferi montes existunt, ut aliquando Carthaginiensium exercitũ permagnũ fame superueniente, abũdè nutrierint. In huius regionis sylua admodũ amena, in qua diuertebantur nymphæ, ex Mercurio & nympha, Daphnidem natum tradũt: qui à laurorum multitudine quæ in ea frequentes sunt, appellatus est Daphnis. Educatus à nymphis, boum permulta possedit armenta, à quorũ cura Bucolos dictus est. Quũ esset ingenio acri, studiumq; plurimũ gubernandis bobus impenderet, carmen Bucolicũ, quod etiã nunc usq; à Siculis in pretio habet, adinuenit. Tradunt insup illum in Dianæ gratiã, uenandi studio impendisse operã: eamq; fistula & cantu Bucolico apprimè oblectasse. Huius amore capta nympha, prædixisse illi tradunt, si cui alteri iungeret, se illum uisu priuaturam. Postmodũ quadã regis filia absẽte ebrio stuprata, oculis ut prædictũ fuerat captus est. Sed de Daphnide iterum referet. Nunc de Orione paucis scribendũ uidetur. Ferunt hunc tum magnitudine, tum robore corporis heroas excedentẽ, & uenatorẽ fuisse, & opera fecisse multa amore laudis. Nã Zacloto in Sicilia regnãte, urbem ab eo dictã Zacli, quæ nunc Messana est ædificauit. Portum præterea iacta mole Actim nomine cõstruxit. Quoniã Messanæ mentio incidit, haud abs re erit quæ de eius freto ferunt recensere. Tradunt prisci rerum scriptores, Siciliã olim fuisse Italiæ cõiunctam, sed postea ex huiusmodi causa insulam euasisse: qua parte angustus continens, ab utroq; maris latere æstu collidebat. Dirupta maris fluctibus terra, aqua peruiam fecisse, à qua terræ scissura, Regius, is locus appellatus est: ac multis postmodũ annis condita ibi ciuitas, idem fuit nomen sortita. Quidam tradũt terræmotu scissum continentem, dedisse mari locum, ac propterea diuisam à continenti Siciliam insulam effectam. Hesiodus poëta contrà sentit, ait enim operto mari promontoriũ, quod iuxta Pelorum mõtem est, exaggerasse Orionem, inq; eo templum Neptunno, quem incolæ præcipuo honore colerent, fabricasse. Quod opus quũ consummasset, ad Euboëam diuertit. Deinceps propter famam inter astra annumeratus, immortale nomen adeptus. Quã rem Homerus quoque in Necyia plurium uersuum testimonio asserit. Postea uerò quam de hominibus ac semideis, prout à principio sumus polliciti scripsimus, finem huic libro statuemus.

*Bucolicum carmen.*

*Orion.*

*Zaclotus.*

EXPLICIT LIBER QVINTVS,

Incipit sextus, in quo hæc continentur omnia.

De his quæ fabulosè de Sicilia feruntur, & de figura, & de magnitudine insulæ.

De Cerere



De Cerere ac Proserpina, & frumenti inuentione.
De Mypara & cæteris quæ Aeolides insulæ appellatæ sunt.
De Melira, Glauco, & Cercina.
De Aethalia, Cyrno, & Sardone.
De Pituissa, & insulis quas aliqui Baleares appellant.
De insulis Oceani quæ ad Hesperum uergunt.
De Britannia insula, & de ea quæ dicit Basilea ubi electrum oritur.
De Galatia, Celtiberia, Hiberia, Lyguria, Tyrrhenia, & de his qui ea loca habitant, & quibus legibus qui ea loca habitant utantur.
De insulis Oceani, quæ ad meridiẽ sunt, & de ea quæ Hiera appellat, & Panthea & quæ de his in ea scribuntur.
De Samothracia, & de mysteriis quæ in ea sunt.
De Naxo, Syrna & Calydna.
De Rhodo, & iis quæ de ea fabulosè ferunt.
De Cheronesso, quæ Rhodo opposita est.
De Creta, & iis quæ de ea fabulosè feruntur usq; ad iuniora tempora.
De Lesbo, Chio, Samo, Choo, & Rhodiorum colonijs.
De Thenedo, & de habitationibus eius, & de eis quæ à Thenedijs gesta dicuntur.
De Cicladibus insulis.

# DIODORI SICVLI A POGIO FLORENTINO IN LATINVM TRADVCTVS, DE ANTIQVORVM GESTIS FABVLOSIS, LIBER SEXTVS.

QVVM OMNIA IN QVIBVS HISTORIA uersatur, complecti rerum scriptores deceat, tum uerò maximè, quomodo quæq; res singulatim describendæ sint cura uidetur suscipiẽda. Non enim tatũmodo hæc notatio particularis, diligentiaq; priuatis hominibus adconseruandas, augendasq; fortunas proficit, uerum historicis etiam plurimum affert decoris atq; ornamenti. Quidam, quorum ob eloquentiam ac rerum gestarum copiam meritò laudatur opus, in singularum rerum descriptione

scriptione aberrarunt, ut eorum labor atq; industria, à legentibus in recẽsenda historia cõprobetur, scribendi ordo non careat reprehensione. Timæus sanè, tum temporum exquisitam, tum plurimarum rerum historiam se traditurum pollicitus, quod nimium operæ in alijs redarguẽdis impenderit, culpatur. Qua re à nonnullis obtrectator est cognominatus. Ephorus, historiam contexens, eloquenter singula, priuatim, diligenterq; rettulit, libros suos in res singulas partitus. Huius nos morẽ quoad facultas tulit secuti, præsentem librum describendis insulis distribuimus, in quis primum se offert Sicilia, quæ optima insularum omnium rerum, antiquitate cæteras antecellit. *Siciliæ situs.*

*Trinacria.* Hæc olim Trinacria ab eius forma primum appellata, Sicania deinceps ab incolis dicta est. Postremò ab Italis qui Siculi dicebantur, in eam uulgò profectis, Sicilia dixêre. Est eius ambitus stadiorum quatuor millium trecentorum sexaginta. Nam trium laterum: unum à Peloro Lylibeum usq;, mille stadia & septingenta complectitur, à Lylibeo ad Phacynum agri Siracusij stadia sunt mille & quingenta. Reliquis ambitus protendit̃ stadijs mille centum quadraginta. Tradunt Siculi ducta ex antiqua à progenitoribus fama, *Ceres.* Siciliam Cereri ac Proserpinæ sacram esse. Fabulantur poëtarum quidam, *Fabula de Cerere.* post Plutonis ac Proserpinæ nuptias, hanc insulã ab Ioue Anacalyptræ nymphæ traditam. Sicanos autem qui in ea antiquitus habitarunt, indigetes esse præcipui scriptores tradunt. Has simul deas primum in Sicilia usas, inq; ea primò frumentum terræ bonitate ortum, sicut & clarissimus testatur poëta inquiẽs: Omnia ibi sua sponte terram, producere, in agro Leontino, multisq; præterea Siciliæ locis, etiam nunc triticum agreste oritur. Deniq; si quærit̃, ante frumenti usum, ubi primum id repertum sit, meritò eius rei laus Siciliæ tribuetur. Has deas certè repertores eius constat magno in honore apud Siciliam fuisse. Raptam uerò ibi Proserpinam argumentum esse uolunt, quòd hæ deæ in hac tanquàm insula admodũ eis dilecta habitarint. Raptum Proserpinæ in pratis iuxta Aetnam, ciuitati propinquis ferũt, quæ lilijs, uarijsq; floribus dea dignis ornata erant. Vbiq; propter odorum fragrantiam sagaces canes odoratu carent, naturam sensus florum odore superante. Est id pratum à superiori parte planum, admodũ aquis redundãs, altius circum, & præcipitijs undiq; abscissum: ex quo à nõnullis Siciliæ appellatur umbilicus. Sũt ei propinqua nemora pratag; & paludes undiq;. Speluncam insuper pergrandem, quæ hiatum sub terram habeat ad arctum spectantẽ, esse dicũt per quẽ *Pluto.* Plutonem fabulantur cum curru rapta Proserpina transisse. Lilia, aliosq; flores odorem præbentes, per uniuersum uolunt annum, quibus aspectus ob*Minerua. Diana.* lectetur, uirideis permanere. Mineruam insuper ac Dianam uirgines cũ Proserpina nutritas unà flores legere solitas fabulæ ferunt, unaq; eas Ioui patri uestem fecisse, qua mutua consuetudine, usuq; eam insulam omnes maximè diligebãt, quælibet locum quẽ elegerat sortita. Nam Minerua circa Himerã regiones



regiones elegit, in quibus nymphæ in eius gratiam aquæ calidæ fontes scaturire, Hercule aduentante fecêre. Quæ loca, simul & urbem, quæ nũc usq; Mineruæ nomem tenet, incolæ ei sacrarũt. Diana in Syracusis insulam à dijs accæpit Ortygiam, ab ea tum oraculorum responso, tum uoce nominatã. *Ortygia.* Eodem pacto & in hac insula nymphæ in Diane gratiam maximum produxêre fontem: qui dicitur Arethusa. Hic non tantum príscis, sed nostris quoq; tem- *Arethusa.* poribus magna copia fert pisces sacros, quippe ab hominibus intactos. Sæpius qui eos bellorum tempore edere ausi sunt, deorum ira magnas calamitates subierunt. Verum de his posterius. Proserpina harum instar dearũ prata circa Aetnam elegit, cui fons ingẽs Syracusis dicatus est, nomine Cyanes. *Cyanes.* At uerò Pluto cum rapta Proserpina prope Syracusas per terræ hiatum ad inferos curru descendit. Syracusij iuxta Cyanem singulis annis dies festos celebrant, in quibus sacra faciunt, priuatim, paruis uictimis, publicè tauros in palude immergunt, morem Herculis imitati, qui eiusmodi sacris, quo tempore Gerionis boues per Siciliam deduxit, usus est. Tradunt deinceps Cererem *Ceres.* quum filiam reperire non posset, facibus in Aetna accensis, uarias orbis partes Proserpinam quærentem deambulasse, homines̃q; qui eam gratè susceperant, tanquàm beneficij memorem, frumenti edocuisse usum. In quis primum, propter suam erga deam humanitatem, post Siculos fuere Athenienses, qua ex republicè hanc deam præcæteris coluere, tum sacrificijs amplissimis, tum Eleusinæ mysterijs, quæ antiquitate, castimoniaq; apud omneis homines sunt uulgata. Quum plures ab Athenienſibus humanitatis gratia frumẽtum acceperint, proximis illud incolis impartiti sunt, atq; exinde pẽ totum ferè orbem est diffusum. At Siculi Cereris, Proserpinæq; erga eos indul- *Proserpina.* gentia moti, ut quibus frumenti usus primum innotuisset, utriq; earum sacra, cerimoniasq; diuerso anni tempore instituerunt. Proserpinæ quidẽ messis tempore, tanta castimonia, studioq;, quantam tanti doni ratio postulabat. Cereri uerò quum semen in terram iactatur, apparatu ac magnificentia exquisita, decem dies festos agunt, priorem repræsentantes uitam: quibus diebus turpiloquio inuicẽ, uti cõsueuere: uti deæ dolor ex filiæ raptu cõceptus, risu ex uerborũ scurrilitate, mitigaret̃. Hunc ut diximus Proserpinæ raptũ, plures tum historici, tum poëtæ fuisse affirmant. Carcynus sanè tragœdus qui Syracusas sæpius accessit, conspecto incolarũ in eiusmodi sacris studio, Pro- *Carcynus.* serpinã à Plutone raptam, atq; ad inferos deductã, postmodũ uerò à Cerere sumpto ex Aetna Siciliæ igne, planctu, luctuq; quæsitam, ab eaq; frumentũ monstratũ, unde & dea sit habita, in suo poëmate affirmat. Non uidentẽ autem omittenda huius deæ erga homines beneficia. Nam præter ab ea repertum frumentũ, leges edidit, quibus iustè, pieq; homines uiuere assuescerent: *Leges.* ex quo & legiferam dixerunt. Quibus inuentis haud facilè quis maiora reperire posset, quum in his sita sit, non uiuendi tantum, sed benè, honestèq; ui-

uendi institutio. Sed de his hactenus, nunc de Sicanis, qui primi in Sicilia habitarunt, quoniã de eis scriptores dissentiunt, est scribendum. Philiscus eos ex Hiberia in Siciliã uenisse affirmat, qui id nomẽ à Sicano Hiberiæ flumine traxerũt. Timæus huius scriptoris insciti ã arguens, Sicanos ait Siciliæ indigetes esse, multa suæ antiquitatis argumenta ferens, quæ haud operæpretium est recensere. Cærerũ habitabãt priscis temporibus Sicani in mõtibus, natura munitis, in quibus urbes latronũ metu ædificarunt. Nulli em̃ regi suberant, sed suus cuiq; urbi inerat princeps. Hi primũ uniuersam tenuere insulam, agros colentes, ex quibus uitæ cibum sumebant. Postmodũ Aetna ignes qui proximas regiones urebant eruptante, quũ plureis annos id incendium patriã uastaret, timore acti, omissis orientibus locis, partes quæ ad occidentem uergunt, petiuere. Multis deinde seculis, Siculi ab Italia in Siciliã profecti, loca tenuerunt ab Sicanis relicta. Opibus deinceps ac uiribus potentes, propinquis agris occupatis, quotidie magis imperiũ augebant, quoad bello sæpius cum Sicanis moto, certo postmodũ fœdere agrorum fineis inuicem statuerunt. Postremò à Græcis coloniæ in Siciliam deductæ sunt, urbésque maritimæ conditæ, mutua postmodum consuetudine, usuq; quum plures in diem Græci in Siciliam nauigarent, & linguam Græcam omissa Barbara didicere, & mutato nomine, Siculi sunt appellati. Sequuntur Aeolides insulæ septem numero: Strongyla, Euonyma, Didyma, Phinicodes, Sacra, Vulcania, Lypara, in qua est eiusdem nominis ciuitas. Sitæ autem sunt inter Italiam, Siciliã, recto q; cursu. Distant à Sicilia centũ quinquaginta ferme stadijs: pares inuicem magnitudine. Earum maxima, circuitu complectitur stadia centum quinquaginta. Ignem hactenus euomebãt omnes, quarum meatus, ora q; ignis etiam nũc uisuntur. In Strongyla ac Sacra hucusq; ex terræ hiatu uentus erumpit, & fœtor ingens. Eruptat quoque arenam, lapidesq; igneos permultos, quemadmodum & Aetnæ accidit. Asserunt nonnulli meatus esse subterraneos ab Aetna ad has insulas, & his omnibus eandem ignem spirandi causam esse. Has insuper insulas tradunt olim desertas fuisse, sed

*Septem Aeolides.*

*Lyparus. Ausonius.*

Lyparum quendam Ausoni regis filium, à fratribus dissidentem, ex Italia cum lõgis nauibus, aduecta secum militum copia, ad insulam appulisse, quæ ab eo Lypara sit appellata, in q; ea sui nominis urbe cõdita, reliquarum quoque insularum agros excoluit. Eo senescente Aeolus Hippoti cum sociis quibusdam in Lyparam quum uenisset, sumpta uxore Lypari filia, his postmodum insulis imperauit. Verum Lyparus quum in Italiam reuerti cuperet, iuxta Surentum tenuit loca, quibus magna cum laude præfuit. Defunctus deinde, ac magnificè sepultus, honores heroicos ab incolis assecutus est. Aeolum uerò, is est ad quẽ fabulæ Vlyxem errantem diuertisse tradũt, iustum ac pium extitisse legimus, & erga hospites perhumanum, præterea uelis uti nauras docuit. Obseruatione ignis, qui uenti futuri essent prædixit: unde &

*Aeolus.*

illum



illum fabulæ uentorum potentem dixêre. Ob eximiam eius pietatem, deorũ amicus est nominatus. Ex Aeolo filij sex orti sunt: Asthiothus, Xutus, Androcleus, Feremon, Locastes, Agathyrsus: qui omnes ob gloriam ac uirtutes paternas, magno in honore sunt habiti. Horum Locastes loca Italiæ circa Regium possedit. Feremon atque Androcleus, eam regionẽ Siciliæ, quæ à freto, quod insulam diuidit, usq; Lylibeum est, tenuerũt. Huius regionis agros qui ad orientem uergunt, coluêre Siculi: qui ad occasum spectant Sicani. Hi inuicem dissidentes, Aeoli filijs, tum ppter uulgatam parentis pietatem, tum ob eorum insecuram diligentiam, sponte paruerunt. Imperauit quoq; Xuthus ei parti quæ ad Leontinos uergit, usque ad hæc tempora ab eo Xuthia dicta. Agathyrsus quum dominaretur ei quæ nũc Agathyrsis ora appellat, urbem cõdidit ab se Agathyrsidem uocatã. Asthiothus præfuit Lyparæ, qui omnes paternæ uirtutis æmuli, magna cum laude uixerunt. Quum pluribus seculis, Aeoli progenies in Sicilia regnasset, tandem defecit. Post hos Siculi ad meliores uiros principatũ deferebant. Sicani orta ob principatum cõtentione, bello inter se certarunt. Multis deinceps exactis annis, quum insula cultoribus in diem magis deficeret, Gnidij quidam, Rhodijq; regum Asiæ iniuria oppressi, in Siciliam deducere coloniam decreuere: sumpto duce Pentathlo Gnidio, qui genus suum ad Hippotum Herculis progeniẽ referebat, quin quagesima tũc Olympiade in qua stadij uictor fuit Lacedæmonius Epistheliades. Egressi circa Lylibeũ, Egesteos, Sellinuncios q; inuicem bellantes inuenerũt. Fœdere cum Sellinuntijs inito, prælio q; aduersus Egesteos cõmisso, multi eorum cecidere: in quis dux Pentathlus occubuit. Qui ex prælio superfuerunt, Sellinuntijs deuictis, statuerunt inde abire, creatis ducibus Gorgone, Thestore, ac Epitherfi de Pentathli domesticis. Per Tyrrhenum pelagus quũ ad Lyparã appulissent, humaniter ab incolis accepti, habitarũt in insula numero ferme quingenti. Postmodũ Tyrrhenis mare latrocinio infestantibus, ad se tuendũ naues ædificarũt. Eorũ pars ad cõmunem utilitatẽ colebãt agros, pars piratis obsistebat. Hi cõmunicatis inuicẽ fortunis, rebusq; omnibus, aliquandiu in ea uitæ cõmunione permansere. Deinceps quũ Lyparũ, urbem q; eius cœpissent, reliquarum insularum agros communiter exercebant. Postremò omneis insulas in uiginti annos ita ut denuo illas, eo acto tempore sortirentur, partiti sunt. Nonnullis præterea naualibus pugnis superatis Tyrrhenis, spoliorũ decimas in Delphos obtulerũt. Superest ut causas addamus, quibus postea fœlicitatis, gloriæq; incrementa Lyparæ urbis suscepit. Primũ ipsa natura, tum pratis insula decora est, tum balneis quemadmodũ cõmendantur, ad ualitudinẽ enim conferunt, & summã ex usu præbẽt uoluptatem. Quo fit, ut Siculi permulti morbo impliciti, eò sanitatis gratia cõfluentes, ualitudinem pristinam recuperent. Profert insuper ea insula, metallũ celebre, quod Alumen appellant: ex quo Lyparenses, Romaniq; magnũ per-

*Gnidiorũ & Rhodiorũ deductum.*

*Lyparæ.*

*Alumen.*

cipiunt uectigal. Nam quũ nullo in loco orbis alumen generetur, magnos af-
fert huic insulæ quæstus. Hæc parua est magnitudine, sed fertilis ad hominũ
uitam; quippe quæ omnis genere pisces abundè præbeat, & fructus arborũ
suaueis gustũ. Post Lyparam, occidentẽ uersus, insula est parua admodũ, de
Osteodis. serta, & abrequadã Osteodis cognominata. Nã Carthaginienses quo tẽpo-
re aduersus Syracusios bellũ gessere, magnis peditũ copijs, ingentíq; classe,
in Siciliam profecti sunt. His quũ plures mercennarij uarijs ex gẽtibus mixti
essent, & hi sæpius, præsertim ob stipendiũ suo tempore non impensum, sedi
tiosi, numero millia sexaginta, primũ ad prætoria cõcurrentes, tumultũ ad-
uersus duces excitabant, minabanť, se quum sæpius pecuniæ deessent, armis
si quod deberet uendicaturos. Cõsultus senatus imperatoribus occultè man-
dauit, ut seditiosos ex exercitu amouerẽt. Itaq; mercennarios omneis, sum-
pta alterius belli occasione, in naueis impositos, in hanc insulam exposuerũt.
Vbi relicti, fame absumpti sunt. Tot hominũ defunctorũ ossa, paruæ insulæ
nomen dedere. Recẽsitis Aeoli insulis, deinceps ad reliqui lateris insulas trã-
eamus. In ea Siciliæ parte quæ ad Meridiẽ uergit, tres insulæ sunt, quarũ sin
gulæ portus tutos habẽt nauigãtibus. Prima quam Meliten dicunt, à Syra-
cusijs remota, stadijs octogínta, portus habet plureis admodũ utileis. Eius in
colæ fortunati existimanť, quoniã & uarij generis exercẽt arteis, & optimas
faciũt linteas telas, tum tenuitate, tum mollitie spectatas. Domos insup ædi-
ficant pro loci qualitate, pulchras & exornatas gypso. Est autẽ hæc insula ue-
lut palmarũ colonia quædã, quũ ibi plurimæ fiant. Mercatores usq; ad occi-
dens pelagus nauigãtes, ad hanc cõfugiũt, ut quæ plureis habet tutos portus.
Qua ex causa eius accolæ, ppter beneficia mercatoribus impẽsa, & opibus &
Gaudus. gloria rem auxerunt. Est & alia insula nomine Gaudus, quæ plureis habet o-
Cercinna. portunos portus, & abũdat palmis. Deinceps est & Cercinna, quæ ad Lybiã
spectat, in qua haud ignobilis est ciuitas, & portus, nõ solũ mercatoribus uti-
lis, sed longis nauibus accomoda. Sequunť post Lyparam insulæ ad Tyrrhe
Aethalia. nũ pelagus sitæ, in quibus una est nomine Aethalia. Populoniæ opposita ur-
bi, distans à continenti stadijs fermè centũ, quæ id nomen ab Aethalio, qui ei
præfuit duce sortita est. In ea effoditť petra, ex qua ferrum excuditť: incidunt
enim id metalli genus, quo abũdat insula, inde ex saxis in fornacibus decoctis,
ferrum liquefactũ, in frustra partiunť, magnis spõgis similia, quæ post modũ
mercatores ad emporia deferunt. Ex ferro artifices uaria cudunt instrumen-
ta, rei rusticæ, diuersisq; artibus accomodata. Præter hanc est insula longè ab
eis stadijs trecentis, quæ à Græcis Cyrnos appellatur, à Romanis uerò atq;
incolis Corsica. Hæc aditu facilis, portum habet pulcherrimum, nomine Sy-
racusium. Celebres in ea ciuitates habentur duæ, scilicet Calaris & Nicea. Ca
laris à Phocensibus, qui à Tyrrhenis post modũ insula pulsi sunt: Nicea à Tyr
rhenis maritimis, qui reliquas etiam Tyrrheni maris insulas suæ ditionis fe-
cerunt,



cerunt, conditæ. Hi postea urbibus quæ in Cyrno erant subactis, resinæ, ce-
ræq; ac mellis, quorum ea fertilis est insula, tributa imposuerũt. Serui qui in
ea sunt, plurimum ab aliorum seruorũ, quod eis natura accidit, usu uitæ diffe
runt. Insula ampla est, magnaq; ex parte montuosa, ac syluestris fertur, flumi
nibus insuper irrigua. Homines lacte, melle, ac carnibus (omnia affatim præ-
bet patria) iustè & humaniter ultra cæteros Barbaros inuicem uiuunt. Fauũ
quod in montanis arboribus reperitur, illius esse sinunt, qui id prius adinue-
nit. Oues signaculis distinctæ, etiam nullo custode, patronis seruantur. In pri
uata uita, actionibusq;, miro quodammodo iustitiam obseruant. Mirandũ Mirum de pa-
uerò est quod apud eos fit in filiorum ortu. Nam quum mulier parit, nulla est rientibus.
puerperij cura, sed uir eius, ueluti & ipse implicitus puerperij morbo, statuos
dies domi uxoris curam suscipit. Nascitur in ea insula taxus copia in qua arbo
re mel, quod fit amarum admodũ, existit. Barbari insulam habitãtes uaria
utuntur loquela, & adintelligendũ difficili. Numero excedunt hominũ trigín
ta millia. Huic proxima Sardinia insula, Siciliæ par magnitudine, à Barbaris
Iolaos uocant, tenetur. Hos ab Iolao ac Thespiadibus, quorũ plures in eam
insulam transcenderunt, genus ducere putant. Nam quo tempore Hercules
decãtatos, subijt labores, liberos ab eo ex Tespij filiabus susceptos, cum Græ Tespij.
corum, Barbarorumq; copia, secundum certum oraculum, in Sardiniam ad
condendam coloniam misit. Quod sentiens Iolaus Herculis nepos, in insulã
uenit: inq; ea conditis, haud contemnendis urbibus, patria omni potitus, po-
pulos ab se dixit Iolaos. Gymnasia, & deorum templa, cæteraq; ad hominũ
fœlicitatem spectantia, quorum adhuc monumenta extant, ab eo sunt insti-
tuta. Quum ab oraculo traditum esset, hanc coloniam liberam semper futu
ram, uerum usq; ad hæc tempora id oraculum fuit. Nam quũ Carthaginien
ses magnis copijs insulam cœpissent, nunquàm Iolaos subegere. Ad montana
enim atq; aspera confugiẽtes loca, effossis sub terram habitaculis, lacte, caseo,
carnibus ex pecoribus: quæ plurima illis erant, uescebantur. Agriq; colendi
declinato labore, in montibus uitam quietẽ ducebant. Carthaginienses quũ
sæpius eos bello tentassent, difficultate locorũ absterriti, liberos reliquerũt.
Postremò Romanis armis sæpius lacessiti, hac locorum asperitate inuicti
p mansere. Iolaus ijs quæ ad statum coloniæ pertinebãt compositis, in Græ-
ciam rediit. Thespiades quum multis seculis insulæ præfuissent, tandem in
Italiam nauigãtes, loca circa Cumam tenuere. Reliqua multitudo, deposita
Barbarie, præficientes sibi ex accolis optimos duces, hucusq; libertate seruan-
tur. Præter has insulas est alia Pityusa, à pinis quæ frequentes in ea nascunť
nomen sortita. Distat ab Herculeis columnis, dierum trium nauigatione, à
Lybia uerò diei, noctisq; unius, diei unius ab Hyberia. Magnitudine simi lis
Corcyræ, rerum copia mediocris. Vites fert ea regio licet raras. Cæteræ
arbores in conuallibus fiunt. Inter ea quæ ibi oriuntur, lanam præferunt.

Distincta campis ac collibus insula, urbem habet Enesum, Carthaginiensium coloniã, mœnium ambitu, ac frequentibus domibus, portu insuper perutili satis celebrẽ. Palmis præterea fertilis est, uarijs à Barbaris præsertim Phœnicibus habitata. Hæc colonia centum sexaginta annis post conditã Carthaginem est deducta. Aliæ quoque existunt insulæ Hyberiæ oppositæ à Græcis Gymnasiæ, ab incolarũ nuditate: qui ætatis tẽpore absq; uestibus incedũt, ab accolis uerò ac Romanis Baleares à fundæ iactu, quòd rectius quàm reliqui lapides iaciũt, appellati. Harũ media maior est reliquis insulis, demptis septẽ: Sicilia, Sardinia, Creta Euboëa, Cypro, Cyrno, Lesbo. Abest ab Hyberia diei unius nauigatiõe. Minor ad orientẽ spectat, nutriẽs plurima omnis generis armẽta, sed mulos præcipuè qui & magni sũt, & sonora uoce. Vtraq; insula fertilis ac fructifera est, referta habitatoribus, ut qui triginta hominũ millia excedãt. Aduini potum, qui rarus apud eos est, sunt promptiores: oleo omnino carent, lentisco & procidipe mixtis, unguntur corpora. Mulieres adeò præ cæteris apperunt, ut mulierẽ à prædonibus captam, tribus aut quatuor redimant uiris. Habitãt in saxis cõcauis, iuxtaq; præcipites petras. Effossis cuniculis ad corporũ tegumenta utuntur. & uitæ securitatẽ. Aureo nũmo, aut argento nõ utuntur, quæ afferri ad insulã, phibent, causam afferentes, Gerionem Chrysauri filium auro atq; argento opulẽtissimũ, quondã ab Hercule bello expugnatũ. Existimãt enim eo pacto quum auro atq; argento carcant sese facilè omnes uitæ insidias euasuros. Hanc ob rem quũ olim cum Carthaginiensibus militassent, ex stipendio impẽso, mulieres acuinum emptum secum tulêre. Mirandum uerò quod in nuptijs de more seruant, in epulis enim quæ cum domesticis, amicisq; in nuptijs fiunt, primus, secundusq; & deinceps secundũ ætatem reliqui, nuptam magno numero cognoscunt. Vltimus sponso locus ad uxorẽ datur. Priuatim quid etiam, & à cæterorũ moribus alienum, in defunctorũ sepulchris obseruant. Lignis enim membra corporis incisa, in uas conijciunt, supraq; saxa accumulant. Arma eis sunt fundæ tres, una caput cingunt, altera uentrem, tertia in manibus gestatur. In prælio lapides multò maiores quam reliqui, ita iactant robustè, ut ab aliquo tormẽto lapis missus uideatur. In urbium expugnatione, lapidum iactu eos quidem supra ex propugnaculis tuentur mœnia, uulnerant. In pugna uerò scuta galeas, omneq; armorum genus confringunt. Ita autem rectè lapides propellunt, ut rarò effugiat ictum appetitus locus: quod eis continuus à pueritia usus præbet à matribus ad id certamen coactis. Imponunt enim supra erectum lignũ panem, signum quod iactu petant: neq; ante cibum capiunt, quàm panem lapide deiectum, pro cibo sumũr permissu matris. Posteaquàm insulas quæ ad columnas Herculis spectant rettulimus, ad Oceani insulas transeamus.

*Gymnasiæ. Baleares.*

*Auri opulẽtia Gerion interfectus est.*

*Sponsæ coitus*

*Fundæ.*

DE OCEANI



## DE OCEANI INSVLIS.

EST Lybiam uersus ad Oceanum sita plurimum dierum nauigatione insula per magna, agro fertili, tum campis amœnis, tũ montibus distincta. Flumínibus rigatur quæ sint nauium capacia plurima. Sunt in ea pomaria uarijs arboribus consita, hortíq; amœni, quos aquæ dulces interfluunt. Diuersoria in illis ædificant sumptuosa, hortos quoq; tenuiorum umbracula decorant, in florum morem sita, in quæ æstus tempore diuertunt. Amœna, fertilisq; regio, copia fructuũ exuberat. Montes frequentibus syluis, arboribusq; fructiferis, aquis insuper irriguis ornantur. Abundat quoq; insula fontibus aquæ dulcis, quæ nõ tantũ usui, uoluptatiq; incolentũ satisfacit: sed etiã confert ad robur corporũ ac ualitudinem. Sunt insuper loca diuersorum animalium uenationibus apta, ex quibus epulas conficiunt suaueis ac sumptuosas. Pisces etiam mare affatim præbet. Est & aër ibi saluberrimus, qui maiori ex parte anni fructus ferat, aliáque speciem ac decorem præstantia: ut hæc insula non hominum, sed deorum diuersorium ob eius fœlicitatem existimetur. Priscis temporibus, quòniam à reliquo orbe diuulsa uidetur, incognita, hoc postmodum modo reperta est. Phœnices quondam ad diuersa emporia nauigãtes, sæpius plurcis in Lybia, nonnullas in Europa, quæ ad occidentem spectat, colonias condidêre. Multis deinde opibus coactis, extra columnas Herculis Oceanum ingressi, in Cherroneso, Europæ littore, columnis propinquo, condidêre urbem, quam Gadiram dixerũt. In ea inter cætera ædificia, templum Herculi, quod ad nostram usque ætatem summa in ueneratione, honoreq; est habitum, statutis de more Phœnicorum sacris, sumptuoso opere constructum. Plures Romanorum duces clarissimi, magnis rebus gestis, uota huic deo susceptа persoluerunt. Verum Phœnices, per Oceanum mare iuxta Lybiam nauigantes, plureis dies tempestatibus acti, quum ad hanc insulam delati essent, animaduersa eius natura, fœlicitateq;, notam cæteris fecere. Qua ex causa quum Tyrrheni qui classe potentes erant, in eam insulam coloniam mittere decreuissent, à Carthaginiensibus sunt prohibiti, ueritis, ne loci bonitate allecti, ciues eorum ad eam se conferrent: & sic siqua forsan aduersa urbi fortuna incidisset, uolebant ignotum, ad quem facilè confugerent locum esse. Sed ad Europam redeamus. In Oceano Galliæ montibus Hercinijs, totius Europæ maximis, oppositæ sunt insulæ plures, quarum maxima est Britannia, priscis temporibus nullius aduenæ imperium experta. Neque enim Dionysium, neque Herculem, neq; heroa, aut ducem quempiã accæpimus eos bello tentasse. Nunc C. Cæsar, qui propter gestas res Deus est appellatus, prius omnium Britannis subactis, certum eos dare tributum coëgit. Sed de his suo tẽpore diceẽ latius. Est hæc insula triangulari forma, Siciliæ similis, latera habens inæqualia. Quũ protendat per obliquum

*Gadira.*

*Britannia.*

Europam

Europam uersus, ubi minimum à continenti abest, promontoriũ est quod
Cation. appellatur Cation, procul à terra: quo tempore mare fluit, stadijs fermè cen-
Belerium. tum. Alterũ promontoriũ, Beleriũ nomine abesse aiunt à cõtinenti nauigati
Orcha. one dierum quatuor. Reliqua pars quam Orchã appellant, ad mare spectat.
Minimũ latus Europæ adiacẽs, ptendi asserũt stadijs septẽ millibus. Lateris
secundi longitudo à Catio usq; ad promontorium, stadia complectitur quin-
decim millia. Tertium latus stadiorũ millia uiginti. Ita uniuersæ insulæ am-
bitus stadiorũ est millium duorũ & quadraginta. Britanniã incolere tradũt
Aborigines qui priscorum more uitam degant. Vtuntur enim in pugna cur-
ribus ueluti antiquos Græcorũ heroẽs usos in bello Troiano ferũt. Domos
ex calamis aut lignis ut plurimum habẽt compactas. Frumenta cum aristis
sub tectis reponunt, inde quod satis in diem sit usui terentes. Moribus simpli-
ces, integríq; existunt, longè à nostrorum hominum astutia, uersutiaq; re-
moti. Cibo simplici, uilíq; uitam ducunt: atq; à diuitum delitijs alieno. Mul-
titudine hominum insula plena est. Aër, ut qui ad septentrionm spectet, frigi-
dus. Reges, principesq; ibi sunt plures, pacem inuicem seruantes. Sed de his
diligentius quum ad Cæsaris gesta, quibus Britannos subegit ueniemus nunc
de stagno, quod in ea effoditur, narrabimus. Britanni qui iuxta Beleriũ pro-
montorium incolunt, mercatorum usu, qui eò stagni gratia nauigant, huma-
niores reliquis erga hospites habentur. Hi ex terra saxosa, cuius uenas secuti
effodiunt, stagnum igne eductum, in quandam insulam ferunt Brittanniam
Ictis. iuxta, quam Ictam uocãt. Maris fluxu uidentur insulæ, quũ uerò refluit, exicca-
to interiecto littore, curribus eò stagnũ deferũt. Priuatim quid uidetur eis in
sulis cõtingere, quæ Britanniã, Europãq; interiacent. Nã pleno mari, insulæ,
refluente uerò quum interiectus locus deficit aquis, continens uidetur. Ex his
insulis mercatores emptum stagnum in Galatiam portant. Inde diebus ferè
Eridanus. triginta cum equis in fontem Eridani fluminis perducunt, & de stagno hacte
nus, nunc de electro dicendum. Scithiæ quæ supra Galatiã est opposita, insu
Basilea. la, in oceano iacet nomine Basilea, in quam tempestas electrum plurimum
ejicit, nulla alia in parte orbis repertum. De eo quidam ueteres fabulas scri-
psere haud dignas fide, & quæ à posteris reprehẽsæ sint. Nonnulli enim tum
Phaëton. poëtæ, tum historici, tradũt Phaëtontem solis filiũ, quũ puer esset, petisse à
patre, ut unicum diem solis currum regeret. Illo assentiente, sumpto cur-
ru, quum equorum fræna regere nequiuisset, ab equis contempto puero, extra
solitũ cursum esse currũ delatum. Et primò cœlum equorũ errore incensum,
Galaßia. circulũq; qui Galassia dicit exinde factum: deinde magnam cõbustam orbis
partem. Quare cõmotum Iouem, fulmine Phaëtontẽ tradunt perimisse, so-
lemq; in pristinũ redegisse cursum. Phaëtontẽ in fontibus eius, qui nunc est
Padus, olim Eridanũ dicebant, decidisse. Eius mortẽ nymphas fleuisse soro-
res, doloríq; magnitudine mutata natura, in populos fuisse uersas. Has an-
nis singulis



nis singulis eodem tempore lachrymas educeret, è quibus electrum fiat, reli- Electrum.
quum splendore superans. Sed quũ hi harum fabularũ cõditores procul à ue-
ro aberrasse à posteris deprehẽsi sint, nos ueram historiam sequamur. Nascit
electrum in ea quam rettulimus insula. Quum uerò ab incolis ad proximum
deferatur continentem, inde ad nostra usq; asportatur loca. Haud sanè ab re
erit genteis Europæ conterminas, quas in superioribus libris omisimus, pau
cis referre. Celticis olim imperauit, aiunt, uir egregius, ex quo filia corporis
magnitudine ultra naturæ modũ, decoremq; cæteras excellẽs, orta est. Hæc
tum uiribus, tum specie elata, omneis qui eam uxorem expetebant, contem-
psit: existimãs neminem suo matrimonio dignum. Interim quum Hercules Hercules
bello aduersus Gerionem moto uenisset in Celticam, inq; ea ciuitatẽ Alesiã Alesiam.
condidisset, admirata tum uirtutem Herculis, tum corporis præstantiã, per
missu parentum eius, cõcubitum appetiuit. Iuncta illi, filium genuit nomine
Galatem, qui coæuos suos, tum uirtute animi, tum uiribus corporis excessit. Galates.
Vir factus quum paternum regnum suscepisset, plureis oras sibi subdidit pro
pinquas, præclaris rebus bello gestis. Quum eius gloria efferreret, subditos
à suo nomine appellauit Galatas. ex quo omnis ea regio Galatia dicta est.

## DE GALATIA AC GALATIS.

HAEC à pluribus nationibus incolitur, quæ inuicẽ gentiũ nume-
ro differũt. Nam quæ maior habetur inter eas, ducenta uirorũ
millia efficit. Quæ minor, quinquaginta. Harum gens una er-
ga Romanos, & quæ ad hanc usq; ætatem manauit, affinitatẽ
amicitiamq; conseruat. Natio ut plurimum ad arctum sita, regio frigida, ut
quæ hyemis tempore pro aqua niuibus oppleta existat. Glaties quoque im-
mensa adeò patriam occupat, ut flumina congelata sint peruia trãseuntibus,
non solũ paucis, sed exercitibus quoq; cum curribus atq; impedimẽtis. Com-
plures magníq; fluuij per Galatiã uario cursu fluunt, hi ex, pfundis stagnis, hi
ex mõtibus. Partim in Oceanum: alij in nostrum mare decurrunt. Eorũ qui
in nostrũ mare labuntur, maximus censetur Eridanus, qui in alpibus fonteis
habet, quinq; ostijs descendit in mare. Qui uerò in Oceanum defluũt, maxi- Eridanus.
mi habẽtur: Danubius ac Rhenus, quẽ diebus nostris C. Cæsar pontibus mi-
ro modo iunxit, pedestribusq; traductis copijs, Galatas ultra Rhenum habi Danubius.
tãteis, in potestatẽ redegit. Plures alij nauiũ capaces fluuij existũt in Celtica, Rhenus.
quos breuitatis causa omisimus. Sed hi omnes ferè hyeme congelati, securũ
transitum, iniectis desuper ne labantur paleis, cuntibus præbẽt. Id uerò quod
dictu mirabile, in maiori Galatiæ parte accidit, non uidetur silentio præter-
mittendum, nam æstate ab occidente, septentrioneq; perflant tanta ui, im-
petoq; uenti, ut lapides quantos manus possit continere, à terra rapiat: acue-

luti harenæ lapillorum aceruos haud paruos cumulet. Est ut aliquãdo ab hominibus, arma ac uestes, quando q; assensorẽ ui ab equo auferat. Deniq; tanta est aëris frigiditas, ut neq; uinum ea regio, neq; oleũ producat. Quare co- *Zuthum.* acti homines potum sibi ex ordeo comparant, quem appellant Zuthũ. Aqua etiã qua lauant, & fauo mellis utuntur. Vino præter modũ adeò delectantur, ut à mercatoribus importatum, purum bibant minimoq; potu ebrij, aut in somnum inducant aut insaniam. Quo fit ut mercatores Italici plures quæstu ducti, uinum, tum nauibus, tum per terram curribus deferentes, pincernã *Galatia.* puerum, mercant, p uini amphora. Vniuersa Galatia argẽto caret. Aurum eis absq; opificio aut labore aliquo præbetur natura. Nam quum fluminum decursus, difficilcis flexus habeat superans ripas à montibus fluens, aqua arenam auream passim per campos ejcit. Glebis post modũ in quibus aureum splendet attritis, aquaq; lotis, dempta terra, reliquum in fornacem conjectũ fundunt. Hoc modo liquefacto puróque educto auro, ad ornatum corporis mulieres uirq; utuntur. Etenim & manuum articulos, & brachia armillis aureis exornant. Circa collum insuper grandeis torques gestant, ex solido auro: & in digitos annulos. Thoraces etiam auro exornant. Priuati aliquid etiam ac mirabile superiores certè in deorum templis obseruant, ut in sacris, templisq; plurimum auri dijs oblatum spargãt. Neq; illud incolarum quisquã, *Galatæ.* quamuis gens auro sit auida, propter religionem audet cõtingere. Sunt Galatæ molles atq; albi, corpore oblongo. Comas quamuis habeant natura rufas, studio tamen augent naturæ colorem. Calamistro capillos inflectunt, fronte illos ad ceruicem rejicientes, ut satyris aspectu pueriscq; appareã persimiles. Capillos arte efficiunt grossiores, ut nihil differant ab equorum iubis. Barbam quidam radunt, nonnulli nutriunt, parcè nobiles genas quidem radunt. Barbam uerò adeò sinunt crescere, ut operiant ora. Quo accidit, ut cum edant, repleantur cibo. Quum uerò bibunt, ueluti per canale potus uideatur inferri. Cœnant sedendo omnes, non in sedibus, sed in solo super luporum aut canum stratis pellibus. Ministrant eis pueri iuniores ætate teneri. Iuxta eos ignes fiunt, in quis ollæ sunt, & uetu plena carnibus. Viros bonos, melioribus carnibus honorant: quemadmodum poëta Aiací scribit impensum ab optimatibus honorem, quãdo singulari Hectorem certamine uicit, hospites ad epulas qui sint, qua causa uenerint post cœnam rogantes. Consueuerunt quoq; sumpto cibo ad uerborum, prout casus intulit concertationem surgẽtes, ex puocatiõe certare inuicem, nulla habita uitæ cura. Increuit enim apud eos Pythagoræ sententia: qua dixit animas hominũ esse immortales: rursusq; eas defunctis corporibus post certũ tempus in alia corpora reuersuras. Ob hãc causam in defunctorũ pyram epistolas scriptas quidã conjiciunt, tanquàm eos mortui sint lecturi. In itinere ac pugna bigis utunt, quas rhedarius & assessor ducunt. In bellis obuium hostem iaculo ex curru primũ appetunt,



appetunt, tum relicto curru pedites ensibus certant. Quidam adeò mortem contemnunt, ut pugnent nudi. Custodes corporis ex liberis hominibus pauperes eligunt, qui & pro aurigis in pugna seruiant, & ferant scutum. Instructã aciem præire consueuerunt, & ad singulare certamen fortissimos hostium prouocare, arma ut hostem terreant quatientes. Quum quis strenuè in acie pugnauit, tum maiorum, tum suas laudes ac uirtutes decantant: res hostium deprimũt tanquàm uituperatione dignas. Denique omnis in bello audaces extollunt uerbis. Capita hostium in acie cadentium abscisa, equorum alligant collo. Hostium spolia sanguine perfusa, famulis tradunt in foribus domorũ, cum cantu atque hymnis affigenda: quemadmodum feras solent uenatu captas. Hostium nobiliorum capita aromatibus uncta, in thecis condunt summa diligentia, ostendentes ea hospitibus, nullo q; precio ea uel parentibus uel alijs reddunt. Tradunt eorum rideri nonnullos quòd pro capite tantundem pensi auri, barbaram magnificentiam ostentantes, nequaquàm uelint accipere. Nõ enim bellicæ uirtutis insignia non uendere nobile est, sed cum mortuis pugnare ferum habetur atque agreste. Vestis ad terrorem intonsas ac coloris uarij ferunt: quas illi uocant Bracas. Sagula gerunt uirgata, hyeme *Bracæ.* quidem crassiora: æstate subtilia. Fictilia in usu habent, densa ac floribus distincta. Arma ferunt, scutum ad staturam hominis longum proq; libito cuiusq; ornatum. Quidam in scutis animalium formas æreas, paulum eminentes gestant, & ad ornatum & ad corporis tutelam fabricatas. Aerea galea caput muniunt, paulum eminentiore, in qua aut cornua impressa sunt, aut auium uel quadrupedum effigies sculpta. Tubas habent suo more barbaras, ut quæ asperum sonum & turbulentum reddant. Thorace ferreo utuntur, quidam alij armis à natura datis, nudi pugnant. Pro ensibus ferreas spatas gerũt oblongas, ærea cathena à dextero latere pendentes. Nonnulli tunicas aureis aut argenteis zonis cinguntur. Iaculis insuper bellantur, quæ illi Lanceas uo- *Lanceæ.* cant, ferro cubiti, aut amplius longitudinis, paulominus duabus palmis lato. Enses haud minores sunt quàm apud cæteros uenabula: ac uenabula mucrone sunt quàm ensibus maiora. Hastum rectas habent, tum incuruas, non solum ad corpora cædendum, sed ad perforandum aptas. Aspectu sunt terribiles, uoce graui atq; aspera. Sermone utũtur breui ac sub obscuro, multaq; ex animo dubia loquunt. Plurima ad iactantiam in eorum laudẽ dicunt, & ad cæterorum contemptũ. Minaces sunt ac detractores, opinioneq; inflati, acuti ingenio, & à doctrina minimè alieni. Sunt & apud eos melodiarũ poëtæ, quos appellant Bardos. Hi cum organis ueluti cum lyra cantant, hos laudan- *Bardi.* tes, alios uituperantes. Philosophi quoq; ac theologi quos uocãt Saronidas, *Saronides.* præcipuè ab illis coluntur. Vtuntur insuper diuinatoribus, qui apud eos quũ augurijs et sacrificijs futura prædicent, plurimi existimantur, omni eis obtẽperante plebe. Quum uerò de rebus magnis consulunt, mirabilem, incredibi-

lemq; ſeruant cõſuetudinem, iugulant enim enſe hominem. Quo decidente, tum ex caſu, tum ex membrorum laceratione, tum etiam ex ſanguinis fluxu ex quadam antiqua rerum obſeruatione norunt futura. Eſt apud eos moris nullum abſque philoſopho ſacrificium facere. Exiſtimant enim par diuinæ naturæ conſcios ſacra fieri oportere, tanquàm deis propinquiores. Horum interceſſione bona ab diis cenſent petenda, quorum cõſilio, & pace & bello fruuntur. Poëtæ uerò tanti apud eos ſunt, ut quum extructa acie, exercitus eductis enſibus, iactiſq; iaculis propinquant, non ſolum amicis, ſed hoſtes quoque eorum interuentu à pugna cõquieſcant: ita apud agreſtiores barbaros ira cædit ſapientiæ. Et Mars reueretur muſas. Nunc quod à multis ignoratur ſcribetur.

*Poëtæ.*

## DE CELTIS, GALATIS, GALLOGRAECIS, ET CELTIBERIS.

*Celtæ.* *Galatæ.*

VLTRA Maſſiliam qui mediterraneas regiones, quiq; iuxta alpeis & mõteis Pyreneos incolũt Celtæ appellantur. Vltra hos qui ad notum oceanum uerſus pertinentes oras & Ericinum montem, quique deinceps ad Scythiam uſque habitãt, dicuntur Galatæ. Quas omnis genteis communi nomine Romani Galatas appellant. Eorum fœminæ non tantum corporis magnitudine ſunt uiris ſimiles, ſed etiam robore. Pueri ut plurimum cani ſunt, ætate prouecti, colorem paternum aſſumunt. Eorum qui ſubtus arctum habitant quiq; Scythiæ ſunt propinqui, utpote cæteris agreſtiores, nonnulles aiunt humanis carnibus ueſci, quemadmodũ & hi qui eam Britanniæ partem, quæ Iris dicitur habitant.

*Iris regio.*

Horum fortitudine, feritateq; diuulgata, tradũt eos qui priſcis temporibus omnem fermè Aſiam diſcurrentes Cimmerij dicebantur, ipſos eſſe qui paulo pòſt corrupto nomine Cimbri ſint appellati. Iam priſco more, dant latrociniis operam, rapientes aliena, cæteris omnibus contemptis. Hi ſunt qui Roma capta, quũ Delphici Apollinis templum ſpoliaſſent, magnam Europæ partem, non paruã Aſiæ tributariam fecêre: agris eorum quos ſubegerant poſſeſſis. Qui in Græciã tranſierunt, Gallograeciſunt nominati. Poſtremò plureis magnosq; Romanorũ exercitus attriuerunt. Pari ſuæ feritati impietate in deorum ſacrificiis abutuntur. Noxios enim quinquennio ſeruatos, ſudibus affixos, diis ſacrificant, cumq; aliis primitiis ſupra ingenteis pyras immolant. Captiuos quoq; ſacrificant diis. Quidam de hoſtia capta animantia, unà cum hominibus interfecta, aut in ſacris comburunt, aut aliis afficiunt pœnis. Quum mulieres habeant ſpecioſas, ad mareis tamen præter modum ſunt cupidiores. In ferarum pellibus humi dormientes, exutroq; latere excubitores habent. Illa admiranda eorum impudentia, quòd ſpeciem corporis facilè aliis offerunt in propatulo, neque hoc turpe ducunt: quin potius ignauũ putant

*Cimmerij.* *Cimbri.*

*Gallograeci.*



putant abnuere gratiam oblatam, ſed de his hactenus. Nunc Celtiberos recenſeamus. Hyberi quondam, Celtæq; pro agris bello certantes, pace demum conſtituta, communicataq; inuicem patria, mutua connubia permiſcent, dicuntur hac rerum communione id nomẽ ſortiti. Duæ igitur robuſtæ nationes in patria fertili coniunctæ effecêre ut magnum eſſet Celtiberorum nomen. A Romanis poſtmodum certè multopòſt tempore bello cùm eis geſto, uix tandem ſubacti ſunt. Non enim equites, ſed & pedites aptos bello robore, malorumq; tolerantia cæteris excellentiores habent. Breui utuntur ueſte ac nigra, lanam habente ſimilem caprarum pilis. Armantur Celtiberorum quidam ſcutis leuibus: alij rotundis umbonibus, magnitudine clypeij. Cruribus ocreas ex pilis factas aduoluunt. Galeas ferunt æreas, criſtatas palmis. Gladios inſuper ex ferro puro, ad palmi menſuram, quibus inconſerta utuntur pugna. Ferrum ſuo more ad conficienda arma præparant. Nam ferreas laminas in terram abſcondẽtes, ibi tam diu eſſe ſinunt, quoad debilioris parte ferrugine abſumpta, ualidior ſuperſit. Ex eo tũ enſeis fortiſſimos, tum cætera ad belli uſum arma neceſſaria componunt. Hoc pacto fabricata adeò cædunt omnia, ut neque ſcutum, neque galea, neque aliud quid eis obſiſtat. Duobus gladiis fulti quum equeſtri certamine ſuperiores euaſerint, ex equis deſiliunt, pedeſtrem adiuuant pugnam. Mirabilis apud eos uiget conſuetudo. Nam quũ inuictis munditia elegãtes exiſtant, una in re uidentur immundi, & ſpurcitie pleni. Vniuerſum enim corpus lauant urina, denteisq; fricant: hanc optimam corporis curam exiſtimantes. Erga nepharios homines atq; hoſteis crudeles ſunt, cum aduenis humani atque hoſpitales. Aduenienteis enim externos, benignè hoſpitio recipiunt: adeò ut æmulatione quadam inuicem pro illorum honore certent. Quos aduenæ ſequũtur, hos laudant, amicoſq; deorum putant. Nutriuntur affluenter uariis carnibus, potum ex melle conficiunt, eius copiam præbente affatim patria. Vinum emptum bibunt, mercatorum opera aduectum. Ex propinquis gentibus gratior eſt eis Vaccæorum natio. Hi enim annis ſingulis ſortitos inter ſe agros colunt: fructuſq; cum cæteris communicant, cuique ſua portione præbita. Quod ſi quis quid agricolæ abſtulerit, eueſtigiò mulctatur morte. Celtiberorum fortiſſimi habentur, qui appellantur Luſitani. Peltas in bello paruas ex neruis confectas, quibus tegatur corpus, habent. His in bello ea agilitate utuntur, ut & ictus & ſagittas euitent. Iaculis ferreis hamatiſq; utuntur. Galeam, enſemque more Celtiberorum ferunt. Iaculum longè iaciũt & ſumma arte. In acie diutius perſeuerant, mobili corpore, leuiq;, ut facilè & fugiant hoſtem, & inſequantur. In perferendis periculis ſuperantur à Celtiberis. In pace choreas leui ſaltu exercent, cum quadam crurum agilitate. Bella ad numerum aggrediuntur: pœna, quum hoſti obuiãt cantãdo. Hyberi, Luſitaniq; ætate inte-

*Celtiberi.* *Enſes optimi.* *Vaccæi.* *Celtiberi. Luſitani.*

gra, præsertim inopia oppressi, qui robore præstant atq; audacia, in montibus asperis, manufacta diuersis per Hyberiam locis, latronum more, leui armatura, agilíq; corpore, ueloces discurrunt. Populatisq; agris ad monteis, ueluti tutam patriam, quum locorum asperitate, nullus eò exercitus adire possit, confugiunt. Aduersus hos profecti cum exercitu sæpius Romani, eorum audaciam represserunt: latrocinia nequaquàm tollere potuêre. Sequitur ut de argẽto quod plurimum apud Hyberos optimumq; effoditur, quodq; multum utilitatis incolis affert, scribamus. Dictum est à nobis libro superi-

*Pyrenei montes.*

ori, in Herculis gestis, Hyberiæ montes qui Pyrenei uocantur, & altitudine & magnitudine longè alios excellere. Nam à mari quod ad meridiem iacet, usque ad oceanum fermè ad arctos situm, Galatiam ab Hyberia diuidunt: per Celtiberiam quoque protenduntur stadijs tribus millibus, in quibus quũ sint frequentes syluæ, feruntur priscis temporibus igne à pastoribus iniecto, montanas omneis regiones fuisse combustas. Qua ex re monteis aiunt cognominatos Pyreneos. Ardẽtes continuis diebus plures ex montibus argenti puri riuuli flammarum ui effluxêre. Quod incolis ignotum, Phœnices mercatores, uili rerum permutatione emptum, in Græciam, Asiamq; ac nationes cæteras deferentes, magnas ex eo cõmercio opeis contraxerunt. Adeò autem mercatores quæstus excitauit cupiditas, ut quum onustis nauibus superaret argẽtũ, amoto ab anchoris plumbo, argentũ eius loco subderẽt. Hoc lucro Phœnices admodum opulenti facti, plureis colonias, tum in Sicilia, propinquasq; insulas, tum in Lybiam, Sardiniamq; ac Hyberiam destinarũt. Multis post seculis, cognito argento, Hyberi metallis quærendis operam de-

*Vectigalis proditio.*

dere: magnaq; optimi argenti copia reperta, ingens ex ea uectigal prodijt. Quũ æs, aurum, argentũq; sint metalla præcipua, qui in reperiẽdo ære dant operam, quartam eius quod effodiunt portionem capiunt. Eorum qui in argento effodiendo occupantur, quidam tribus diebus Euboicum percipiunt talẽtum. Terra enim omnis argẽto referta est, ut mirabilis sit & eius patriæ natura, & operariorum continus labor. Nam qui primum his metallis reperiendis incumbebãt, magnas contrahebant diuitias. In promptu enim est argentum, terra abundè illud præstante. Postea quum Romani Hyberiã subegissent, Italici qui lucri cupiditate id sibi opus sumpsere, maximè ex eo ditati sunt. Emptam enim seruorum copiam, ad effodienda metalla deputant. Qui uarijs locis metallorum uenas scrutati, ac altè latéque terra effossa, plurimum auri, argentiq; eruunt, uarijs multorum stadiorum cuniculis sub terram actis. Multò facilior, quæstuosiorq; hæc cura, quàm metallorum, quæ apud Atticos reperiuntur. Ibi enim multas effodiendo impensas subeũt, sæpius opinione frustrati: quum aut non inueniant quod quærũt, aut inuen-

*Hispaniæ metalla.*

tum ita parui sit, ut superetur à sumptu. Apud Hispaniã qui metallis incumbunt reperiendis, ampliora spe percipiunt. Bonitate quippe soli, glebas semp auro



auro argentoq; fertileis inueniunt: utpote omni terra metallis plena. Subtus terram reperiuntur nonnunquàm flumina decurrentia, quorum cursus spe quæstus ui magna recidunt: aut quod mirabilius uidetur cochleis, quas dicunt Aegyptiacas, diuertunt Archimede, quũ in Aegyptum profectus esset adinuentas, eiusmodi instrumentis loca, ubi metalla effodiũtur, electa superius aqua, summa arte diligentiaq; exiccant. Mirabitur profectò quis Archimedis ingenium, non solũ in his, sed in cæteris quoq; maioribus rebus, quas multis in orbis partibus egregias fabricatus est, de quibus scribetur diligentius, quum ad eius tempora ueniamus. Serui qui ad hæc metalla deputati sunt, incredibilem quæstum afferũt dominis. Verum quum die noctuque in labore perseuerent, multi ex nimio labore moriuntur: quum nulla eis ab opere detur requies, aut laboris intermissio, sed uerberibus ad continuum opus coacti, rarò diutius uiuunt. Robustiori quidem corpore, & animi uigore, plurimum temporis in ea uersantur calamitate, quibus tamen ob miseriæ magnitudinem, mors est uita optabilior. Quum plurima in hoc metallorum munere, sint admiratione digna, nequaquàm tamen quis admiretur, quur nullus recens horum reperiendorum auctor extiterit, uerum argenti studio à Carthaginiensibus quo tempore Hyberiam tenuêre ea metalla adinuenta sunt. Hæc fuit causa ut eorum postmodum excrescerent uireis. Precio enim optimis militum conductis, plura gesserunt aduersus hosteis bella. Neque domestico, neq; sociorum militeusi, Romanos, Siculosq; ac Lybios in maxima deduxerunt pericula. Quum omnes diuitijs, ob auri, argentiq; copiam superarent, perspicaces sanè ut uidentur priscis temporibus extitêre, adquæstum fœlices. Itali nullis alijs cessêre. Oritur & stagnum in pluribus Hyberiæ locis, non casu repertum, ut quidam scriptores uulgarunt, sed effossum, conflatumq;, quemadmodũ argentum atque aurum tradunt. Nam supra Lusitaniam plurimum stagnum effoditur, in insulis Oceani, Hyberiæ proximis, quæ à stagno Cassiterides denominãtur. Plurimum tamen à Britannia insula, ad oppositam Galliam affertur. Deinde per loca mediterranea Celtici mercatores, equis per Massaliotas ad Narbonam urbẽ, Romanorum coloniam, optimum earum partiũ, tum oportunitate, tum commoditate aduentium emporium perducunt. Sed de Gallis ac Celtiberis hactenus. Nunc ad Ligures transeamus. Hi patriam habitantes asperam, ac omnino sterilem, plurimo labore, cõtinuoq; uitam duram agunt. Nam multis arboribus oppleta regione, quidam cædendæ materiei, quidam subigendo agro, lapidum asperitate, cultu difficili, uacant: ita enim terra lapidosa est, ut gleba absque saxo nequeat effodi. Huic uitæ ærumnosæ natura assueti, licet multo in labore uersentur, parum tamen percipiunt emolumenti. Continuum autem exercitium, & uictus parcitas, corpora eorum macilenta efficit ac robusta. Mulieres quoq; uirorum labores perferunt,

*Coclea Aegyptiaca, Archimedis inuentũ*

*Carthaginiensiũ opes unde.*

*Cassiterides.*

*Ligures.*

ferunt, assuetæ uiuà cum uiris opus facere. Venationibus continuò uacant, captisq; feris, fructuum inopiam sustentant. Niuibus insuper, montanisq; asperitatibus assueti, agiles corpore, ac ualidi redduntur. Nonnulli messis raritate, carnes partim domesticas edunt, partim ferinas, aqua in potum sumpta. Oleribus utunt, prout fert regio, ut ad quos neq; Ceres adierit, neq; Dionysius, præ cæteris dijs hominibus utiles. In terra cubant ut plurimum, rari sub tecto aut in tugurijs iacent. Plures ad caua saxa, speluncasq;, ab natura factas, ubi teganr corpora, diuertunt. Hoc pacto prisco more, absq; apparatu aliquo uiuunt. Deniq; mulieres uirorum, uiri ferarum robur, & uireis habet. Asserunt in bellis sæpius uegetum Gallum, ab gracili, macilẽtoq; Ligure ex prouocatione, singulari certamine uinci. Arma habent leuiora quàm Romani. Operiuntur corpora scuto longo, ad formã Galaticorum facto, tunicaq; succincta. Armantur etiã ferarum pellibus ac ensi mediocri. Quidã Romanorum consuetudine, quos in ea re imitati sunt, arma immutarunt. Feroces sunt & acuti ingenij, non in bello solũ, sed & incõmuni uita. Mercaturam exercent, nauigantes per Sardoncium, Lybicũq; pelagus, sponte se grauibus maris periculis obiectantes. Scaphis emi, haud satis more cæterarũ nauiũ præparatis, nauigãt: quo fit ut imminẽte tẽpestate, grauia subeãt uitæ discrimina.

## DE TYRRHENIS.

*Tyrrheni.* TYRRHENI, super est enim ut de his loquamur, fortitudine egregij, magno potiti imperio, ciuitates condiderũt plureis atq; opulentas. Classe quoq; potentes, cum diutius mari imperitassent, Italum pelagus, Tyrrhenum abse denominarunt. Pedestri quoq; exercitu præualidi, tubam primi adinuenerunt & bello admodum utilem & ab illis Tyrrhenum appellatam. Duces exercitus pluribus insignibus decorarunt, lictores illi eburneam sellam, togam purpureã adijcientes. Domibus addiderunt porticus, in quis seruorum concurrentium turba diuerteret, quæ imitati postmodum Romani, inq; melius aucta, ad suam rempub. transtulêre. Litteris quoque, & rerum naturalium inuestigationi, ac theologiæ plurimo tempore impenso, præcæteris in fulgurum interpretatione uersati sunt, adeò ut nostra quoque ætate uniuersus fermè orbis, tum admiretur uiros, tum fulgurum interpretibus utatur. Patriam uberem incolunt, quam studio, curaq; efficiunt fertiliorem. Mensa bis in die sumptuosè præparata; omnia quæ ad epularum delitias pertinent, abundè subministrant. Stragulas insuper uestes, floribus distinctas, poculaq; aurea uarij generis, ac ministrorum, seruorumq; numerum permagnum in usu habent, multiplices ubi non solum serui famulantur, sed etiam liberi plures. Postremò priori uirtute abiecta, potui se atque ignauiæ tradentes, haud iniuria partam maiorum suorum in



rum in bellis gloriam amisere. Non autem eos parum ad delitias impulit patriæ fertilitas, quæ fructifera rerum copia ad inertiam, uoluptatemq; traduxit. Sunt Tyrrheni campi lati, collibus distincti, cultiq; admodum solo fertili, ut qui aquis nõ hyemis tantũ, sed æstatis quoq; tempore abundent. Nunc insulas meridiem uersus in oceano Arabiæ, quæ ad orientẽ spectat, terminat autem ea, quæ dicitur Cadrosia, positas referemus. Ea Arabiæ portio pluribus pagis, urbibusq; haud ignobilibus incolitur, quarũ aliæ eminentibus in collibus sitæ sunt, aliæ in tumulis aut patentibus campis. Regias habẽt, quæ insigniores sunt, admodum sumptuosas, frequentibusq; habitatoribus satis opulẽtas. Omnis ea patria pascuis, uarijq; generis pecoribus plena est. Flumina insuper per eam decurrentia, campos irrigant: quo redduntur fertiliores: ideo quæ pars Arabiæ alijs ubertate præstat, Fœlix est appellata. Ei regioni, quæ oceanum iuxta est, plures apponuntur insulæ, quarũ tres merent literis commendari. Vna in qua non licet sepiliri uita functos, Sacra dicitur. Altera huic propinqua est, stadijs septem, ad quam deferunt sepelienda corpora. Sacra fructibus caret, præterquàm thure: quod in ea adeò excrescit, ut per uniuersum orbem satisfaciat deorum sacris. Fert etiam myrrham plurimũ, & alia uarij generis aromata odorem præbẽtia. Thus percipitur hoc pacto. *Thuris collectio.* Arbor est magnitudine parua, aspectu spinæ Aegyptiæ, albæ. Folia arboris, quæ Cithea dicitur, similia. Flos colore croceo. Thus ab arbore quemadmodum lachryma emanat. Myrrhæ arbor lentisco æqualis est, foliũ frequentius tenuiusq;. Fluit autem effossa ab radicibus terra, in solo ubere. Bis in anno fructum reddit, uere atq; æstate: sed rubeum uere, propter rorem, æstate album. Colligunt autem Paliuri semen, quo cibo potuq; utuntur & ad uentris fluxum. Varij est usus ea omnis regio, sed optimam rex possidet, concessa ei decima omnium insulæ fructuum parte. Insulæ latitudinem ducentorũ stadiorum esse aiunt. Incolitur à Pancheis, qui & thus & myrrham, incontinentem ferunt, uendentes Arabis mercatoribus: à quibus alij precio sumptas in Phœnicem, Syriam & Aegyptum transuehunt, inde à reliquis orbis mortalibus importatur. Est & tertia magna insula, haud amplius trigínta stadijs ab hac remota, ad orientalem oceanum spectans, plurium stadiorum longitudine, ab eius promontorio, quod ad occidentem uergit, elati ora in die loca tradunt aspici. Sunt in Panchea, quæ historiæ mandentur digna. Habitant eam indigenæ, qui dicũtur Panchei, externi præterea Indi, Schytæ, Cretes, *Panchei.* Oceano aducti. Ciuitas est in ea perpulchra nomine Panara admodum fœlix. *Panara.* Qui in ea habitãt ministri Iouis, Triphilij dicuntur. Soli enim ex his, qui *Iuppiter.* Pancheam oram incolunt, suis uiuunt legibus liberi absq; rege. Annuos tamen sibi principes creant tres, quorum iudicio, mortis excepta pœna, singula, ita tamen ut res maximas ad sacerdotes referant, permittuntur. Ab hac urbe stadijs sexagínta, Iouis Triphilij abest templum, in campestri positũ loco,

quod tum uetuſtate, tum ædificij magnificentia, tum natura loci, mirabile habetur. Agri circa templum diuerſis arboribus pleni ſunt, & fructum & uoluptatem uiſui afferentibus. Cypariſſis enim ingentibus, platano, lauro, myrtho, abundãt, quibus augmentum præbet terra ſcaturiẽtibus aquis irrigua. Ex agris templo propinquis, adeò ingentes dulcis aquæ fontes manant, ut flumen efficiant nauigijs aptum. Ex his diuiſa in multas oras aqua, reddit arbores altitudinis præcipuæ, quarum ſub umbra æſtatis tempore calorem homines uitant. Diuerſæ inſuper uarij coloris aues, quæ in arboribus nidificãt, tum ſuaui aurescantu, tum uiſum oblectant. Horti præterea plurimi, pratáq; multiplicibus herbis, floribuſq; uirentia, decorum aſpectum reddunt, dijs locũ dignum. Palmæ ingenti magnitudine etiam uberes fructu, nuces quoq; fertilem cibum incolis præbent. Præter hæc uites in altum elatæ, multiplici palmite, patriam efficiunt fertiliorem. Templum ingens ex albo ædificatum lapide, magnis, ſculptiſq; ſuffultum columnis, duorum iugerum longitudinem, cui æqua eſt latitudo, complectitur. Permagnæ deorum ſtatuæ ſumma arte fabrefactæ, templum exornant. Circum uerò ſacerdotes, quibus ſacrorum cura demandata eſt, domos habent. Eſt quoq; templum iuxta circus longitudinis ſtadiorum quatuor, latitudine iugeri. Ab utroq; circi latere, ſigna ænea ingẽtia ſita ſũt, quadrata baſi, in eius fine, ex uberibus fontibus, fluuius quem diximus colore albo, profluit. Appellant autem hoc flumen Solis aquam: quæ potu ſumpta, plurimum confert ad corporis ualitudinem. Circundant omnem fontẽ margines, ex lapide ſumptuoſo, ab utroq; latere, ſtadijs quatuor, uſq; ad marginis extremum: nulli præter ſacerdotes ire fas eſt. Ager qui circum adiacet, ſtadijs ducentis, dijs ſacer eſt: cuius uectigal in ſacrificijs conſumitur. Hos ultra campos mons eſt excelſus dijs dicatus, quem Cœli ſedem appellant, Olympumq;, Triphilium. Ferunt enim olim Cœlum orbi imperantem cum ad hæc loca diuertiſſet, ex eius montis cacumine cœlum & ſtellam contemplaſſe, ac deinceps Olympum Triphilium. Quoniam externas in eo genteis, ſed urbeis quoq; eorum Ardenam, Loiam, Aſteruſam deleſſet, ſacra inſuper in eo monte inſtituiſſe, quæ ſacerdotes caſtæ annis ſingulis celebrarent. Poſt hunc montem in alia Pancheæ ora, uarij generis ſunt animantia. Elephantes plurimi, leones, pardali, damæ, diuerſaq; præterea animalia, tum aſpectu uario, tum robore miranda. Habet præterea ea inſula treis nobiles urbeis: Hyracidam Dalidam, Oceanidam. Regio omnis fructifera, ſed uini maximè abundans. Viri bello apti, curribus in bello utuntur more priſco. Politia eorum trifariam partita eſt. Primum locum ſacerdotes tenent, quibus adduntur artifices. Secundum agricolæ habẽt. Tertiũ milites, quibus paſtores adijciuntur. Sacerdotes omnium ſunt duces, quibus & controuerſiarum iudicia, & publicarum rerum arbitria permiſſa ſunt. Ruſtici agros colunt, fructus omnis in commune conferentes. Qui ex eis optimè uiden-

*Solis aqua.*

*Cœli ſedes.*



me uidentur agro colendo uacare, hi uſq; ad numerum decem, ad cæterorũ exhortationem diſtribuendorum fructuum iudices ab ſacerdotibus legũtur. Paſtores, tum ea quæ ad ſacra pertinent, tum reliqua in publicum, alia numero pondere, alia cum omni ferunt diligentia. Nil enim priuatim cuiuſquàm eſt, domo atq; horto exceptis, ſed tum uectigalia tum cætera ſacerdotes percipiũt: æquè illa cæteris prout uſus fuerit diſpartientes; ipſis duplum conceditur. Veſtibus induuntur mollibus: oues enim apud eos plurimum ab alijs differunt mollitie. Ornamenta aurea, non tantum mulieres, ſed etiã uiri deferunt, torquibus collum ornãtes, armillis manus, aureis more Perſarum inauribus, pedes nouis ac uarij coloris calceis. Milites patriam armis tutantur. Pars enim quædam eius oræ, à latronibus qui agricolas per inſidias capiunt, infeſta eſt. Sacerdotes ultra reliquos delicijs uacant, uitã ducẽtes mundam ac ſumptuoſam. Stolas lineas maximè tenueis, ac delicatas, quandoq; uerò ueſteis ex molliori lana contextas induuntur. Mitras inſuper geſtant auro intextas. Sandalijs pro calciamentis uarij coloris utuntur, ſumma arte factis. Ferunt & aurea, mulierum more, præter inaureis, ornamenta. Hi maximè deorum incumbunt curæ, hymnis & laudibus eorum geſta recenſentes. Narrant ſacerdotes genus eorum manaſſe à Creta, ab Ioue ductum, quum in Panchearn uenisſet, quo tempore inter homines uerſatus, orbi imperitauit. Horũ coniecturam ex ſermone ſumunt, quũ multa pene eos uerbis Cretenſium dicantur, beneuolentiamq;, quàm erga Cretenſeis habent, tradita illis à maioribus huius rei memoria à parentibus cœpiſſe. Oſtendunt præterea horũ ſcripta quædam ab Ioue relicta, quo tempore templum conſtruxit. Referta eſt etiam ea patria auro, argento, ære, ſtagno, ferro: quorum nil extra inſulam aſportari licet, neque uerò ſacerdotibus extra locum ſacrum proficiſci fas eſt. Vltrà deprehenſum, interfici licet. Dona plurima aurea, atque argentea, dijs à longo tempore oblata, in templo ſeruãtur. Valuæ eius ſtructura mirabili, auro, argento, eboreſunt decoræ. Dei lectus, ſex eſt cubitorum longitudine, quatuor latitudine, aureus torus opificio ſplendido, ac uenuſto. Simili modo & dei menſa, tum magnitudine, tum pari impenſa, ſplendoréque iuxta lectum poſita. Huius in medio eſt & alter lectus, ex auro permagnus, ſacris Aegyptiorum literis inſcriptus: in quis Cœli & Iouis geſta, deinde Dianæ ac Apollinis à Mercurio ſcripta, continebantur.

*Sacerdotum termini.*

## DE INSVLIS GRAECIAM ET PELAGVS AEGEVM SPECTANTIBVS.

INSVLAS Oceani Arabiæ oppositas, quũ recensuerimus, nunc ad eas transeamus, quæ Græciam, Aegeumq; pelagus spectant, initium earum à Samothracia sumentes. Hanc nonnulli Samon uocitatam priscis temporibus tradunt. Deinde ab anti
*Samon.* *Samothracia.* qua Samothracia insulæ ppinqua, Samothraciam dictam. Habitarũt eam prius Aborigenes, quum eorum qui in ea primum fuêre, tum homines, tum duces, nullæ nuptiæ ferantur. Quidam aiunt priscis temporibus insulã uocatam Samum ab incolis, qui ex Samo ac Thracia eò profecti sunt, dictã Samothraciam. Sua olim lingua Aborigenes usi sunt, cuius multa uestigia insa
*Diluuia duo.* cris ad nostrã usq; ætatem perdurant. Tradunt Samothraces ante Deucalionis diluuium, aliud quoq; antea magnum apud eos extitisse. Id primum ab ostio Cyaneo, deinde ab Hellesponto erupisse. Ponti enim pelagus, in modum stagni fluminum incursu, aquarumq; inundatione adauctum, adeò supra modum in Hellespontum effluxit, ut Asiæ magna pars secus mare sita, fuerit diluuio absumpta. Plana quoq; Samothraciæ ora, crescente mari uastata est. Qua ex re posteri piscatorum nõnulli iactis retibus, quædam columnarum lapidea capita in terram traxêre, tanquàm ciuitatibus aqua submersis, homines ad altiora insulæ loca confugerint. Decrescente deinceps mari, accolas uota dijs fecisse, salutemq; consecutos, circum insulam salutis terminos statuisse tradunt. Erexisse quoq; aras, in quibus nunc usq; sacrificatur, ut palàm sit ante diluuium eam insulam habitatam. Postmodum ortum in ea
*Saona.* ferunt Saona ex Ioue ac nympha, ut quidam uolunt, ut alij ex Mercurio & Rhea, qui populũ dispersum in unũ congregans, inditis legibus, Saona ab insula uocatus est. Hic populũ in quinq; tribus partitus, cuilibet indidit filiorũ
*Dardanus.* *Iasius.* *Harmonia.* *Dardania.* nomen. Tradunt eo tempore ex Ioue ac Electra Dardanum, Iasium & Harmoniam ortos. Dardanus uir prudens, in Asiam nauigio transuectus, urbem Dardaniam condidit, cõstituto regno quod posteri Troiam appellarũt. Populos sibi subditos, Dardanos uocari iussit. In multas præterea gentes has, imperio diffuso, Dardanos in eis pro Thracibus locauit. Iouem uerò aiunt quum uellet filiorũ alterum honore insignem esse, docuisse eum initiandi cerimonias, quas haud fas est facere nisi initiatos. Videtur autẽ hic primus ho
*Cadmus.* spites initiasse, éxque ea re cerimonias reddidisse celebriores. Cadmum deinceps Aegenoris Europam quærentem, quũ ad eos peruenisset, perceptis cerimonijs,
*Harmonia.* Harmoniam duxisse uxorem Iasij, non ut Græci fabulantur Martis sororem. Has nuptias à dijs primum celebratas ferunt, Cererem q; in gratiã Iasij ei ex frumento panem attulisse. Mercurium lyram, Palladem decantatum



tum monile, peplum ac tibias. Electram uerò magnæ deorum matris sacra celebrari ostendisse, cum cymbalis ac psallentium tympanis. Et Apollinem quippe cithara usum, & Musas tibijs, cæteros deos plausu nuptiarũ iucunditatem auxisse tradunt. His actis, Cadmus iuxta oraculi responsum, condidit in Boëtia Thebas. Iasius sumpta uxore Cybele, genuit Corybantum. Verum *Thebæ.* ad deos translato Iasio, Dardanus, Cybeles ac Corybantus, sacra deorũ ma- *Iasius.* tris in Phrygiam detulerũt. Ceres primò nupta Olympo, genuit Alcem, de- *Cybele.* amq; Cybelẽ ab se nominauit. Corybantus eos qui matris sacrificijs incum- *Corybantus.* bebant, appellauit ab se Corybantas. Despondit quoq; Theben Cilicinatam. *Ceres.* Tibias insuper inde in Phrygiam traduxit, ac in Lyrnesum Mercurij lyram, *Olympus.* ab Achille postmodũ sublatam. Ex Iasio præterea ac Cerere Plutonem fabu- *Corybantes.* læ natum uolunt, uerum constat frumenti copiam in nuptijs Harmoniæ ob *Iasius.* Iasij beneuolentiam dono datam. Quæ de eiusmodi cerimonijs singulatim *Pluto.* traduntur, in archanis seruantur, solis initiatis nota. Vulgata est horum Deorum præsentia, atq; in periculis mirabile præsidiũ ipsorum inuocãtibus numen. Effici quoq; asseuerant horum mysteriorum participes, iustiores, magis pios, & prorsus meliores uiros. Ideoq; uetusti heroës, ac semidei, qui præclari fuêre initiari sumopere cupierũt. Nam Iason, Castor Pollux, Hercules, Orpheus: his initiati sacris, fortunati in bello horũ deorũ fauore extiterunt.

## NVNC AD NAXVM VENIAMVS.

HANC primum Strongylem dictã, habitarunt, ex huiusmodi *Naxos.* causa Thraces. Fabulantur Boreos pueros fuisse Butem ac Ly- *Strongyle.* curgum, non ex eadem matre fratres. Butes qui iunior erat, quũ *Butes.* insidias parasset fratri, re palàm facta, nil asperius Lycurgus *Lycurgus.* egit, quàm ut unà cum insidiatoribus nauigijs sumptis, Butes nouam patriã cogeretur quærere. Itaq; Thracibus periculi socijs assumptis, per Cycladas ad insulam Strongylem profectus, nauibus nauigantes prædari cœpit. Quũ raræ apud eos essent fœminæ, multas ex alijs locis mari raptas aduexêre. Cycladum quædam omnino desertæ erant, quædam paucis incolis fulctæ. Qua propter alias regiones prædandi gratia petentes, quũ ab Euboia arcerentur, ad Thessaliam nauigarunt. Vbi in continentẽ descendens Butes, casu in sacer- dotes Dionysij, circa montem Arcadiæ, qui dicitur Dryos, orgia celebrãtes, *Dryos.* incidit. His conspectis, quædam abiectis in mare sacris confugerũt: aliæ montem propinquũ petiuêre. Coronis rapta ad Butis concubitum compulsa est. *Coronis.* Quod illa molestius ferente, quum Dionysij auxiliũ implorasset, Butes in insaniam uersus, in puteum se dejciens expirauit. Reliqui Thraces alijs mulieribus raptis, in quis clarior fuit uxor Aloëi Iphimedea, eiusq; filia Pancratis in *Iphimedea.* insulam sunt reuersi. Hic Thraces loco Butis alium regem insulæ præfecerũt

Pancratis. Agassomenum, cui Pancratidem Aloëi filiam, præstante pulchritudine, matrimonio iunxere. Verum antequàm regi desponderetur, duces eorum præcipui, Sicœlus atq; cæteri pro Pancratide mutuis uulneribus dissensione inter

Agassemenus. Aloëus. Othus. eos orta conciderunt. Agassomenus amicorum cuidam nuptui Iphimedeã dedit. At uerò Aloëi Ephialtes, atq; Othus filij ad inuestigandas uxorẽ filiãq; missi, quũ in Strongylem pueniissent, Thracibus bello subactis, urbeq; obsessa, defuncta postmodũ Pancratide, in insula Thracibus imperantes, man

Dia insula quæ Naxos dicitur sere, appellarunt q; insulam Diam. Orta postmodum inter eos regni contentione, quum ad certamen descendissent, multis utrinq; cadentibus, mutua oc cubuerunt cæde. Ab incolis postea tanquàm heroës culti Thraces qui supfuerunt, quũ annis postea ducentis in suam tenuissent, siccitate urgẽte eam de

Leucippus. Merdeus. Theseus. Ariadne. serere, coacti sũt. Cares deinceps ex Lamia aduecti insulã possederunt, quibus Naxus Polemonis imperãs, p Dia ab se cognominauit Naxon. Hic uir bonus ac præclarus filium reliquit Leucippũ. Ex quo ortus filius Merdeus imperauit insulæ. Theseus postmodum ex Creta cum Ariadne profectus in ea permansit insula. Qui quum per somnium Dionysium sibi nisi Ariadnem reliquisset minitãtẽ uidisset, timore perculsus muliere omissa, ex insula discessit.

Dryos. Dionysius noctu sumptam Ariadnen in montẽ tulit, qui appellatur Dryos. Et is primum euanuit, ut deus, tum quoq; Ariadne non amplius uisa est. Ferunt Naxij hunc deum apud eos nutritũ, ob eamq; rem insulam sibi acceptissi

Nysiada. Coronis. mam esse. Nysiadamq; à nonnullis dici. Nam Iouem eorum fabulæ trãdunt, Semele ante partum fulmine icta, sumptum in fœmore infantem, ut clàm Iunone esset, usq; ad pariendi tempus abscõdisse: inq; Naxo insula natum Phi liæ Coronodi, Cliediq; loci nymphis præbuisse educandum. Fulminasse autẽ ante partum Semelẽ, ut non ex mortali, sed ex duobus dijs ortus eue stigiò fie

Xerxes à Naxijs relictus. ret immortalis. Incolis uerò ob Dionysij nutriẽdi curam gratiæ redditæ, fœlicitate insulæ, & ut classe præstarent præbita. Nam primi ab Xerse deficientes, & classe eum oppugnarunt, & apud Plateas in acie opera eorum insignis fuit. Vina præterea habent præcipua, inditium haud paruum dei erga insu

Sime Cithonius. lam affectionis. Hanc Simen ante dictam, quum esset cultoribus deserta primum, cum Triopo aduecti aduenæ habitarunt. Horũ duces Cithonius, Neptũni filius ac Simes, à quo & insula id nomen sortita est exiterunt. In ea

Nireus. postmodum regnauit, addita Cnydiæ parte, Nireus Charopi atq; Aglaiæ filius, speciosus admodum, qui cum Agamẽnone ad Troiam profectus est. Cõfecto Troiano bello, insulam cœperunt Cares, quo tempore plurimum marí poterant. Hi siccitate ingruente, fugiẽtes ex insula, locum quem Vranium dicunt habitarunt. Sime mansit deserta, quoad Lacedæmonijs Argiuisq; ad

Nausus. Zuchus. eam insulam transeuntibus habitata est. Quidam Nausus nomine, qui antea cum Hippoto uenerat sumptis uoluntarijs colonis, in Simen tunc inhabitam primum transijt. Deinde nonnullos, duce Zucho eò nauiganteis, communicata



municata cum eis insula suscepit. Eam coloniam à Cnydijs ac Rhodijs deductam ferũt. Calydnam uerò ac Nysiram olim à Caribus possessas, Tattalus postmodum Herculis tenuit. Amphitus deinde. Philippusq; Coorum regis filij ad Ilium ab his insulis nauigantium duces fuêre. Tum uerò à Troia quatuor Agamẽnonis nauibus ad Calydnam aduecti, immixtiq; accolis, ibidem permansere. Priscos Nysiræ incolas terræmotus absumpsit. Peste deinceps afflicta insula, eò coloniam misere Rhodij. Carpathon primi inhabitarunt quidam Minois milites, quo tempore Græcorum primus maris imperio potitus est. Multis postmodum seculis Ioclus Dimoleontis, Argiuus genere, iuxta certum responsum coloniam in Carpathum deduxit. Carpathos.

## DE RHODO INSVLA.

Rhodos. Telchines. RHODVS insula primum inhabitata est ab his, quos Telchines appellãt, secundum fabulas maris filios. Fertur sanè eos unà cum Chalphurna, Oceani filia, nutrisse Neptunnum, ab Rhea illis datum. Fuisse quoq; eos aiunt quarundã artium inuentores, aliaq; ab ipsis utilia permulta in usum hominũ deducta. Statuas insuper deorum fabricasse primò, quædamq; antiqua eorum nomine signa fuisse appellata. Nam apud Lydios, Apollo, Telchinius: Iuno ac nymphæ apud Alisios Telchiniæ, apud Camireos, Iuno, Thelchinia dicuntur. Incantatores etiãuolunt eos fuisse, & tanquàm magos, nubeis, hymbreis, grandinem, niuem inducere, ac mutare proprias formas quum uellent solitos: inuidi quoq; in doctrina artium extitere. Neptũnus iam uir, ex alia Telchinium sorore abse dilecta, genuit liberos mareis sex, femellam unicam, nomine Rhodos, à qua & insula cognominata est. Fuerũt in ea parte insulæ, quæ ad orientem pertinet Gigãtes, quo tempore Iouem ferunt expugnatis Titanis, Imaliæ nymphæ a more captum, treis ex ea suscepisse pueros: Sparteum, Saturnum, Cytum. Quorum ætate tradunt Venerem, quũ ex Cythero Cyprum peteret, aditu prohibitam, à Neptunni filijs, claris admodũ, atq; animo elatis, eáque re turbatam deam, eos in insaniam ab seuersos adegisse, ut matrem ui cognoscerent, multisq; incolas afficerent calamitatibus. Quæ Neptunnus perspiciens, filios obrei pudorem suffodit in terram, quos orientales Dæmones appellãt. Aliam in mare proiectam uocauit Leucotheam, cui immortalium honores incolæ tribuerunt. Postmodum Telchinis futurum præuidentibus diluuiũ, relicta abierũt insula. Lycus deinceps quũ in Lyciam uenisset, templũ Lycij Apollinis penes Xanthũ fluuium erexit. Facto diluuio cæteri quidẽ aqua deleti sunt, locis insulæ planis ob pluuias in modum stagni redactis. Pauci, & in his Iouis filij qui ad montes confugerant, euasere. Sol secundũ fabulas, Rhodiæ amore captus, insulam à qua amata Rhodum ab ea dixit. Verum id constat quũ à primordio insula referta paludibus, admodũ humida esset, Solis Imalia nymphæ. Dæmones unde. Leucothea. Licus. Solis amor. Rhodos.

calore arefactos humores, terram fertilem reddidisse. Ab eo autem genitos septem numero, qui dicti sunt Heliades. Quũ alij præterea indigetes populi insulam inhabitarẽt, existimatũ est insulam Soli sacram esse. Rhodij quoq; postmodum Solem præ dijs cæteris coluerunt, tanquàm sui generis auctorem. Tradũtur filij Ochimus, Cerchaphus macer, Actinus, Tenages, Triopas, Candalus: filia una Electione, quæ ad hucusq; virgo, functa est uita: heroicos post obitum honores à Rhodijs sortita. Quum iam uiri essent Heliades, Solem ferunt dixisse, qui Mineruæ primum sacra fecissent, apud eos deam futuram. Quod idem quum Athenienſibus prædictũ esset, aiunt ab Heliadibus, omisso propter festinantiam igne, immolata hostia, Cecropem Atheniensium regem, postmodum accenso igne sacrificasse. Ex quo hucusq; mos huius sacrificij solum in Rhodo perseuerat, ibiq; permansit dea. Hæc de Rhodijs prisci tradunt: in quis est Zenon qui eius insulæ gesta scripsit. Heliades peritissimi omnium, sed maximè in astrologia fuerunt: addiderunt quoque ad nauigandi artem permulta. Situm insuper terræ conscripsere. Præstantior inter eos Tenages fuit, à fratribus obinuidiã occisus. Qua re nota, cædis participes aufugerũt. Mater quidã in Lesbum, Cãdalus in Choum, Actinus ad Aegyptum transiens, in patris honorem Solis, condidit ciuitatẽ, à quo ad Aegyptios astrologiæ notitia traducta est. Postmodum Græcia diluuio oppressa, quũ plurimi homines perissent, & litterarum quoq; monumenta delata sunt. Addiluuij expertes Aegyptij, astrologiæ artem sunt prosecuti. Qua in re quũ Græcos ob literarum defectum anteirẽt, accidit ut primi Aegyptij crederentur astrologiæ extitisse repertores. Eodem pacto quũ ab Athenienſibus urbs nomine Sai in Aegypto fuisset cõdita, & hæc quoq; propter diluuiũ ex hominum memoria delapsa est, hanc ob causam existimant multis post seculis Cadmum Aegenoris filium, primum literas in Græciam attulisse. Atque ideo Græcos quadam communi ignorantia ductos literarum inuentionem illi acceptam tribuisse. At ucrò Triopas in Cariam nauigans, promontorium tenuit ab eo postmodum Triopion cognominatum. Reliqui Solis filij qui procul à culpa cædis erant, permansere in Rhodo habitantes, in Illyria ubi & urbs cõdita ab eis est nomine Achaia. Horum Ochimus natu maior regnum tenens, uxorem Egetoriam, loci nympham duxit: ex qua genuit filiam Cydippen, Cyrben postea appellatam. Qua Cerchaphus frater in uxorẽ sumpta, in regno successit. His uita functis, filij tres regnum cœpere, Lyndius, Illyſus, Camirus. Inundatione deinde aquarum secuta, Cyrbe deserta cultoribus facta est. Ipsi patriam inter se partiti, quilibet ciuitatem sui nominis condidit. Post hæc Danaus ex Aegypto cum filiabus aufugiens, in Lyndiam Cypri appulit, susceptusq; ab incolis, erecto Mineruæ tẽplo statuã ingentẽ, deæ dicauit. Hoc tempore Cadmus ad perquirendam Europam missus, uehementi iactatus tẽp estate, in Rhodũ uenit; ibiq; suscepto, antea dum fluctibus

*Ochimus.*
*Electione.*
*Zenon.*
*Tenages.*
*Astrologiæ Aegyptij inuentores.*
*Literarum inuentor Cadmus.*



ctibus agitarentur uoto, ædificauit Neptunno templũ, eiusq; curam Phœnicibus quibusdam, ab se in insula relictis, qui Illyrijs permixti, cum eis permansere, demãdauit. Ex his postmodũ sacerdotes, qui faciundis præessent sacris, ex successione manarunt. Cadmus & Mineruam Lyndiam ornauit donis, in quis olla fuit ærea, admodum conspicua, antiquo more fabrefacta. In ea literis Phœniceis, quas aiunt primum ex Phœnicibus in Græciã allatas, appellatasq; Phœnicias, inscriptum erat, terram Rhodiam à serpẽtibus uastatum iri. Quapropter Rhodij postmodum in Delphos scisciatum misere, quo pacto id aduerteretur malum. Respõso Apollinis præceptũ, ut Phorbantẽ cum socijs in insulam ascisceret. Hic Laphitĩ filius, cum pluribus erat in Thessalia socijs patriam ad habitandum quærẽs, accito iuxta dei responsum, Phorbanti pars insulæ ad habitandum concessa est: cuius uirtute, delectis serpentibus, liberata est eo timore Rhodos. Fuit hic in cæteris quoq; rebus uir bonus, unde & post obitum heroum meruit honores. His actis Althemenes, Catarei filius Cretensium regis, quũ oraculum de quibusdam scisciatur, responsum tulit, in fatis esse, ut pater ab eo interficeretur. Euitare fata cupiens, sponte cum plurimis uoluntarijs abijt in eam Rhodi oram, quæ Camiros dicitur: supraq; Achabyrum montem, Ioui templum constituxit Achamirium appellatum: quod & nunc quoq; supra excelsum montis cacumen positum, unde Creta conspici potest, præcipuo habetur cultu. Habitabat Althemenes cum his qui eum secuti erant in Camiro, præcipuo incolarum honore habitus. At pater Catareus, cui nulla erat alia proles mascula, filij quẽ præcipuè amabat tactus desiderio, profectus est in Rhodũ reperiẽdi nati, eiusq; in Cretam deducendi cupidus. Verum ui fatorum, quæ superari nequit urgente, quum noctu in insulam descendisset, orta inter suos, locicq; incolas contentione ac pugna, Althemenes suis auxilio accurrens, iaculo inscius patrem occidit. Qua ex re Althemenes dolore ingenti perculsus, quũ tantæ uim calamitatis ferre non posset, fugiens hominum cõfortia, ac sermones, solusq; per deserta, inuiaq; loca aberrans, dolore consumptus expirauit: cui à Rhodijs postmodum honores heroum impensi sunt, paulò ante Troianum bellum. Tlepolemus Herculis filius, ob Licynij cædem ab se inscio interfecti, ex agro sponte fugiens, secundum oraculi responsum quod super colonia deducenda cõsuluerat, cum certis populis transcendit in Rhodum, ibiq; ab incolis susceptus, habitauit. Factus deinceps insulæ rex, & patriam omnem reddidit insignem, & iustè imperauit. Inde ad Ilium cum Agamennone profectus est, regni administratione Buto, qui ex agris cum eo fugerat pmissa. Is uir bello clarus, in agro Troiano defunctus est.

*Phorbas.*
*Tlepolemus.*

DE CHER-

## DE CHERRONESO.

QVONIAM Rhodiẽsium rebus Cherronesi, quí locus eis oppositus est, quædam sunt immixta, haud abre censemus & ipsa literis tradere. Cherronesus olim, ut nõnulli tradunt à natura loci, quí Isthmos dicitur, ut uerò scripserũt alij Cherroneso, quí eis imperauit oris, nomen traxit. Haud multò post huius imperium, uolunt Curetes quinq; ex Creta eò transfretasse, illorum posteros quí ab Ioue & Rhea orti sunt, inq; Ideis montibus Cretæ educati: ij in Cherronesum haud parua classe nauigantes, Cares in ea habitãtes expulêre, omnemq; eam subactam patriam, in quinq; distribuerunt partes, condita à quoq; eorũ sui nominis ciuitate. Paulò uerò pòst Inachus Argiuorum rex, amissa Io filia, Cyraum præ- *Inachus. Cyraus.*
stantem ducem cum haud contemnenda classe, ad eam inquirendam destinans, reditum absq; filia interdixit. Verum quum diutius uarijs peragratis orbis locis incassum quæsita esset, ex Caria Cherronesum contempta patria petiuit. Deinde partim suadendo, partim cogendo, quorundam locorum rex factus est: ciuitate ab eo nomine suo condita. Vtilitati publicæ intentus, ma- *Triopas.*
gna gloria apud subditos uixit. Triopas deinceps cõtaminatus cæde fratris, *Melisseus.*
cum in Cherronesum peruenisset, à Melisseo rege cædis purgatus, in Thessaliam transijt. Deucalionis filijs, belli præsidio futurus, pulsis inde Pelasgis, agrum Doteum sortitus est. Quum templum Cereris euertisset, eius materia abusus est ad regiæ constructionem. Igitur incolarum odio contracto, ex Thessalia fugiens cum populis qui secum nauigarant, in Cnydiam uenit: in
*Triopia.* qua & urbem condidit sui nominis Triopiam. Inde profectus & Cherronesum cœpit, & ei conterminæ plurimam Cariæ partem. De Triopæ genere
*Canace.* plures scriptores, poëtæq; dissentiunt. Nam tradunt quidam ipsum ex Canace Aeoli filia, Neptunnoq; alij ex Lapitho Apollinis, Scibæq; Penei ortũ. Est in Castabo Cherronesi templum sanctum semideæ, de qua quũ multa uariè ferantur, haud silendum uidetur. Verum nos id quod magis increbuit,
*Staphilus. Molpadia. Rhea. Parthenia.* quodq; consentiunt accolæ referemus. Staphilo ac Crisbtheo fuisse tradunt filias treis: Molpadiam, Rheam, Partheniam. Rheam ab Apolline compressam, grauidam esse factam. Patrem iratum tanquàm ab homine corruptã filiã, in arca inclusam, in mare deiecisse. Quæ quũ in Delum appulisset, filiũ
*Anius.* genuit nomine Anium. Mulier præter opinionẽ salutẽ assecuta, infante post partum supra Apollinis altare posito, deũ orauit, ut si ex eo esset genitus, puerum saluaret. Apollinẽ dicũt abscondito infante, eius educãdi curam cœpisse, doctumq; deinde diuinandi artem, magno honore affecisse. At uerò Molpadiam, Partheniãq; Rheæ sorores, patris custodientes uini amphorã, paulò antè inter homines reperti, somnus oppressit, interim nutrita apud eas sus, thalamũ ingressa, uini amphorã fregit. Quo dissipato, uirgines patris iracundiã ueritæ, quũ ad littus confugissent, è saxo se in mare præcipitauêre. Appollo in

**earum**



earum sororis gratiam manibus susceptas, in Cherronesi urbis incolumeis detulit. Partheniæ in Bubasco Cherronesi diuũ honores habiti, & phanũ ædificatum. Molpadia in Castamum accedens, prædicatione Apollinis semidea dicta, apud Cherronesos in honore fuit. In eius sacris, propter casum, qui ex uino accidit, melicrato libant. Tangentem uerò, aut edentem porrum, nequaquàm fas est templũ ingredi. Adeò autẽ post modum semideæ religio excreuit, ut non incolæ solũ, sed exteræ quoq; gentes ad id templũ proficiscerent: sacris, donisq; egregijs deam colentes. Quod uerò maximũ habet, Persæ imperãtes Asiæ, quũ omnia Græcorũ loca sacra expilassent, solũ huius semideæ templum intactum liquêre. Latrones insuper singula rapiẽtes, hoc solũ haud quaquàm muro cinctum, ut absq; periculo spoliari queat, inuiolatum sinunt. Huius rei causam tradunt, deæ communem in omneis beneficientiã. Nam & egras per somnum curas morborum docet, & multis insuper sanitatẽ desperantibus salutem præbet. Mulieres præterea parturientes, à laboribus ac uitæ discrimine hæc liberat dea. Quo factum est, ut plurimorũ qui salutem assecuti sunt donis refertum templum existat, neq; custodibus, neq; mœnijs, sed religione tutis, & de Rhodo, Cherronesoq; hactenus.

## NVNC AD CRETAM TRANSEAMVS.

QVI prius Cretam inhabitarunt, antiquissimi dicunt Etheo Cre- *Creta.*
tæ indigetes fuisse. Horum rex Cretas fuit plurimarum in ea in- *Cretas rex.*
sula rerum quæ ad uitam mortalium conferrent, inuentor. Plureis quoque deorum apud eos fabulantur extitisse, quos propter beneficia hominibus impensa, ut deos posteri coluerunt: de quibus singulatim recensebimus, eos imitati qui Cretensium gesta conscripsere. Primi qui quidem memoriæ tradantur, in Creta circa Idem habitarũt, Idei Dactili appellati. Hos quidam centum fuisse numero tradunt, alij decem: qui eo nomine uocati sunt, ob parem numerum manuum digitorum, in quis est Ephorus. Volunt nonnulli Ideos dactilos ex Ida, quæ est in Phrygia extitisse, indéque cum Migdono transcendisse in Europam, diuinandi quoque arte peritos, docuisse cantum, initiationes ac mysteria. In Samothracia uerò magnam sui admirationẽ præbuere incolis, quo tẽpore Orphea ferunt ingenio ad poësim, melodiãq; præstanti, horũ discipulũ, primũ ad Græcos iniciandi morẽ, mysteriaq; attulisse. Idei dactili tradunt, ignis usum, ac æris, ferriq; naturã, quoq; modo fabricarent in loco quẽ Berecynthũ dicunt, inuenisse. Quũ magnorũ bonorũ generi hominũ haberent auctores, immortaliũ honoribus donati sunt. Scribunt etiã unum ex eis appellatũ Herculem, qui quũ gloria *Idei dactili.* *Berecynthus. Hercules.*

**excelleret,**

*Olympia certamina.* excellerent, Olympia instituerit certamina. Posteras uerò nominis similitudine ductos, esse opinatos ab Hercule Alcmenæ ea certamina instituta. Horum asserunt antiquitus, & nũc usq; extare uestigia, quòd fœminæ plures ab hoc deo cantus quosdam sumant, ac præstigiosa quædam faciant, tanquàm & ipse incantator extiterit, & initiationibus deditus. At hæc plurimum aliena sunt ab Hercule, qui est ex Alcmena ortus. Post Ideos dactilos secuti sunt *Curetes.* Curetes nouem, quos quidam ex terra genitos uolũt. Alij progeniem Idei dactilorum, habitasse autem in montibus ac conuallibus arborum plenis, tecta ac indumenta, quæ natura præberet, nondum repertis domibus, habentes. Quum prudentia eminerent, multa ad uitam utilia ab eis inuenta sunt. Nam primos omnium greges coëgisse, aliquaq; mansuefecisse pecora. Melis insuper & sagittandi uenandiq; modum induxisse perhibent. Hominum quoq; cœtus, ad communem uitæ, & legum disciplinam, illos instituisse ferunt. Repperisse insuper ensem, galeam, ac cum armis saltandi morem: quorum strepitu permagno Saturnus deceptus est. Aiũt præterea Iouem: clàm Saturno ab Rhea matre datum, ab his fuisse nutritum, de quo quũ singulatim scripturi simus, paulò altius narratio repetenda est. Tradunt Cretenses Curetum tempore Titanas in Gnosia habitasse, ubi & nunc quoq; fundamẽta uisuntur domus, in qua educata Rhea est, atq; antiquũ cupressorũ nemus. Fuisse autẽ sex numero uiros, fœminas quinq;, ex cœlo & terra natos quidã tradunt, alij ex uno Curetũ matre Titeta, à qua & id nomen sumpsêre. Mares quidẽ fuêre Saturnus, Hyperiõ, Conis, Iapethus, Creius postremus Oceanus. Horum sorores Rhea, Thenus, Memoria, Phœbe, Tethis. Hi omnes rei alicuius quæ usui hominũ esset inuentores, honores, nomẽq; sempiternũ adepti sunt. Saturnus natu maior rex factus, homines ex agresti, incultaq; uita, ad mores, legesq; & humaniorem cultum deduxit. Qua ex causa quũ magna esset apud omneis fama, plura orbis loca peragrauit: exhortans ad iustitiam singulos & animi uirtutẽ, obq; eam rem subditos suos bonis moribus institutos, reddidit probitate fœlices. Imperauit maximè quæ ad Hesperum pertinent locis, maximo in honore apud omneis habitus: ideo usq; ad posteriora tempora, & à Romanis, Carthaginiensibusq; ac alijs proximis gentibus cerimoniæ, sacraq; præcipua Saturno fiunt. Multa uerò loca ab eo uomen sumpsere. Et quum legibus homines obtemperarent, nulla iniustitia apud eos erat, sed omneis eius imperio parentes, summa cum uoluptate fœlicem uitam agebant. Horum testis est poëta Hesiodus: qui eadem in suis carminibus affirmat. Huiuscemodi Saturni fabulæ feruntur. At Hyperion, solis ac lunæ, aliorumq; astrorum motus horasq; primum summa cura, observationeq; ab se percepta, cæteris noscenda tradidit, ideoq; horum parens nominatur, ueluti ipsorum naturæ contemplator. Ex Saturno ac Phœbe orta Latona est. Ex Iapetho Prometheus, quem nonnulli scriptores tradunt

*Titanes cœli filij, terræ filij Titeta.*

*Hyperion.*

*Latona.*

*Iapethus.*

ignem



ignem ab dijs furto sublatum, hominibus dedisse. Sed ab eo constat illa, quibus ignis alitur reperta. Ex Titanibus uerò Memoriam tradunt loquẽdi modum adinuenisse, ac rebus imposuisse nomina: licet à quibusdam ea Mercurio tribuantur. Huic quoq; deæ rerum memoriam, à qua & nomen sortita est, assignant. Themin tum diuinãdi artem, tum sacra, cultusq; deorum introduxisse dicunt, eaq; quæ ad beneuiuendum & pacem pertinent ostẽdisse, ideoq; conditores legum, sacrorumq; custodes eos, qui deos colunt, & hominum leges seruant dictos. Apollo quidem traditur quum esset responsa daturus Themin consulere solitus, tanquàm diuinandi artis inuentricem. Hi dei quoniam in plurimis profuerunt mortalium uitæ, non solũ immortaleis honores adepti, sed primi Olympum post obitum habitare existimati sũt. Saturnus ac Rhea, Vestam, Cererem, Iunonem, Iouem, Neptunnũ ac Plutonem genuerũt. Horum Vesta structuram domus inuenisse fertur. Iuppiter postmodum apud omneis fermè homines ob hoc beneficium honorari eam, sacrisq; coli uoluit. Ceres frumenti, quod fortè inter alias herbas nascebatur ignotum cæteris, prima usum adinuenit: docuitq; homines nascendi, seruandiq; & serendi modum. Est autem ab ipsa frumentũ antegenitam Proserpinam repertum. Nam post eius à Plutone raptum, frumenta omnia, tum in Iouis odium, tum propter dolorem filiæ incendisse ferunt. Sed ea inuenta, & recõsiliatam esse Ioui: & Triptolemo frumẽti dedisse semen, mandassẽq; ut cum omnibus id donum participans, modum seminandi monstraret. Traditur à nõnullis illam leges quoq; dedisse, quibus homines iustè uiuere assuescerent: unde & Legifera dicta est. Et quoniam maximorum bonorũ causa humano generi extitisset, ab omnibus non solum Græcis, sed Barbaris quoq;, ad quos frumenti peruenit usus, honoribus, sacrisq; solemnibus ac celebritate præcipua colitur. Nonnulli de frumẽti inuentione secus sentiũt, penes se eam primò deam apparuisse, frumentiq; naturam & usum penes se repertum asserentes. Nam traditur ab Aegyptijs Cererem & Isidem eandem esse deam, primamq; in Aegyptum attulisse frumentum, Nilo Aegypti campos irrigante, omnique regione ad ferendos fructus optimè sita. Athenienses quamuis inuentionem frumẽti fateantur, uolunt tamen aliunde in Atticam delatum, locumq; qui id primũ donum susceperit Eleusinam appellant: eòquòd ab alijs id semen ad eam oram sit asportatum. Siculi, quum insula Cereri ac Proserpinæ sacra existat, æquum censent frumenti usum ei primum patriæ fuisse ostensum, quam in primis amarit. Haud enim uerisimile est, eam regionem quam ut propriã Ceres, admodum fructiferã præstitisset, postremam huius beneficij participem effecisse: præsertim quũ in ea insula & filiæ raptus contigisset, & frugum esset fertilis, ubi etiã sua sponte, prout poëta tradit, nascatur ordeum ac frumenta. Sed de Cerere hactenus. De dijs uerò alijs ex Saturno & Rhea natis, Neptunnus secundũ Cretẽses, primus nauigãdi arte inuenta, classem

*Memoria.*

*Themis.*

*Apollo.*

*Saturni filij.*

*Iuppiter.*

*Ceres.*

*Eleusina.*

*Frumentum.*

*Triptolemus.*

*Leges.*

*Ceres.*

*Isis.*

*Nauigatio.*

classem instituit, eiusq; præfectus est à Saturno factus. Quapropter traditū
Neptunnus. est posteris Neptunnum imperasse mari, sacraq; ei à nauigantibus facta. Ad
Equi. dunt etiam Neptunnum equos primum domuisse, artemq; equitādi ab illo
Plutonis inuenta. traditam: ex quo Hippius sit appellatus. Plutonem uolunt sepulchrorum, fu
nerumq; honorumq; qui mortuis impenduntur, usum introduxisse: quum
antea nulla eorum apud homines esset consuetudo, quæ causa extitit, ut uita
functis dominari existimaretur. antiquitate illi huius curæ principium tribu
Iuppiter. ente. De Iouis genere atq; imperio dubitatur. Nam quibusdam placet post
quàm Saturnus ad deos transijt, suscepisse regnū, non ui patrem expulisse, iu
steq; & legitimè regno potitum. Alij Saturno uolunt in ortu filij responsum
fore, ut ab Ioue ui regno pelleretur: quæ res Saturnū impulit ut filios sæpius
perimeret. Id ægre ferēs Ceres, quū uiri animus placari non posset, Iouem in
Ida abse editum, clàm nutriendum Curetibus iuxta Idæ montem habitanti
bus, dedit. Hi in antrum ad nymphas, commendata illis infantis cura, detule
Amalthea. runt. Lacte capræ quæ Amalthea dicta est, melleq; educatus est. Multa insu
per Iouis, tum generis, tum educationis aiunt in ea insula extare uestigia. Nā
Omphalia. quum à Curetibus infans ferretur, tradunt Omphalum iuxta fluuium Tri
Ida. tonum cecidisse. Ex quo & ora illa ab eo quòd accidit, ideo sacra Omphalia
cognominatur: & propinquus ager est Omphaleos appellatus. In Ida antrū
Apes. Iouis Laudes. ubi nutritus dicitur, sacrum est, & circa illud prata manēt intacta. Verum
quod de apibus mirabile dictu tradūt fabulæ, minimè uidetur prætereundū,
Iouem scilicet in sempiternam amoris erga eas memoriam, illarum colorē
immutatum, inq; æris uertisse aurati. Quamuis autem locus is admodum
excelsus, asperq; situ, uentis quoq; agitatus, niuibus sit infestus, nullo tamen
apes incomodo, aut molestia afficiūtur. Capræ, quæ eum nutrijt, & alij sunt
honores impensi, & locus eius est Heniochus uocatus. Adolescentiam egres
sus, in Ida ubi genitus est ciuitatē condidit cuius postmodum destructæ eti
am nunc extant reliquiæ. Excessit hic deus fortitudine & cæteris uirtutibus
omneis. Accepto enim post Saturnum regno, maxima, plurimaq; contulit
ad hominum uitam. Primus omnium iustitiam docuit mutuò seruari, in
ter mortaleis, omni ui atque iniuria remotis. Lites ac contentiones iudicio
auferens, singula quæ ad beneuiuendū ac pacem pertinere summa ope pro
curauit, bonos ad uirtutem exhortatus est, improbos timore coërcuit, ac pœ
na. Omnem penè orbem circuiens, bello impijs ac prædonibus indicto, æqui
tatem ac leges introduxit. Per id tempus & Gigantes ab eo sublatos aiunt: in
Gigantes. Creta quidem Mimantem, in Phrygia Typhonem. Antepugnam quæ cum Gi
Mimas. gantibus in Creta habita est, Iouem sacrificasse dicunt Soli, Cœlo, ac Ter
Typhon. ræ bouem. Quæ sacra Iouem fore superiorem portendentes primum uireis
& ab hostibus defectionem, tum finem belli futurum monstrarunt. Museus
Museus. quippe ab eis desciuit, obq; id ei honores tributi, ab diis autem omnes hostes
cæsi sunt. Sed & alios quoq; diis præsidium belli tulisse aduersus Gigantes
constat



constat: Macedones quidem circa Palenem, Italos in campo quem olim à lo
Palene. cí cōflagratione, Phlegreum, postmodum Cymeū cognominarūt. Animad
Phlegreus campus. uersum esse ab Ioue in Gigantes ob eam causam dicunt. Ex magnitudine ac
Cymeus campus. robore corporis confisi, aduersiq; legibus, & multa egerint in homines iniu
sta, & ppinquas genteis in seruitutē redegerint, bellumq; his intulerint, qui
ob singularia in omneis nationes beneficia dei sint existimati. Feruntur ab Io
Iouis laudes. ue non solū impij, nefarijq; deleti, sed etiā diis, heroibusq; ac hominibusq; be
nemerētibus honores impēsi, ppter eius beneficētiā, imperijq; magnitudinē
omniū consensu, & regnum perpetuum tributum est, & habitatio in Oly
po. Sacrificia insuper illi supra cæteros statuta. Postea uerò quàm in cœlum
delatus est, memoria nominis eius animis hominū in quos beneficia contulit
adeò infixa permansit, ut omniū quæ in cœlo fierent, uelut hymbrium, toni
truum, ac fulminū, cæterorumq; eiusmodi potens existimaretē: itaq; quod
uitæ causa hominibus esse uideretur, quū fructus terræ ad maturitatē perdu
ceret, Iouē dixēre. Patrē uerò tum quia singulorū susceperit, summa cum be
neuolentia curam, tum quia tanquàm dux hominibus extiterit rectè uiuēdi.
Imperator ac rex, ob imperij amplitudinē. Consultor ac prouidus, ppter con
sulendi prudentiā appellatus est. Tradunt etiam Palladem in Creta ex Ioue
apud fonteis Tritonis fluminis ortam, ex quo Tritonia dicta, & nunc quoq;
apud eos fonteis ubi nata est, huic deæ sacrarūt. Fabulantur præterea nupti
Fabula de Iouis & Iunonis nuptijs. as Iouis & Iunonis in ora Gnosiæ, fluuio Therino proxima, ubi nunc tēplum
est, factas sacraq; quotannis sanctè ab incolis fieri, nuptias prout olim factæ
traduntur, repræsentantibus. Ex Ioue Cretas uolunt, Venerem, Gratias, Lu
Hora Iouis filia. cynam, Dianam & eas quas dicunt Horas, Eunomiam, Iustitiam, Pacem,
Palladem, Musas. Deos uerò Vulcanū, Martem, Apollinem, Mercuriū. Ho
rum cuilibet, ut perpetua apud omneis uigeret memoria, ab se inuentorum,
gestorumq; Iuppiter laudem & honorē tribuit. Venerinanq; maturā uirgi
num ætatem, aliarumq; curam rerum, quæ nunc etiam circa nuptiarum sa
cra ac fœdera in eius cultum celebrant, dedit. Sacrificant autē omnes, prius
Ioui perfectori, Iunoniq; perfectrici, quoniam hi primi duces, inuentoresq;
omnium exiterunt. Gratijs quæ ad oris speciem ac partium corporis formā,
decoremq; spectent, insuper beneficij & gratiæ retributionē. Lucinæ parien
Lucinæ à parientibus inuocatio. tium curam, officiumq; eorum, quæ parturientes præfecerūt, unde & in par
tus discrimine ac difficultate, hanc mulieres præcipuè inuocāt deam. Ad Dia
nam tradūt infantium ac ciborum quos id ætatis postulet, officium pertine
re, qua ex causa puerorum nutricem uocari dicunt. Earum quas Horas di
cunt datum est, suum cuiq; munus ad uitæ cultum & mortalium commodi
tatem. Nil eñ est uitæ hominum ad fœlicitatē comparandā utilius, quàm
Olei Pallas inuentrix, ueſtiū ædificiorū & tibię. leges, iustitia, ac pax. Palladi olearum, oleiq; educendi inuentionē tribuunt.
Nam ante huius deæ ortum erat hæc arbor cum alijs syluestribus immixta.
Olei usus aberat, cum esset ignota. Hæc olei exprimendi modum inuenit.

Addunt ipſi quoq; ueſtium apparatum & ædificandi artem, multaq; præterea uoluntin cæteris artibus hominibus,pfuiſſe.Nã & tibiã, carumq; cantum,& plurima inſtrumẽta,ad uaria opificia,ex quibus oparia dicta eſt,adinuenit.Muſis à patre conceſſa eſt literarũ inuentio,& carminũ quæ Poëſis appellatur ratio.Nam qui dicunt Phœnices à Muſis perceptas literas tradidiſſe,poſtmodũ Græcis,ij ſunt,qui cum Cadmo in Europam nauigarunt.Ex quo à Græcis literæ Phœniceæ appellatæ ſũt. Verũ Phœnices à primordio non literas inueniſſe uolunt,ſed earũ formã tantum immutaſſe,eaq; literarũ forma quũ plurimi homines uterentur,hoc cognomine uocatas. Vulcanum ferri,æris,auri,argenti,omniumq; quæ igne fabricantur,artem inueniſſe ferunt,eaq; cæteros docuiſſe. Quapropter harum rerũ opifices omnes,uota ſacraq; huic deo maximè facientes,ignem in æternã memoriã ſuſcepti beneficij Vulcanũ uocant.Martẽ fabulæ tradunt primum fabricatis armis armaſſe milites pugnandiq;,ac certandi morẽ induxiſſe,eos qui diis aduerſi eſſent,interficiendũ.Apollinẽ cithara,eiusq; muſicæ inuentorẽ ferunt. Medicinæ inſuper ſcientiã,diuinandi arte perceptã,qua olim infirmi erant, morbos curare ſoliti primũ attuliſſe.Arcus inſup,ſagittandiq; extitiſſe repertorẽ. Qua ex cauſa Cretenſes præcipuè arcu delectati ſunt,quẽ Scythicũ nominarunt.Aeſculapius ex Apolline atq; Ariadna ortus,pluribus à patre in medicina perceptis, chirugiam & medelarũ compoſitionẽ, radicum inſup uirtutes adinuenit.Adeò autẽ medicinæ artem extulit,ut uelut eius inuentor & auctor uenaretur.Tribuunt præterea Mercurio præconia,diſcidia, ac fœdera: quæ in bellis fiunt. Præcones quoq; adhiciunt,internuncij eſſe ſolent ob eam rem ab hoſte tuti. Vnde & ipſum communẽ utriſq; dicunt,cum ambobus utilitatiſcõmunis ac pacis mutuæ interpres exiſtat.Menſurã inſuper ac pondus,& mercaturæ quæſtũ reperiſſe affirmant, occulteq; inuicẽ peculandi modum. Præco etiã deorũ traditur,nunciusq; optimus,quoniã mandata diligẽter pficiat: unde & interpretis nomẽ aſſumpſit.Nõ quòd nominũ, aut orationis, ut quidã tradunt fuerit inuentor,ſed quia diligentius quàm cæteri mandata referat. Palæſtrã cum introduxiſſe,& exteſtudinis formalyram adinueniſſe aiunt. Poſt Apollinis cum Marſia,qui & ſupior fuit contentionẽ,poſtq; ſumptam præter equũ à uicto pœnam,penituiſſe Apollinẽ dicunt,citharaq; effractis chordis muſica aliquandiu abſtinuiſſe.Dionyſiũ uitis rerpertorẽ,uiniq; cõficiendi rationẽ & fructuũ in longiorem uſum ſeruandorũ curam & modum docuiſſe ſcribunt.Hunc in Creta ex Ioue & Proſerpina natum Oppheus tradit,interinitiationes à Titanis diſcerptũ. Plureis uerò fuiſſe Dionyſios iam antea ſcripſimus diligentius.Cretenſes ea coniectura hunc deum aſſerunt apud ſe ortum,quòd duæ inſulæ apud eos ſinus qui appellentur Dydimi ab eo Dionyſiæ,quòd nulla alia in orbis parte fecerit,ſint uocatæ.Herculem ex Ioue genitũ multis annis ante eum qui fuit ex Alcmena genitus fabulantur.Huius mater incerta eſt,hoc tantum conſtat illum corporis uiribus præſtan-

*Vulcani inuenta.*

*Martis inuẽta*

*Apollinis inuenta.*

*Cithara,medicina.*

*Arcus.*

*Aeſculapius.*

*Mercurij inuenta.*

*Menſuræ ponderis & mercaturæ inuentor Mercuri.*

*Quare interpretis Mercurius nomẽ ſibi uendicat.*

*Vitis repertor Dionyſius.*

*Dionyſiæ inſulæ.*



præſtantiorem cæteris orbem perambulaſſe,delentẽ iniquos & feras beſtias ac monſtra domantem,inuictus quoq; abſque timore in libertatem homines uindicauit:quibus beneficijs honores immortaliũ ei ſunt ab hominibus impenſi. Qui uerò poſterior ex Alcmena fuit Hercules,quoniã prioris uirtutes eſt imitatus,& immortalitatem aſſecutus eſt,& ppter nominis ſimilitudinem,idem qui prior creditus: ideo & ſuperioris geſta,huic fuerunt ueri inſcitia aſcripta.Aſſerunt quoque ſuperioris Herculis operũ, impenſiq; honoris in Aegypto ueſtigia eſſe,& ab eo conditã ciuitatẽ Britomartẽ.Etiam Dictinnam dicunt in Creta genitã,tradũt ex Ioue ac Acamarchide,Euboli Cereris filij. Hæc retia ad uenandũ inuenit,ex quo & Dictinna eſt cognominata.Conſuetudine Dianæ utebatur,quòd cauſam præbuit, ut quidã Dictinnam,Dianamq; eandem eſſe exiſtimarẽt:quam deam ſacris, templiſq; Cretenſeis coluêre. Qui uerò Dictinnã à rebus piſcatorijs quas fugerat inſequẽte coitus gratia Minoë uolunt denominatam, procul à uero ſentiunt. Non enim credendum uidetur deam in eam egeſtatem compulſam, ut auxilia hominum imploraret: quũ eſſet maximi deorum filia, neq; Minoën tantæ impietatis culpare decet,præſertim quũ fuerit omnium cõſenſu habitus iuſtus uir,& probatæ uitæ.Plutonem natum tradunt in tripode Cretæ, ex Cerere & Iaſone. Eius genus bifariam ferunt. Nam quidam uolunt quũ Iaſon terrã ſeuerit,adhibita culturæ diligentia,adeò uberem percepiſſe fructum, ut qui id conſpexerunt,à meſſium fertilitate illum Plutonem nominarunt. Vnde & à poſteris is,cui cenſus ſupereſſet, habere Plutonem exiſtimatus eſt.Alij tradunt Cererem ac Iaſonem puerum genuiſſe appellatum Plutonem, qui cultũ uitæ,pecunias q; coaceruare,ac in uſus cuſtodire primus monſtrauit: quũ antea paruã congregandæ,ſeruãdæq; pecuniæ fuiſſet cura. Hæc de diis quos Cretenſeis apud ſe natos uolunt,ſcribuntur. Sacra uerò, honores, myſteria, cerimonias,ab ſe hoc pacto ad alios arguunt tranſmiſſas. Nam cerimoniæ quas Arheniẽſes omnium celeberrimas in Eleuſina faciunt,quæq; in Samothracia,atq; in Thracia,unde in eas Orpheus ſumpſiſſe traditur,fiũt in Gnoſo apud Cretam,priſca lege ſtatutoq; celebrantur. Quo palàm eſt eiuſmodi cerimonias ab eis ad alias gentes fuiſſe traductas. Quæq; apud cæteros ſecretè traduntur,eas palàm omnibus noſcendi facultatem apud Cretenſeis eſſe.Aſſerunt autem plureis deorum ab ipſis profectos, magna orbis parte ab eis peragrata, beneficos in genus humanum extitiſſe,atq; ab ſe inuentorum artem,uſumq; docuiſſe.Nam Ceres quũ in Atticam peruenifſet,inde in Siciliam tranſijt,poſtea in Aegyptum,quibus in locis frumẽti ſerendi cultũ monſtrauit:ſummoq; propterea in honore habita eſt. Venus in Sicilia commorata eſt,circa Orycem,in Cypro circa Cytherum ac Paphum: in Aſia circa Syriam. Ob has peregrinationes Venerem,tum Ericinã, tum Cytherea: tum Paphiam,tum Syram incolæ appellarunt. Eodem modo plurimũ temporis Apollo circa Delum ac Lyciam, Delphumq; uerſatus eſt. Circa Ephe-

*Hercules poſterior ex Alcmena ortus.*

*Dictinnæ inuentã.*

*Minos uir probatæ uitæ.*

*Pluton. Jaſon.*

*Cereris loca.*

*Veneris loca.*

*Apollinis loca*

Dianæ loca. sum, Pontum, Persidem & Cretam. Diana itaq; & à locis ac gestis eorum sumptis nominibus, hũc Delium ac Pithium appellarunt: hanc uerò Ephesiam, Cresiam, Tauropoliam quoq; ac Perseam quũ ambo essent in Creta nati. Colitur & à Persis plurimum hæc dea, cui mysteria instituerunt Barbari: quæ ab hoc usq; tempus Persea dicũtur. His similia, & de cæteris dijs quæ longum esset recẽsere tradunt. Longo post deorũ ortũ tempore, plures heroës in Creta ferunt extitisse: quorum nobilissimi Minois ac Rhadamãthi fuerũt ætate, ex Ioue ac Europa Agenoris, quam tauro deorum prouidentia aduectam in Cretam tradunt geniti. Minos ætate prior regnauit in insula, in qua multas urbeis, interq; eas nobiliores treis condidit, Gnosiam in ea insulæ parte, quæ Asiam respectat. Vulcaniam iuxta mare meridiem uersus, Cydoniã in eis locis qui Peloponneso oppositi ad occidẽtem uergunt. Leges præterea multas Cretensibus dedit, simulans eas ab se in quadam spelunca meditatas. Classem insuper parauit, qua plureis propinquas insulas sibi subijciens, Græcorum primus est maris imperio potitus. Quũ eius magnum uirtutis, ac iustitiæ nomen esset, transijt in Siciliam aduersus Cocalum: de quo in Dædali rebus, cuius causa bellum mouit, scripsimus. Rhadamãthum scribunt omnium iustissimum, latrones quoq; ac scelestos uiros, cæterosq; improbos acri affecisse pœna. Multarum insularum imperio potitus, magnam Asiæ maritimam partem tenuit, singulis eius imperio sesponte ob iustitiæ famam tradentibus. Is Erithro uni ex filijs, ij Erithri ab eo uocati sũt, regnum permisit, Chios. in opinione Ariadnes Minois filiæ, Chium ferunt dedisse, quem nõnulli fuisse Dionysium uolunt, atq; à patre uini faciundi modum didicisse. Cuilibet ex alijs filijs, aut insulam aut urbem Rhadamãthum dedisse traditur. Thoanti Lemnos. Lemnum, alij Cyrnũ: Pamphilo Peparethum: Euambio Maronam, Alceò Thoas. Parum, Anioni Delum, Andreo, quæ ab eo nominata est Andrum. Propter Annio. singulare iustitiæ nomen, illum apud inferos bonorum ac malorum iudicem Delos. factum fabulæ ferunt. Ob eandemq; iustitiam Minoẽm quoq; pari honore Andros. fungi. Tertium fratrem Sarpedonem scribunt, cum magna manu in Asiam Euander. profectum, Lyciam tenuisse. Huic Euander filius in regno successit, sumptáque uxore Deidamia, Bellerophõtis filia, Sarpedonem genuit: qui cum Agamennone Troiano affuit bello. Ethic, ut quidam tradunt, Iouis filius. Minois fuisse filios aiunt, Deucalionem ac Molum. Ex Deucalione, Idomeneum, Deucalion. ex Molo Mirionem genitos cum nauibus nonaginta ad Ilium cum Agamenmone profectos, reuersosq; postea in patria diem suum obijsse, honorificeq; Molus. sepultos, deorum honores fuisse assecutos. Horum sepulchra in Gnoso hac ostenduntur inscriptione: Gnosij Idumenei sepulchrum, Aspice in quo ego Idomeneus. Mirion Moli filius, propinquus iaceo. Hos ut nobiles heroës Cretenses co- Mirion. lunt sacris, in bellorum discrimine eorum præsidium inuocantes. Nunc nationes quæ Cretensibus immixtæ sunt referentur. Scripsimus antea Theocrites, qui dicebantur Indigetes insulam habitasse. Multis uerò post modum seculis,



seculis propter bella ac seditiones errantes, Pelasgi in Cretam appulsi, tenuerũt insulæ partem. Tertij Dorienses traduntur in insulam uenisse, duce Doro, Tetacmi nepote. Huius populi pars maior fertur ex locis Olympo pro- Dorienses. pinquis simul cõuenisse: parsuerò quædam ex Acheis qui sunt in Laconia do- Dorus. norum pollicitatiõibus allecti. Quartum genus eorum qui in Cretam appulerunt, fuerunt Migades Barbari, qui consuetudine Græcorum lingua ex fre- Migades. quenti usu percepta, postea Minois Rhadamãthiq; imperio paruerunt. Postremò post Cycladarum descensum Argiui, Lacedæmonijq;, missis colonijs tum alias quasdam, tum has insulas occuparunt, inq; eis nonnullas absse ædificatas urbeis, de quibus alias dicetur inhabitarũt. Verum haud mirum debet uideri, quũ plures qui gesta Cretensia scripsere admodũ dissentiant, nos quoque ea quæ non omnes sentiant, scribere. Eos enim sumus secuti, quos uerò similiora tradere existimauimus: quædam ab Epimenide theologo, quædam ab Osiade, alia à Soscrate, nonnulla à Laoscherinide sumentes, & de Creta hactenus.

## DE LESBO, CHIO, SAMO, CHOO.

NVNC ad Lesbum transeamus. Hanc insulam olim uariæ gentes ad eam nauigantes incoluerũt. Pelasgi primum eam tenuêre, quũ antea deserta esset. Nam Xanthus Triopi filius, Pelasgorum qui ex Argo uenerant rex, partem Lyciæ tenens, Argis qui secum accesserãt imperauit. Deinde Lesbum cultoribus uacuam petẽs, agro Pelasgis diuiso, insulam quæ Issa prius dicebatur, abeis Pelasgiam uo- Issa. cauit. Deinceps septima progenie, ob diluuiũ tempore Deucalionis factum, quum multi in ea interijssent, accidit ut aquarum inundatione desereretur. Macareus postea quum in eam peruenisset, insulæ pulchritudine conspecta, Macareus. in ea permansit. Is erat ut Hesiodus, alijq; poëtæ nonnulli tradunt, Cyreneæ, & Iouis filius, qui quum habitaret in Oleno, quæ patria tunc Iados, nunc Iados. Achaia dicitur, assumens tum Ionas tum genteis alias, nauigauit in Lesbum. Achaia. Deinde, tum uirtute insulæ, tum humanitate ac iustitia plurimum adauctis Lesbus. opibus, propinquas insulas possedit: agris qui inculti erant diuisis. Post hæc tempora Lesbus filius Lapithi qui erat ex Coclo Hippoti, secundum quoddã oraculi responsum, cum suis domesticis nauigans, in hanc insulam sumpta in uxorem Macarei filia Methinna nomine, unà cum ea in insula permansit. Methinna. Quum uir factis clarus euasisset, & insulam ab se, & populum Lesbium cognominauit, Macareo præter alias Mytilene, ac Methinne filiæ ortæ sunt, à Mytilene. quibus & ciuitates sumpsere nomen. Iscupiens propinquas insulas in potestatem redigere, colonia in Chium missa, filium ei præfecit. Deinde alterum de- Chios insula in Samos. stinauit in Samum nomine Cydrollũ, q in ea regnauit. Tertiæ Cœneandrũ Cydrollus. præfecit

*Leucippus.* præfecit regem. Deinceps in Rhodum cum pluribus colonis misit Leucippum, quos accolæ propter eorum infrequentiam communicatis agris, libẽti animo susceperunt: loca insulæ opposita eo tempore propter diluuium magna, grauiq; afficiebantur calamitate. Nam continuis hymbribus, ob corruptos terræ fructus, sterilitate suborta, infectus aër, pestem urbibus intulit, insulæ uerò uentis agitatæ, quũ aëre essent salubri, ac fertiles frugibus, suos in-

*Fortunatæ insulæ.* colas beatos reddidêre. Ex quo ob rerum ubertatẽ Fortunatæ sunt cognominatæ. Nõnulli Beatos à Macareo atq; Iono, quorum filij in eis regnauêre dictas uolunt. Hæ denicq; insulæ, omnibus propinquis, non solũ priscis, sed & nostris quoq; temporibus bonitate soli, locorumq; amenitate, tum uerò salubritate aëris, fœlicitatẽ præstant, utq; uerè dici fœlices ac beatæ queunt. Macareus uerò in Lesbo regnans, legẽ scripsit ad cõmunem utilitatem, quam Leonem ab eius animantis uirtute, & robore appellauit. Deinceps uerò nonnullis

*Tenedos.* seculis post coloniã in Lesbum missam, insula Tenedos hoc pacto inhabitata

*Tenus.* est. Tenus Cycni filius imperauit coloniæ, quæ est in Troade, uir propter uirtutem insignis. Hic cõgregatis colonis, patriã linquens, nauigauit in insulam

*Leucophoris.* desertã, nomine Leucophorim. Distributis his qui cum eo accesserãt insulæ agris, conditaq; urbe, ab se Tenedon insulã uocauit. Is quũ iustè imperaret, multis beneficijs omnibus gratus & magna uixit gloria, & post obitũ inter deos relatus est. Nam tẽplo illi constructo, institutis sacris. Ad posteriora secula nõ uidentur omittenda quæ de eo, qui urbẽ Tennum condidit, apud Te-

*Cycnus.* nedios memoriæ tradunt. Ferunt enim Cycnum patrẽ uxoris calumnia inductum, filiũ Tennum in arca positũ, in mare deiecisse. Hæc tempestate acta, quũ in Tenedũ appulisset, Tennus mirabili deorũ ope salutẽ cõsecutus, insulæ postea imperauit: uir præclarus, ac iustitia, uirtutibusq; alijs honores immortaliũ potitus. Verum, propter cuiusdam tibicinis testimoniũ, qui nouercæ insidijs fauerat, legẽ sanxit, ne quis tibicen tẽplum ingrederetur. Belli Troiani tempore quũ Achilles post Græcorũ in Tenedum excisionẽ, urbem Tennum delesset, statuerunt postea Tenedij, ut nulli deinceps liceret templo restituto in eo Achillem nominare.

## DE CYCLADIBVS INSVLIS.

*Cyclades.* POSTEAQVAM de insulis insignibus rettulimus, nunc de minoribus scribemus. Cyclades insulæ quũ antea uacuæ, cultoribus essent, Minos Iouis ac Europæ filius, Cretensiũ rex, cuius terra mariq; imperiũ potens erat, plurimũ classe ualuit: multasq; ex Creta colonias, maximeq; in Cycladas insulas misit. Quarũ plureis adeptus populis diuisit. Asiæ ꝙq; partẽ maritimã possedit: qua propter & nõnullæ insu-

*Minos.* læ, portusq; Asiæ à Cretẽsibus Minoëq; nomẽ sumpsere. Minos autẽ nactus

*Rhadamãthus* imperio, Rhadamãthũ fratrẽ, uirũ iustum, rectũq;, regni consortẽ, in oras imperij ultimas ob inuidiã ablegauit. Is ab insulas Ioniæ, Cariæq; oppositas cum acces-



cum accessisset, Erichtheo ciuitatẽ à suo nomine conditam cõcessit: in opinionem uerò Ariachnis filium Chio præfecit, quæ omnia ante bellum Troianũ acta sunt. Deserta Troia, Cares opibus aucti, classeq; admodum ualidi, quũ Cyclades insulas subegissent, ex quibusdã Cretensibus penitus eiecere, nonnulli una cum eis ut cum in patria usi sunt. Græci postea expulsis inde Caribus Barbaris, plureis ex eis tenuerunt: quibus de rebus suo loco scribetur à nobis.

FINIS.

# EX LIBRO DECIMO BOCATII HISTORIA,

## DE OPI SATVRNI CONIVGE.

OPIS, SEV OPS, VEL THEA, SI PRIscis credimus inter prospera & aduersa plurima claritate emicuit. Nam Vranij apud rudeis adhuc Græcos potentissimi hominis & Vestæ coniugis filia fuit. Quæ Saturni regis soror, pariter & coniunx, nullo quod ad nos uenerit facinore se egregiam fecerat: in muliebri astucia, Iouem, Neptunnũ atq; Plutonem filios à morte cum Saturno à Teutone fratre pacta liberasset. Quum iustitia, imo insania hominũ æui illius in claritatem præcipuè deitatis euasissent homines, hæc non solũ reginæ decus adepta est, quin imo errore mortaliũ dea insignis & deorum mater est habita, eiq; templa, sacerdotes & sacra instituto publico cõstituta sunt. Adeoq; enorme malũ conualuit, ut laborãtibus secũdo bello Punico Romanis, quasi p salutari auxilio missis consularibus uiris ab Attalo Pergami rege simulachrũ eius expetitum precibus est, rituq; sacrorũ: & Spesumatæ Asiæ opido quasi quoddã deforme saxũ sumptũ, diligẽtia Romã delatũ atq; summa cũ reuerentia susceptũ, & postremo insigni locatũ tanquàm sublime numen, atq; reipublicè salutare per multa secula ceremonijs plurimis apud Romanos & Italos cultũ est: mirabile, pfecto fortunæ ludibriũ, seu potius cecitas hominũ. An uelimus dicere, fraus & decipula dæmonũ, quorũ ope actum est, ut fœmina longis agitata laboribus, demũ anus mortua & in cinerẽ uersa, & apud inferos alligata, & dea crederet, & in tã grãde æuũ ferè ab uniuerso orbe diuinis honorarẽt obsequijs.

## DE IVNONE REGNORVM, ET DIVICIARVM DEA.

IVNO Saturni et Opis filia poëtarũ carmie, et errore gentiliũ toto orbi præ cæteris mulieribus gẽtilitatis infectis labe, celeberrima facta est, in tantũ ut nequiuerit taciti temporũ dẽtes quũ cũcta corroderẽt, adeò infame eroſisse opus. Hij ad ætatẽ usq; nostram

ſtram notiſſimũ eius nõ euaſerit nomen: uerũ ex hac pocius fortuna egregiã recitare poſſumus quàm opus aliquod memoriale dictu referre: fuit em̃ cum Ioue illo Cretenſi quẽ decepti ueteres cœli finxẽre deum, eodẽ edita partu & ab infantia tranſmiſſa Samũ: ibiq; ad pubertatẽ uſq; cum diligentia educata Ioui demũ fratri nupta eſt, quod p multa ſecula eidẽ eſt ſtatua in templo Sami teſtata. Nam exiſtimãtes Sami nõ modicũ ſibi poſteriſq; ſuis afferre gloriæ, quòd ſe penes apta atq; deſponſata Iuno, quam illi reginã arbitrabant, & deã: ne memoria hoc diluereť facilè tẽplum ingens & præ cæteris orbis mirabile extruxere, numiniq; dedicauere ſuo, & ex marmore paries in habitu nubẽtis uirginis eiuſdẽ imaginẽ, ſculpſi fecere, tẽploq; p̃poſuere ſuo. Hæc tandẽ regi magno nupta, excreſcente eius in dies imperio, atq; fama longè lateq; nomen ipſius efferente, nõ modicũ & ipſa ſplendoris cõſecuta. Sanè poſtq̃ poẽticis fictionibus, & inſana antiquorum liberalitate Cœli regina facta eſt, quæ mortalis regina fuerat, Olympi, regnis eã diuiciſq; præfecere necnõ & illi cõiugalia iura, atq; parientiũ auxilia cõmiſere: & alia longè plura ridẽda potius quàm credẽda. Ex quibus ſic humani generis hoſte ſuadente, multa illi undiq; cõſtructa ſũt tẽpla, altaria plurima, ſacerdotes, ludi, & ſacra more ueteri inſtituta, & ut de reliquis taceam, poſt Samos celebri ueneratione ab Argiuis, Achaiæ populis, & à Carthaginiẽſibus diu honorata eſt, & poſtremò à Necijs Romã delatã, in Capitolio, & in cella Iouis optimi, maximi, non aliter quàm uiro iũcta ſuo locata, ſub uocabulo Iunonis reginæ, à Romanis rerũ dominis ceremonijs multis, & diu culta eſt, & iam poſtq̃ in terris apparuit deus homo.

## DE ISIDE REGINA ATQVE DEA AEGYPTIORVM.

ISIS cui ante nomẽ Ioclariſſima, non ſolum Aegyptiorũ regina, ſed eorum poſtremò ſanctiſſimum & uenerabile numen fuit. Quibus tñ fuerit temporibus, aut ex q̃bus nata parentibus, apud illuſtreis hiſtoriarũ ſcriptores ambigit. Sũt autẽ qui dicãt illam Inati primi regis Argiuorũ filiam, & Phoronei ſororẽ, quos cõſtat Iacob filij Iſaac tpe ſuperaſſe. Alij Promethei genitam aſſerunt, regnante apud Argos Phorbãte, quod longè poſt primũ tẽpus effluxit. Nõnulli eã fuiſſe tẽporibus Cycropis Athenarũ regis, Argiuorũ eã floruiſſe tẽporibus: quæ quidẽ inter celebreis uiros uarietates argumento nõ carẽt, hanc inter fœminas ſuo æuo egregiã fuiſſe, & memoratu digniſſimã. Verũ omiſſis ſcriptorũ diſcordãcijs, qui plurimũ arbitranť, imitari mens eſt eã ſimilẽ Inati regis fuiſſe filiã, quam & ſi poëtæ ueteres fingãt obuenuſtatẽ formæ placuiſſe Ioui, & ab eo oppreſſam, & ad occultandũ crimen in uaccã trãsformatã, potentiq; Iunoni cõceſſam, & Argũ cuſtodẽ à Mercurio cæſum, uaccæq; à Iunone oeſtrũ ſuppoſitum, & eam deuectã curſu rapido in Aegyptũ, ibidẽq; priſtinã à ſe recuperatã formam



formã & ex Io Iſibel appellatã ab hiſtoriæ ueritate non diſcrepãt. Quũ ſicut quí aſſerãt à Ioue adultero oppreſſam uirginẽ, eamq; ob ꝓpetratũ ſcelus metu patris repulſam, cum q̃buſdã ex ſuis cõſcendiſſe nauim, cui uacca eſſet inſigne, & ingenio plurimo, ac ingẽti prædità, animo regnorũ cupidine agitatã ſecundo uento ad Aegyptios trãstretaſſe, & ibidẽ apta deſiderio regione cõperta, cõſtitiſſe. Tandẽ quũ non habeať quo pacto obtinuiſſet Aegyptũ fore certũ crediť, ſd ibi reperiſſet rudeis, inerteiſq; populos, & humanarũ ferè rerũ oĩm ignaros, ac ritu potius brutorũ uiuenteis q̃; homiũn. Nõ abſq; labore & induſtria celebri illos docuit terras colere, ſulcis cultis cõmittere ſemina, & tandem collectas in tempe fruges incibũ deducere. Præterea uagos & ferè ſylueſtres in unũ ſe redigere, & datis legibus ciuili more uiuere, & (quod longè ſpectabilius in muliere eſt) coacto in uires ingenio literarũ idiomati incolarum conuenientiũ caracteribus adinuẽtis, aptioribus ad doctrinã qua lege iungerent, oſtendit. Quæ (ut de reliquis taceã) adeò mirabilia inſuetis hominibus uiſa ſunt, ut arbitrarenť facilè non ex Græcia ueniſſe Iſidẽ, ſed è cœlo lapſam. Et ob id ſpiranti adhuc diuinos honores inſtituêre. Cuius quidẽ numen (fallente ignaros diabolo) in tam grandẽ ea mortua, atq; famoſam ueneratione euaſit, ut Romæ iam rerũ domina illi templũ conſtitueret prægrãde, & Aegyptiaco ritu quotannis ſolẽne ſacrũ inſtitueret. Nec dubiũ quin ad occidẽtaleis uſq; Barbaras natiões hic penetrarit error. Porrò huius tam claræ fœminæ uir fuit Apis quem uetuſtas erronea Iouis & Neobis, Phoronei filiæ filiũ arbitrata eſt: quẽ aiunt Egialio fratri Achaiæ regno conceſſo, quũ Argis trigintaquinq; regnaſſet annis ſeceſſiſſe in Aegyptũ, & unà cum Iſide imperaſſe æquè deum habitũ, & Oſirim ſeu Serapium nuncupatũ. Eſto ſint qui dicant Iſidi Thelogonũ quẽdam fuiſſe uirum, & ex ea ſuſcepiſſe Epaphũ qui Aegyptijs poſtea præfuit, & Iouis ex ea filius extimatus eſt.

## DE LYBIA REGINA LYBIAE.

LYBIA ut uetuſtiſſimi uolunt auctores Epaphi Aegyptiorum regis fuit filia, ex Caſſiopia coniuge. Eaq; nupſit Neptũno, id eſt extero atq; potenti uiro, cuius proprium nomen ad nos uſq; non uenit, & ex eo peperit Buſiridem immanẽ poſtea ſuperioris Aegypti tyrannũ: huius magnifica opera ab annis credunť conſumpta. Sed ea fuiſſe p maxima ſatis argumẽti præſtat eã tantæ apud ſuos fuiſſe auctoritatis, ut eius Affricæ pars, cui impauit Lybia omnis de ſuo nomine appellata ſit.

BASILEAE EXCVDEBAT HENRICVS PETRVS, MENSE AVGVSTO, ANNO M. D. XXXI.

36. b. u.
26. VI. 1883.



27. XI. 1824.

27. XI. 1624.